Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΗΟΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΛΟΓΟΙ Θ,

Παραφόμενοι Μοῦσαι.

Ταῦτα Ἡροδότου Ἁλικαρνησσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε.

HERODOTI

HALICARNASSEI

HISTORIARVM LIB. IX,

IX Musarum nominibus inscripti.

Eiusdem Narratio de vita Homeri.

Cum Vallæ interpret. Latina historiarum Herodoti, ab Henr. Stephano recognita.

Item cum iconibus structurarum ab Herodoto descriptarum.

Ctesiæ quædam de reb. Pers. & Ind.

EDITIO SECVNDA.

Excudebat Henricus Stephanus

ANNO M. D. XCII.



NOBILISS. PRVDENTISS. ET EGREGIIS DOTIBVS ORNATISSIMIS VIris, illuſtriſſimi principis FRIDERICI IIII, electoris Palatini, ſeptemuiri imperii, conſiliariis intimis,

GEORGIO LVD. HVTTENO,
OTTHONI A GRVNRAD,
VOLRADO A PLESSEN,

HENR. STEPH. S. D.

HERODOTVS, cui patria fuit Halicarnaſſus, pater, nomine Lyxes, mater, Dryo, fuiſſe feruntur, (quum alioqui meminerit ipſe & Herodoti filii Baſilidis) ex officina mea, in quam velut poſtliminio redierat, diſcedens, ſpatioſiſſimum illud totius orbis theatrum percurrere iterum velle ſignificauit. Atque in animo ſibi eſſe addidit, in iſtius aulæ pariter & academiæ theatro, paruo quidē illo, verùm percelebri, nō interquieſcere tantùm ſed intermorari, tātiſper dum de tota ſua peregrinatione, tam longa futura, rationē ~~iniiſſet~~. Quāmobrem vt ſibiſuíſque nouem muſis, quas vbique locorum, tanquam is Apollo qui à Græcis muſegetes vocatur, aſſectatrices haberet, de commodis hoſpitibus proſpicerem (ſciebat enim mihi notitiam iſtic cum multis intercedere) rogauit. Ego verò quum ſtatim veſtri qualem decebat mentionem, id eſt perhonorificam, feciſſem, is de aliis vllis hoſpitibus cogitandum vel mihi vel ſibi negauit. Hoſpitalem igitur teſſeram continuò illi dedi, quòd dubitarem an & abſque illa eum agnituri eſſetis. Eum enim non eadem qua prius veſte, ſed longè alia, & ea quidem multo magis pretioſa, ornatum dimiſi. Poterit autem, vt ſpero, hic ornatus meam in dimittendo illo tarditatem compenſare: ac, quoniam ipſum diu ſecundum iſtud munus meum morari coegi, habebit ſaltem cur donum hoc, grande ſibi moræ pretium eſſe dicat. Vt interim taceam, alia eſſe quæ illi meæ tarditati apud quemlibet æquum iudicem queant patrocinari. Adeo vt nequaquā timendum mihi ſit ne hæc ab vllo eiuſmodi iudice damnetur: dummodo tamen meam apud eum cauſam agant qui, quod fuerit ab annis aliquot meum vitæ genus, vel potius, quæ fuerint mea vitæ genera, comper-

tum habeant. Duo enim hæc fuerunt, vnum, aulicum, alterum, peregrinatorium: vtrunque illi duplici operæ quam Herodotus ſibi à me præſtari volebat, valde aduerſarium. Reſtare curioſus aliquis & polypragmon diceret, vt etiam mei in ſequendis illis vitæ generibus cõſilii rationem redderem: ſed his ille paucis verbis contentus ſit, optimam à me poſſe reddi, & quæ prudentibus viris omnibus ſit ſatiſfactura. Prudentum enim è numero eximo eos, qui (quæ maxima turba eſt) de conſiliis ex euentu demum iudicant: perinde acſi omnipotentiam & omniprudentiam diuinam humanarum virium humanæque ſolertiæ cancellis circumſcriberent.

Herodotus interim, ſi verũ more ſuo fateri velit, (non more ſuo, ſed contra morem ſuum, debuiſſe à me dici, occlamabunt eius aduerſarii) ſe incommodũ quidem ex illa mea in regis mei aula mãſione diuturna ſenſiſſe, ſed aliquo me cõmodo id ſarciſſe dicet. Haud enim eũ celaui quàm multa mihi ea aula ad locupletãdam quam antea ſcripſeram eius apologiam (de Latina autem, non de Gallica, loquor) ſũppeditauerit. Verùm, quum exponerem ei quanto ingenio, quanto iudicio, quanta prædiți eruditione ſitis, continuò intellexit, ex eorum vos eſſe numero apud quos apologia minimè opus haberet. Quinetiam, quum vos talis tantíque principis conſiliarios eſſe accepit, (huius enim ſolùm dignitatis mentionem feci) & quidem ex iis qui intimi appellantur, valde ſibi gratulatus eſt. hoc enim ſibi ſermonis hoſpitibus ſuis non iniucundi materiã prębiturũ reſpondit. Nec iſtud affirmare dubitabo, eum, etiamſi nihil ad ea quæ ſcripſit adiiciat, ſed eorum recitator tantùm, ne ſyllaba quidem adiecta, eſſe velit, tamen quæ libentiſſimè audiatis (illo memoriam eorum quæ olim legiſtis renouante) narraturum. Ac, quemadmodum illum ſibi de vobis gratulatum eſſe dixi, ita viciſſim, (ſi me ſpes non fallet) quidam hiſtoriarum eius loci vobis non ſolùm iudicium quod ad rite fungẽdum munere veſtro requiritur augebunt, ſed etiam quæ vobis gratulandi occaſionem præbeant ſuppeditabunt. Vel vnus certè, qui mihi primus in mentem venit, ex iis eſt. In ea enim libri parte quam Polymnia (niſi potius Polyymnia vocãda eſt) ſibi vindicat, audimus Demaratum ſciſcitantem è Xerxe,

antequam reſponſum ea de re ipſi reddat ſuper qua fuerat ab illo interrogatus, *Veráne an iucunda, ô rex, vis tibi loquar?* Ac memini idem ex alio quodam rege apud alium ſcriptorem quæri. is eſt Amyntas apud Curtium. in ea ſiquidem oratione qua ſe ſuúmque fratrem Alexandro purgat, dicentem ei, poſt alia non pauca, audimus, *Tu hercule (ſi verum audire vis) rex, huius nobis periculi cauſa es.* Quòd ſi ab hoc Amynta ad Demaratum reuertendũ eſt, in iis quę regerit aduerſus reſpõſum regis, animaduertimus, hunc, quamuis malle ſe vera audire dixiſſet, ea parũ æquis auribus accepiſſe. Demaratus enim ſuam oratiunculam poſteriorem his à verbis orditur, *Iam ab initio ſciebam, rex, me, veritate apud te vtentem, minimè tibi iucunda loquuturum.* Adeo nimirum veritatis erat rex ille impatiens. Quum autem veritatis impatientẽ appello, iis vtor ipſis verbis quibus Latinus ille hiſtoricus de Dario, *Itaque veritatis impatiens hoſpitem ac ſupplicem, tunc maximè vtilia ſuadentẽ, abſtrahi iußit ad capitale ſuppliciũ.* Verùm, antequam ab illo Herodoteo loco longius diſcedam, quo vetus illud dictum confirmatur, veritatem odium parere, quídnam is habeat quod à vobis lectum & perpenſum facere poſſit ac debeat vt vobis gratulemini (quemadmodum modò dixi) exponendum cenſeo. Amplam igitur huius gratulationis materiam fore dico, ſi, quæ præ illius Demarati cõditione, ſit veſtra, cogitabitis: & hoc mentes veſtras ſubibit, rem cõtrà vobis eſſe cũ eiuſmodi principe, vt ei conſiliũ ſalubre, etiamſi auribus accidat iniucũdum, dare, tam ſit tutum, quàm Demarato cæteríſque eius cõſiliariis periculoſum erat, in dãdo principi ſuo cõſilio, vera quidẽ ſed auribus vel minimã offenſiunculã præbẽtia, proloqui. Nec verò deſunt hodie (expertus loquor) principes, erga quos eadẽ cautione vtendũ ſit qua Demaratũ erga Xerxem vti videmus. id eſt, quorum vnuſquiſque ab eo quem pronuntiare ſuam de re quapiam ſententiam iubet, interrogandus ſit, Vtrum vis faciam? vera tibi an iucunda loquar? Hoc tamen quid aliud eſt quàm dicere principi, Vis amici veri & fidi, an aſſentatoris, officio fungar? Ac principes qui in audiendæ veritatis impatientia ita xerxizant, vel darizant, vel alexãdrizant (quibus verbis addi quamplurima & propè infinita poſſent, ex alio-

rum regum,aut principum regibus minorum, nominibus ficta) digni certè qui pro veris illis & fidis amicis adulatores nanciſcantur, & in retia eorum tandem incidant. Cæterùm cum illa Demarati interrogatione conueniunt ea verba quibus quidam Græcus & Græcorum imperator,ad ſuos ſcribẽs,literas clauſit: ſe magis quidem iucũda illis futura, ſed quæ non itidem vera eſſent, potuiſſe ſcribere. Nec dubito quin idem plurimi conſiliarii,aut alioqui amici, plurimos ad principes ſcripſerint. Ideo autem ſic loquor, quia quicunque alicuius principis ſunt amici,& quidem fidi, non protinus & conſiliariorum obire munus poſſunt. Hoc enim vt præſtent,& amicos illi eſſe & prudentia valere oportet. Quorum vtrunque quum vobis adſit, eo etiam magis veſtrum principem viciſſim de vobis ſibi gratulari decet. Quamuis porro omnes amici in conſilium non vocentur, ſi tamen Herodoto, vel potius Dario apud eum, fidem habeamus, non quiuis amicus poſſeſſionis pretioſiſſimæ loco habendus eſt, (etiamſi plerique ſcriptores amico cuilibet tantum honoris deferant) ſed is demum qui prudentes inter locum habere poteſt. Ac quum poteſt dico,meretur intelligo.

Cæterùm, vt paulo vlterius in iis Herodoti pergam quæ vobis iudicium circa ea quæ ad munus veſtrum pertinent augere queunt, non minus quo ſe Artabanus erga regem modo gerat in dando cõſilio,quàm quomodo Demaratus, conſiderãdum vobis eſt. Ille (inquit Herodotus) cæteris Perſis tacentibus, miniméque ſententiam ei quæ propoſita erat aduerſariam ferre audentibus,(erat autem Mardonius qui eã in mediũ protulerat) Artabanus,Hyſtaſpis filius,Xerxis patruus,hãc apud regem orationem habuit, *Fieri non poteſt, ô rex, quum ſententiæ ſibi aduerſariæ non fuerunt propoſitæ, vt quis meliorem eligat, ſed ea quæ lata fuerit vtendum eſt: at quum aduerſariæ propoſitæ fuerunt, optio illa datur : quemadmodum aurum purum haud per ſe dignoſcimus, ſed tum demum quum alij affricuerimus.* Qua is maiore modeſtia, qua magis appoſita ſimúlque ſplendida (vt ita dicam) vti comparatione poterat? quo magis apto orationis exordio attentionem ſibi parare? Quidni verò hodie aliquis conſiliarius principis, tum præſertim quum eò ſe redactum videt quò metus omnes

redegerat, excepto vno Artabano, (cui hoc etiam, quòd patruus Xerxis eſſet, aliquid fiduciæ dabat) hac ipſa cõparatione vtatur? Sed auditorũ quiſpiam fortaſſe, qui eã apud hunc noſtrum hiſtoricum legerit, ſe vel apud hunc vel alium quempiã eam legiſſe recordabitur. Quid tum? debet certè pro dicto quopiam prouerbiali iſtud haberi: in prouerbia autem vſurpationis ius cuiuis eſſe par eſt. Nec verò minus laudandum iſtud Artabani dictum cenſeo, quo aliam orationem auſpicatur, *Duo hæc, rex, à me paris eſſe momenti iudicantur, bene ſentire, & alteri bonam in medium proferenti ſententiam accedere.* Obſeruãdum porrò hîc, ab illo parem locum ei rei dari, cui Heſiodus proximum tantummodo dederit. Quòd ſi parem ea locum meretur, eo minus in conſiliariis contemni talis aſſenſus debet: præſertim ſi, qui alterius ſententiæ aſſentitur, is vel aliquid ad eam adiicit, vel rationẽ aſſenſus ſui reddit. Plerique tamen conſiliarii, dum ea ex re contemptum timent, quaſi videri queãt, alteri ideo aſſentiri quòd è ſuo depromere penu nihil poſſint, plerunque aliud quodpiam conſilium, qualecunque ſit, proponere malunt. Verùm id etiam perpendamus quod ab Artabano ſubiungitur: ac de Xerxe quod dicit, illum (vt credibile eſt) miſerans, multi multis in principibus conſiliarii miſeratione ſaltem proſequantur: *eos, alioqui probos, ab iis quæ cum improbis habent colloquijs peſſumdari.* Atque hoc dictum pulcherrima & aptiſſima comparatione illuſtrat: *quemadmodum* (inquit) *mare, quod hominibus vtiliſsimum eſt, venti in ipſum ingruentes natura vti ſua non permittunt.* Idem Artabanus ea in oratione quæ hanc præcedit, rationem optimam iſtius voti reddit, *-careat ſucceſſibus opto*

Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

quum alioqui haud ſint vlli quorum calumniis magis expoſitos videamus conſiliarios, quàm eorum qui ex euentu de factis iudicium ferendum cenſent. Quid quòd eo vſque progredi audet hic cõſiliarius, vt etiam periculum illi arrogantiæ regis à potentia diuina imminere innuat? Huc enim pertinent illa de prægrandibus animantibus, de altiſſimis tum ædificiis tum arboribus, fulmini magis obnoxiis. Quinetiã in iis quæ proximè ſubiungit, non cætera quæ modũ excedunt enumerans, ſed de iis ge-

ratim loquens, ſolere deum illa deprimere dicit. Atque hanc fuiſſe priſci ſeculi opinionem, ex Heſiodi etiam verſibus apparet. Valde autem neceſſaria erat his Perſarũ regibus hęc admonitio: quum & prouerbium illud, *Regum prælonga ſunt manus* (niſi dicendum potius eſt, *Regum prælonga ſunt brachia*) quod ipſe Herodotus affert, à Perſis originem habere videatur. Verùm eò tãdem ventũ eſt vt ori Chriſtianorũ etiam, non regum duntaxat ſed principum quoque illis minorum, atque adeo quorundam qui infra principes ſunt procerum, redditum ſit familiare. Atque hinc factũ eſt vt mea muſa monitrix principũ de hac etiã re quoſdã illorũ monẽdos cẽſuerit, his verſibus,

Sed iſta quoties verba ſpiritus dabũt Elatiores, omnis aula quæ ſonat, *Solis data haud ſunt regibus longa manus, Tales eorũ ſunt manus & principũ, Inferior illo regio queis eſt gradus:* Aduertat aurẽ his vocibus muſæ meæ, *Princeps, ſcio manus eſſe longas regibus, Principibus etiã dignitas queis eſt minor: Manus ſed ipſi longiores ſunt deo, (A quo ſuas hi poſſident precariò) Multíſque ei ſunt longiores partibus. Quòd ſi recuſas hoc monẽti credere, Caue ſentientem cogat is te credere, Lõgis abuti manibus vbi te viderit.* Sedenim, ad Herodotũ vt reuertar, quotuſquiſque talia ex eius lectione, qualia ſunt quæ propoſui, reportat? Vix quartus quiſque, interrogatus quidnã apud Herodotũ legerit quod ad conſiliariorũ munus, aut (quod generalius eſt) ad cõſilia capienda pertineat, aliud reſpõdebit quàm hoc, Perſas nõniſi ebrios de rebus maximè ſeriis cõſultare. Atqui, nõ addẽs quod ab Herodoto additur, tũ illi tum ipſis Perſis iniuriã facit. vt omittã, ſecus quàm *ebrios* poſſe, ac debere (meo quidẽ iudicio) Græcã vocẽ reddi: vt in mea ad lectorẽ præfatione exponã. Vnde quũ & alia de hac librorũ Herodoti editione intelligi queãt multa, quæ ne vos quidẽ latere cupio, finem huic epiſtolæ imponã: ſi tamen prius hoſpitẽ & hoſpitas vobis commendauero: quæ quũ nouẽ ſint, ab vnoquoque tres excipi rationi cõſentaneũ eſt. Sed quoniã vereor ne illã quę Erato vocatur, & ita *nomen amoris habet* (vt Naſo de ea loquitur) vnuſquiſque ſua è cateruula eſſe vnã cupiat, & ita hãc muſam, μὴ λίην Ἐρέδης (quod minimè velim, minimè illa muſa velit) eſſe cõtingat: hoc ego conſiliũ dabo (quod forſitã, tacente etiã me, vobis, vtpote nõ conſiliariis ſolùm ſed prudẽtiſſimis, in mentẽ veniret) vt iſta hoſpitarũ diſtributio ſorti cõmittatur. Valete, & veſtri amantiſſimum redamate.

HENRICVS STEPHANVS LECTIONIS Herodoti ſtudioſis S. D.

HERODOTI editionem ſecundam, diu à te, contrà quàm cupiebam, deſideratam atque exſpectatam, tandem accipis. Faxit autem Deus Opt. Max. vt quam illa ſui concitauit exſpectationem, ſuſtinere ac tueri poſſit. Tanta quidem certè cum acceſſione illa prodit, vt hæc ſaltem ſpes me ſoletur, fore vt grande moræ pretium accipere te fatearis. Sicut enim in priore editione multiplex fuerat meum tuis ſtudiis commodandi ſtudium, ita multiplicem & variam eſſe hanc acceſſionem cognoſces.

Ac primùm quidem, ad eos quod attinet quibus ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione datur, id eſt, qui interpretis operam, tanquam χειραγωγοῦ cuiuſdam, nòn requirunt, (quamuis multo pauciores in Herodoto & Thucydide, quàm aliis, eam non requirere notum ſatis ſit) ſed cæteris ad hanc lectionem adminiculis eſſe contenti poſſunt: non eas tantùm quas antea diuerſas ſcripturas (vt Græci διαφόρους γραφὰς appellant) exhibui, ſed numerum earum auxi: & cenſura adhibita, quaſdam exautoraui: non tamen ita vt amandarem, ſed tantùm vt loco ſuo motis alium minus honorificum darem. Ex ipſo enim textu (vt hodie moris eſt vocare) in marginem trāſtuli. Sed quaſdam viciſſim maiore dignas honore iudicaui, ideóque eas hinc illuc tranſtuli. Iam verò & pleroſque locos emendaui, qui tibi faceſſere alioqui negotiū poterant: & quidem haud parum negotii nonnulli. Quorum in numero eſt hic qui in Euterpe legitur, ἐπιὼ πεπιστεύσασι τῆσι, καὶ ἐπιὼ κατεύξωνται, θύουσι τιὼ βῶν. Quem enim illa vocula τῆσι non torqueat? cui crucem non figat? Sed eſto, veriſimilem poſſe videri hanc emendationem, vnde tamen tantum confidētiæ (dices) vt eas voculas τῆ Ἴ σι margini non adſcripſeris, ſed ipſis Herodoti verbis inſerere auſus fueris? Quoniã Herodotum ex Herodoto me emendare, vel (ſi mauis) Herodotum eſſe ſui ipſius emendatorem, videbam. Ita enim ille in ſequentibus, eadem in muſa, paucarum paginarū interuallo, ἐν ᾗ Βουσίρις πόλις ἀμάρτουσι τῇ Ἴ σι τὴν ὀρτὴν, εἰρηται πρότερον μοί. τύπτονται γὰρ δὴ μετ' τιὼ θυσίιω, πάντες καὶ πᾶσαι, μυρ. Sunt verò & alii loci quibus malè affectis ex ipſo Herodoto medicinam adhibui. Sed ſupereſſe fateor qui eandem à me aut ab alio quopiam opem exſpectēt. Parum autem abfuit quin & alium quendam emendare mihi permiſerim: ſuum illi vocabulū, antiquum certè, & multorum auribus, etiam in Græca lingua valde exercitatorum, inſolens fururum, reſtituendo. id autem eſt ἀλλογνώσας. Nec dubito quin, ſi de hac emendatione, tanquam ex nimia fiducia proficiſcente, accuſatus fuiſſem, cauſæ meæ patrocinium Heſychius ſuſcepiſſet. Sed (vt opinor) nec Hippocrates Ion, quum me ſcriptori Ioni operam præſtantem vidiſſet, opem viciſsim præſtare mihi recuſaſſet: præſertim quū eodem & ipſe vocabulo vtatur, paulo quidem alium ſed tamen non alienum ab eo quem apud Hero-

dotum habuiſſet,dans ei vſum. Vt taceam, non abſimile vero eſſe, vtrunque ab illo, Hippocrate inquã, datum ei vſum fuiſſe. Eſt verò & alius quidam noſtri hiſtorici locus,qui vocabulũ quoddam non minus Hippocrati quàm Homero vſitatum requirere videtur: vt in meis annotationibus (deo fauente) declarabo. Immo quid obſtat quominus iam nunc illam ſaltem libri illius portiunculam (aut ſiquid portiuncula minus dici poteſt)repræſentem? Scito igitur agi de hoc loco,quẽ habes pag.122, οἱ δ' πέντες αὐτῶν,ὑπ' ἀδυνείης βίου ζαμένας πλάσσοντες ὗς, καὶ ὀπίσσοντες ζωὸς, θύουσι. Nam quum in Aldina iſta pariter & Baſilienſi editione habeamus, ὑπ' ἀδυνείης βιοὺς τε ζωὰς πλάσσοντες ὗς, quid vetat quominus quis pro voce βιοὺς ſcribendum βαγοὺς ſuſpicetur? Saltem è ſcriptura qua nihil ſignificari poteſt,aliã quæ nõ incommodum ſenſum habẽat,efficiet : idque minima cum mutatione. Talem autem mutationem,id eſt minimam ſiue leuiſſimam, quũ ſufficere ad quorũdam locorum emendationem viderem,pro religioſo ſuperſtitioſus eſſe nolui. Atque hinc factum eſt vt in hac poſteriore editione (hoc exemplo contentus ero) pro ἀπειπονῦσι ſcribere ἀπιπονῦσι non dubitauerim , pag.139. quum manifeſtum ſit ἀπιπονῶ eſſe quod Dioſcorides ἐξιπονῶ dicit. Adſcripta autem margini lectio ἀπειπονῦσι , quæ nihil poteſt ſignificare , fieri poteſt vt ex alia manarit, aliis literis ſcripta , ſed eandẽ tamen pronuntiationem (vt iampridem literis diuerſis eadem pronuntiatio dari cœpit) habente: ac audiẽs aliquis verbum ἀπηθῦσι (quod eſſe poterat expoſitio illius ἀπιπονῦσι)nõ illo modo ſcripſerit,ſed hoc, ἀπειτῦσι.

Iam verò & commoda quorundam locorum interpunctione magis etiam quàm antea lectoribus commodaſſe,& labore illos leuaſſe, ex ipſa collatione apparebit. Alicubi tamen eorum diligẽtiæ hoc reliqui, vt quam interpũctionem in annotatione margini adſcripta ſequutus eſſem, eam in ipſis Herodoti verbis (niſi fortè à me diſſentirẽt)ſequerẽtur. Ac huius etiam rei exemplum ſuggeret illa ipſa quæ modò propoſita fuit pagina. In eadem enim,circa finẽ,legitur , τὼ δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· τῷδὲ ζωΐτιλω ἴζηοι τὸ ἀμφίβληστρον: ſed tamen ſequẽdo ea quæ margini adſcripſi,poſt χρᾶται ponẽda eſt τελεία στιγμὴ, at poſt κοίτῃ , tantùm ὑποστιγμὴ. Fateor interim me ſimul etiam mutaturum libenter αὐτῷ in οὕτω.

Quiddam etiam præſtiti quo me lectionem illis iucundiorem reddidiſſe nemo negauerit. Eſt autẽ idipſum quod in aliis quibuſdam hiſtoricis (de Dione, & de Xiphilini ex Dione eclogis, necnõ de Appiano loquor) nuper præſtiti. In certa enim velut tmemata (cuiuſmodi ſunt quæ vulgo capita nominantur) ſiue tmematia, vnumquenque librum diſtribui. Qua diſtributione quũ lectio,quæ alioqui nimis longa videri poſſet, in certa interualla,ceu lõga quædam via,diuidatur, vbi commodè,ſi viſum fuerit,liceat interquieſcere: non ſolùm iucundior illa redditur, vt paulo antè dixi,aut ſaltẽ tædium illius vitatur, ſed etiam memoria plurimum iuuatur. Quo fit vt non dubitem quin meum hac in re exemplum typographi ſint

ſequuturi: (quemadmodum alia ſunt in quibus viam vel à me vel à patre meo oſtenſam, hodie, tanquã rectam & tutam, ſequuntur) ego certè in Diodori Siculi & in Polybii editione idẽ præſtare conſtitui.

Ad eos autem vt veniã, quibus contrà ſine cortice natare in Græcorum ſcriptorum lectione eſt negatum, eos qui ſine Theſeo è multis illorum locis emergere nõ poſſunt, eos qui duce filo, vt in aliquo labyrintho, ſua ponere veſtigia neceſſe habẽt: multo plus & ipſi huic editioni, quàm priori, ſe debere, meritò fatebuntur: quũ me in multo pluribus locis interpretationem Vallæ emendaſſe, in quibuſdam in meipſum etiam, ad emendationem quod attinet, inquiſiuiſſe animaduertent. Hoc enim de quibuſdam locis poſſe mihi videor dicere, vbi quæ me non ſatis tum temporis oculatum ſubterfugerant, à me nunc, ceu facto oculatiore, deprehenſa fuerunt. De locis tamen iis non iam loquor, vbi tales erant commiſſi errores quales in nominum quorundam interpretatione: qui nimirum ſunt eorum è genere quos μεταμορφωτὰ ſiue μεταμορφωτικοὺς appellare ſoleo, quòd metamorphoſes, & miras quidem eas, in quibuſdam ſcriptorum Græcorum locis interpretandis faciant. Atque horum è numero vnus eſt vbi nomen ἥσσονες, quod ſonat *inferiores*, ſeu *viribus minus valentes*, mutatum fuit ab interprete in nomẽ populi omnibus geographis, omnibus hiſtoricis incogniti: quum is ab illo vocetur *Heſſones*. Locus ille eſt in Polymnia, pag. 446, ἰδών τε πολλὰ καὶ μεγάλα πεσόντα ῥήγματα τοῦ ἡσσόνων. vbi vide quæ margini adſcripta ſunt. Ac eodem modo pag. 471 nomen vel potius pronomen relatiuum οἵπνες, quod reſpondet Latino *qui*, videbis tranſformatum in quendam populum. ita enim ille, *quos prius appellatos fuiſſe Hætines, dictum eſt*: quum verba Herodoti (de Caribus loquentis) hæc ſint, οὗτοι δὲ, οἵπνες πρότερον ἐκαλέοντο, εἴρηται. Sonant verò hæc, *Hi autem, quinam* (id eſt, quo nomine) *prius vocarẽtur, dictum eſt*. Sic pag. quoque 81, vides, ex ἰστιέων, quod Ionica dialecto dicitur pro ἰστιῶν, ab ἱστίη, (cuius nominatiuus ſingularis eſt ἰστίη, quo ſignificatur *familia*) quendam populum ſeu quandam gentem ab interprete nobis fieri, cui nomen ſit *Iſtiæi*. Atque his adiiciendus eſt mons Hirus, per eandẽ metamorphoſin factus, pag. 36. nam ibi legitur, *qui è monte Hiro matris Dindymenæ lapſus*. vbi admonitiunculam margini adſcriptam vide. Quòd ſi ad aliud genus errorũ interpretis à me emendatorum veniendum ſit, illi non cedens, quin potius id ſuperans, de nullo potius hoc dici poſſe exiſtimo quàm de eo vbi contrarium omnino ſenſum verbis autoris dat interpres. Exemplum quod in mentem venit primum, eſt in Euterpe, pag. 175. hæc enim exhibet iſta Herodoti verba, ἤιεσι δὲ Κορίνθιοι ὀνοπαίπτας χρεστέχνας, à Valla ſic interpretata, *Corinthij quoque minimi faciunt opifices*: quum Herodotus cõtrarium de Corinthiis teſtetur, eos nequaquam minimi facere opifices, vel potius, contemptui habere. Aliunde autem non contigit tam magnus error quàm ex non intellecto verbi ὄνομαι vſu: ſicut nec compoſitum ex hoc factum καταυοήσις intellexit pag. 161: vbi exſtat inſcriptio, cuius principium hoc eſt, ΜΗ ΜΕ ΚΑ-

τονοθῆς Πρὸς Τὰς Λιθίνας Πυραμίδας. nam has voces ille ita reddit, Ne Me Lapideis Pyramidibvs Compares. Vbi illum videri aliud verbum quàm καταπονθῆς legisse, dixi in iis quæ margini adscripta sunt : sed quum ne illius quidem verbi ὄνονται significationē assequutus sit, facilè mihi persuadeo, non aliam eum lectionē illic sequutū esse, sed idem ei in illo etiam verbo quod ex hoc compositum est vsuuenisse. Quis igitur est illorum verborum sensus? Illorum regis Asychis verborum sensum (lectores enim ibi suspensos reliqui) esse hunc arbitror, Ne Me Contemnas Prae Lapideis Pyramidibvs. Vel, Ne me asperneris. Cæterùm, ad priorem illum quod attinet locum, quē Valla ita vertit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*, suam ei interpretationem vel hoc reddere suspectam debebat, quòd vlla vix artificia magis celebrarentur quàm quæ Κοιλιθιουργῆ (eo modo quo Ἀτθικουργῆ, & Μιλησιουργῆ, & Ναξιουργῆ) nominabantur. Haud scio autem an ex vllo nobis clarius & certius esse id possit loco, quàm ex Actorum apostolicorū capite xix. Ibi enim quidam nomine Demetrius vel ex vno artificio procudendi templa Dianæ argentea (siue thecas templi effigie, aut scriniola, siue nummos celeberrimi illius templi formam repræsentantes, aut alias eius imagines, intelligere oporteat) magnum artificibus præbuisse quæstum dicitur. In dubiū igitur vocari non potest quin mea quàm vera est, tam falsa sit illa meæ contraria interpretatio. Quòd si librū hunc euoluere libeat, alios plerosque locos inuenies vbi meam itidē interpretationem, & quidem alteri omnino repugnantem, propono. Taceo de locis vbi Latina eius verba negant quod Herodotus ait, aut vice versa: sed ita vt id è lectione cōtraria nostræ contigerit, eíque imputari debeat. Ac fateor posse alicubi, vtri potius lectoni acquiescēdum sit, dubitari: atque hæc, vt opinor, incidere dubitatio poterit non procul ab initio Clionis: vbi de Arione legimus, καὶ Ἀρίονος ἐστὶ ἀνάθημα χάλκεον, οὐ μέγα, ἐὸν τετράπουν. contrà enim, χάλκεον, μέγα, legisse Vallam videmus. At pag. 16, vicissim negationē ille habet vbi nullā habemus. nam pro ἀπεχρεωμένων lectum ab illo fuit οὐκ ἀπεχρεωμένων.

Verùm, vt de locis in quorum interpretatione peccauit, verba pergam facere, eorum in numero nōnulli sunt vbi hoc inde contigit, quòd non animaduerteret verbum quodpiam vsum quendam Herodoto, aut certè eius dialecto, peculiarem habere. vt pag. 19, συγχωσάμενος. Nam & actiuam vocem συγχώσαι lōgè aliud sonare passim apud hunc scriptorem, quàm *ignoscere*, in recensione & expositione quorundam eius vocabulorum à me aliquot exemplis ostensum fuit. Minus autem quis miretur fortasse illum ἐπιστολὴν reddidisse *epistolam*, pag. 398, quū potius *mandatum* significare videatur. Ac fallitur Eustathius in eo quòd credit, vocē ἐπιστολὴν, quæ apud AEschylum id sonat, pro ἐπιστολὴν positam esse, adiectione literæ σ. quasi verò à verbo ἐπιτέλλομαι, quod Homero vsitatissimū est, deduci eam necesse foret, ac non ἐπιστέλλειν quoque, & quidem in soluta etiam oratione, eum vsum haberet. Qua de re siquis cum Eustathio dubitat,

omnem vtrique meus Thesaurus Græcæ linguæ dubitationẽ tollet.

Inter illa autem de quibus nunc demum in hac posteriore editione monui, est quidam vsus præpositionis ἐκ, qui non animaduersus fecit vt in eorum interpretatione quæ de Cambyse & Gyge narrantur, pag. quinta, aliquid sit absurdi: ex eo quòd, vbi dicitur, μαθοῦσα δὲ ὃ ποιῆσαι ἐκ τῦ ἀνδρός, interpres non viderit, intelligi debere, non μαθοῦσα ἐκ τῦ ἀνδρός, sed ὃ ποιῆσαι ἐκ τῦ ἀνδρός: vt ostendi in iis quæ recensioni & expositioni vocabulorum huius scriptoris subiunxi.

At eorum è numero de quibus in annotationibus agetur, est quod dicitur de Persis, pag. 63, μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ ἀσυμφορώτατα τῶν πραγμάτων. Nec enim eos tantùm facere iniuriam Herodoto arbitror, qui ista ex eo afferunt, at quæ subiungit tacent: sed eos etiam qui μεθυσκόμενοι interpretantur *ebrij*: vt intelligamus, Persas, quũ iam sunt ebrii, de rebus maximè seriis consultare. Cur enim μεθυσκόμενοι pro μεθυόντες accipiamus, potius quàm id quod propriè sonat intelligamus? Id verò non aliud est quàm *dum se inebriant*. Quantum autem sit discriminis inter eum qui ad ebrietatẽ iter facit, eúmque qui iam iter illud confecit, atque ad eam peruenit, cuilibet iudicandum relinquo. Tantum certè discriminis est quantum inter eum qui vrbem quampiam oppugnat, & eum qui iam expugnauit. Quæ comparatio est eo aptior, quòd is etiam qui se inebriat, mentem suam velut oppugnat, & de statu suo deturbare conatur: at postquã hoc effecit, iam dici potest eam expugnasse. Quamobrem non video quid obstet quin participium illud μεθυσκόμενοι interpretemur (si verbum verbo reddere nolimus) *inter pocula*, aut saltem *inter larga pocula*. Quod ποτικώτερον esse fateor: quamuis Liuius largius vinum etiam dicat. *Largiore vino* (inquit) *vsus*. Nec verò videtur contra me facere quod sequitur, de eo qui domui in qua sunt præest, proponente postridie quod ipsis in ea consultatione potatoria visum fuit. Proponit enim tanquam iis qui è mensa (si tamen ea tum vtebãtur) tandem nonnisi ebrii surrexerint, ideóque illorum quæ à se statuta fuerint, recordari haud queant. at nihil obstat interim (meo quidẽ iudicio) quin intelligamus, illis inter larga pocula, & tamẽ antequã essent ebrii, consultantibus, ebrietatem solitam superuenire. Sed viderit alius quispiam quid pro Persis afferri possit, super eo etiam quod subiungitur, & quomodo illud quoque factum ostẽdi minus absurdum queat quàm prima fronte videatur: τὰ δ' ἂν νήφοντες παρεβουλεύσαντο, μεθυσκόμενοι ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀνῃρέθησαν.

Exhibebunt porro illæ annotationes meæ, deo fauente, & quorundam locorum emendationes, ex coniectura: quandoquidem vetere exemplari (cuius etiam exspectatio fecit vt editionẽ huius scriptoris differrẽ) video me ante bellorum nostrorũ finem potiri haud posse. Atque vt huius quoque operæ aliquod tibi velut γεῦμα interim præbeam, quandam loci quem habet Thalia, pag. 241, proponam. Nam ibi pro ἐκποτὲ πλοῦσα scribo ἐκποτὲ πλοῦσα, leui cum mutatione, sed eiusmodi tamen, vt quum ex illo ἐκποτὲ πλοῦσα nihil nisi ineptum

elici poſſit,(præſertim ſiquis Vallæ interpretationem ſequatur) contrà in ἐπικωμάζουσα non dubitem quin Herodoti mentẽ habeamus.

Eodẽ in opere, eadémq; opera, de illa quoque ſcripturæ diuerſitate agam, qua fit vt eiuſdẽ vocabuli ſcriptura modò dialecti Herodoti, id eſt Ionicæ, legẽ ſeruare, modò ab ea diſcedere videatur: & è duabus tribúſve (tot enim ſunt interdũ) quam potius recipiendam arbitrer, declarabo. Interim certè adeo in hac parte nihil mutare ſum auſus, vt in ipſo etiam principio ἁλικαρνασσῆος retinuerim, & in ἁλικαρνησσῆος mutare noluerim: quamuis ſit ἁλικαρνησσεῖς p. 183, & ἁλικαρνησσοῦ pag. 565. In eo quidem magna eſt conſtantia, quam valde quis mirari poſſit, quòd nuſquam (ſi memoria nõ me fallit) genitiuo Ionico, id eſt, in οιο deſinente, vtatur: ſed quemadmodum prima totius operis vox eſt Ἡροδότου, nõ Ἡροδότοιο, ſic alibi alia virorũ nomina illo non hoc ſcripta modo, & Νείλου, non Νείλοιο, ποταμοῦ itidem, non ποταμοῖο, atque adeo λόγου etiam, non λόγοιο, habeamus.

Sed quamuis de multis te monuerim, nõ dubito quin aliqua quæ in eorum eſſe numero debebant, mihi exciderint: quod ſi ita eſt, ſuus illis eodem in opere locus erit.

Iam verò, quoniam, ſi εἰ δόπι λέγλν non oportet, multo minus, ὁρῶ-πι λέγλν, quid attinet, quæ hæc EDITIO POSTERIOR adiuncta priori habeat dicere? Sed ea quidem quæ huic Herodoti libro præfixa ſunt, partim mea, partim Ioachimi Camerarii, fuerunt tantùm locupletata, & quidẽ ea inparte quæ mea eſt: at quæ ſubiũcta, DE LEGIBVS ET INSTITVTIS TAM PERSICIS QVAM AEGYPTIACIS, ex variis ſcriptoribus ſumpta, nunc primùm adiecta ſunt. At poterãt tamen (inquies) ex aliis etiam alia quædã ſumi. Poterant, fateor: ſed iis quæ præcipua videbantur, eſſe contentus volebam.

Quoniam autem nonnullos verſibus partim Græcis, partim Latinis, de Herodoto à me ſcriptis, & priori editioni præfixis, delectatos eſſe ſcio, ne peior ſit eorum conditio quorum in manus poſterior hæc veniet, non ſolùm illos ſed plures etiam proponendos hîc tibi cenſui.

ΕΡΡΙΚΟΥ ΤΟΥ ΣΤΕΦΑΝΟΥ
ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΡΟΔΟΤΟΝ.

Ἡρόδοτος λιγυρῇ ὅπι μούσισεν ἅρμα Μουσῶν,
Τοὔνδε βίβλοις σφετέρας δῶκαν ἐπωνυμίας.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡρόδοτου τίς φθέγμα μελισταγὲς εἶπεν ἀκούσας,
Ὃς δεῖ Μουσάων, ἰὼ λαλῆ Ἡρόδοτος.

Ἢ οὔπω, Καλλιόπη σίγα, ἢ λ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Ἡροδότου λαλέοντος ἀκὴν ἔσο Μοῦσα σιωπῇ,
Ὄφρα σὲ μὴ εἴπω Μούσῃσι ἄμουσον ἔμμεν.

Ἢ οὔπω, Μὴ θεὸς πάνδε δοκῇς Μοῦσα ἄμουσος ἔμμεν.

ΕΙ'Σ ΤΟ'Ν ΑΥ'ΤΟ'Ν.

Οὐχ Ἑλικωνιάδων παίδε ἰῶ, ἀλλ' Ἡροδότοιο,
Φοίβου αὐτ', ἐν μέσῳ τῶν Ἑλικωνιάδων.

ΕΙ'Σ ΤΟ'Ν ΑΥ'ΤΟ'Ν.

Ἡροδότου λεγόμεθα πόνος θ' ἅμα σύνεα Μουσῶν·
Κλέμμα δὲ Μουσάων κάλλιον ἄμμε λέγω.
Εἰ δέκα δ' ἰῶ γεγράφως, δεκάτῳ τις αὐ ἐπλάσατο Μοῦσαν,
Ὄφρα μὴ ἡ δεκάτη βίβλος ἄμουσος ἔοι.

ΕΙ'Σ ΤΟ'Ν ΑΥ'ΤΟ'Ν.

Ἐστὶ μὺθ, ἔστιν ἰὰς λιγυρὴ ἁφὴ λεκτὸς ἁπασῶν
Ἔσχα, καὶ μαλακοὺς ἐξαφίσσα θεούς·
Ἀλλὰ γὰ ὅσσον ἰὰς πασῶν ποτεφερεσάτη ὀστί,
Τόσσον ἰαζόντων Ἡρόδοτος ποτεφέρῃ.

Hactenus epigrammata Græca, in laudem librorum Herodoti à me ſcripta, & nominatim in titulum quem quiſque ex vnius è muſis nomine, ſeruato ordine, capit, luſa: quæ ſequuntur partim Græca, partim Latina, iis qui Herodotum accuſant fabuloſitatis, reſpondent. Sunt autem duo poſteriora Græca, necnon tria Latina, in perſona Herodoti.

ΤΟΥ̃ ΑΥ'ΤΟΥ̃ Ε'Ρ'Ρ. ΤΟΥ̃ ΣΤΕΦΑ'ΝΟΥ
εἰς τὸν αὐτόν.

Ἄφρων ὃς ψεύσην σὲ καλεῖ ὅτι πολλὰ ἄλλου.
Καὶ τί γὰ εἰ ψεύσην ψεύδεται ὃς σὲ καλεῖ;
Εἰ δὲ παλαιὰ λέγει δεδαηκέναι αὐτὸς ἄμεινον,
Ἄφρων καὶ ψεύσης βῶς ἄλωκεν ἐών.

ΕΙ'Σ ΤΟ'Ν ΑΥ'ΤΟ'Ν,
ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Θαύματα πολλὰ λέγων, δοκέω πολλοῖσιν ἄπιστος·
Σοὶ δὲ ἄπιστος ἔῃ ὃς μὲ ἄπιστον ἐρεῖ.

ΕΙ'Σ ΤΟ'Ν ΑΥ'ΤΟ'Ν
ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Μυθικὴ ἰστορίη φθονερῶν τοῦδε τῶνδε κακεδμεγ.
Φεῦ πόσον ἰοβόλου σῶμα τοῦ φθονεροῦ.
Ἀλλὰ γεάφῃ τοῦδόξα πολλοὶ μὲ λέγουσι καὶ ἄλλοι.
Ἦ τοῦδόξα γεάφῃ, μυθικὰ ὅστι γεάφῃ;
Ἱστορικοὶ πολέες τοῦδόξα γεάφουσι καὶ ἄλλοι,

Καὶ τῶνδ' οὐ λέγεται μυθικὴ ἱστορίη.
Ὅσσ' ἐπίοις τῷδ' ἀδδξα δοκεῖ, δοκεῖ οὔτι γε πᾶσι.
Καὶ τιν' ἄπιστα δοκεῖ σήμερον, αὔριον οὔ.
Ἢ ἐμὴ ἱστορίη, τῷδ' ἀδδξα γράφουσα, καλείσθω
Ἢ τῷδαδδξογράφος, μήτι δὲ μυθογράφος.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ,
ὡς ἀπ' αὐτοῦ.

Ἔκλυον εἰν ἀΐδεω ὅτι πολλοὶ πολλάκι ἄνδρες
Ἱστορίης κατ' ἐμῆς πολλὰ κακηγόρεον.
Πλουτάρχος, Βοιωτὸς ἀνὴρ, τῷ φθόνος ἀπόντων,
Καὶ κακόηθες ἐμοῦ φησὶ ὃ ἱστορικόν.
Ἀλλ' εἰ κ' εἰν ἀΐδεω παῤῥησίη ἔστί μοι οἴκῳ,
Ἦθος οἱ δύσηθες, κ' ὃ κακόηθες ἐμοί.

HENR. STEPH. EPIGRAMMATA
in eos qui Herodotum fabulositatis accusant. Sunt autem in persona eius scripta.

I.

Mendacem historicum quónam me teste probabis,
Qui nostros libros non reuerenter habes?
Dicere non satis est, Nimis hæc mihi mira videntur.
Mira nimis seclis haud ea visa suis.
Illa hoc in seclum secla vt reuocentur oportet,
Si mendacem aliquo teste probare voles.
Non reuocare potes? peto tantùm quod potes, vt non
Me, qua visa mihi, visa negare velis.

II.

Quisquis is est, vel quisquis erit, quo iudice mendax
Dicar, vel nimium vel nihil ille sapit.
Nil sapit, hoc vulgo qui dicere credulus audet,
Atque leui fama pondus inesse putat:
At si quis lectis hoc ausit dicere musis,
Quum sapit has vltra, plus satis ille sapit.

III.

Quod mihi narranti non credis, fabula dici
Protinus hoc dignum est, liuide, iudice te.
Quod quis non credit, si sic vocitare licebit,
Historicos multos fama sinistra manet.
Credulus haud vola sis, incredulus & volo non sis:
Hîc volatu discas posse tenere modum.

EX IOACHIMI CAMERARII procœmio in hiſtorias Herodoti.

QVVM Ricardus Crocus, Britannus, qui Lipſiam aduenerat, ſtatuiſſet domi ſuæ quibuſdam priuata opera Herodoti hiſtorias explicare, nos etiam tum ad hunc autorem cognoſcendum à magiſtro ſumus miſſi. Etſi autem Crocus vix peruenit ad ſecundum illius autoris librum enarratione ſua, ego tamen captus dulcedine & elegãtia atque etiam facilitate ſcriptorum, quum celeriter diuerſitatem quandam ſermonis, quam Ἁλίκτον vocant, percepiſſem, ita poſtea ſemper in illo legendo hæſi atque perſeueraui, vt qualemcunque (ſentio enim quàm exigua hæc ſit) facultatem Græcæ linguæ conſequuti ſumus, eam magna ex parte Herodoti lectioni acceptam referre debeamus. Itaque & nunc eum quo tum vſus fui (acceptum à magiſtro) Herodoti codicem, tractatum verſatúmque à me plurimum, omnibus in pagellis notatiunculis & ſcriptura noſtra inſignem, inter alios omnes & diligo maximè, & quoties fortè aſpexi, non vnquam ferè temperare mihi poſſum quin aperiam, & in eo aliquid legam. Tum redit in memoriam puerilis ſtudii iucundiſſima cogitatio: & illum laborem mediocrem, non tamen fuiſſe omnino ἄλιον οὐδ' ἀτέλεστον ἰδεῖν ἐθέλοντι, lætor. Autorem autem iſtum tãti facio animo meo, vt nullum omnium aliorum huic meritò anteponi poſſe cenſeam.

Paulo poſt.

Neque me fugit, poſſe hoc teſtimonium de Herodoto meum videri magis amoris eſſe erga illum tam longo tempore confirmati, quàm iudicii, vel etiam illo hoc eſſe corruptum. Notum enim quod & aſtrologi vſurpant, τὴν φιλίαν καὶ τὸ μῖσος ἐλαττοῦν τὰ μέγιστα, καὶ μεγαλύνειν τὰ σμικρότατα. Quapropter hoc loco placuit cauſas exponere cur tãti facerẽ illũ, & veluti rationes referre ſentẽtiæ noſtræ, atque etiam reſpõdere iis quæ reſciuiſſemus aduerſus ipſum dici ſolere: vt intelligi poſſet neque nos temere aut de puerili perſuaſione quadã illũ celebrare, & inſectatores ipſius ad malignitatis crimẽ quandã etiã imprudẽtiæ ignominiã ſibi accerſere. Ac noſtra ſentẽtia paucis illa quidẽ cõfirmabitur. reſpõſio erit lõgior, vt neceſſe eſt: de qua tamẽ & ipſa, inductio animi mei & rationũ concluſio magis atque certius poterit perſpici. Quũ igitur in quocũque autore in primis id quod ab illo ſuſceptum eſt ad exponendũ, & ipſa expoſitio, cõſiderari ſoleat: in priori hæc ferè ſpectanda ad laudẽ exiſtimo, ſi eæ res ſumptæ delectæque ſint quarum cognitione alii adiuuari, quæque ipſæ ſuapte bonitate placere poſſe videãtur: in poſteriore, ſi expoſitio ſit verbis ſentẽtiiſque apta atque conſentanea. Quæ breuiter dicta latè patẽt ad intelligẽdum. Sed in vtroque quid Herodotus neglexit, vel nõ præſtitit potius, quominus præclariſſim⁹ & celeberrimus autor haberi debeat? Nam quæ accedit antiquitatis autoritas, quanti & ipſa ſit putanda, quantúmque ponderis habeat, quis non videt? Quiſve ignorat, omnium cõſenſu maximam huic laudem, admirationem, reuerentiam deberi? Quum autem priorũ temporum hiſtorias, variarum quidem gẽtium, ſed potiſſimum Perſarũ & Græcorum, componendas & narratione ſua exequendas ſuſcepiſſet, nõnne potius præcipuas & præclaras res complexus eſt expoſitione ſua, quàm nihili atque futiles? vt fecere, fortaſſe & veteres aliqui, certè poſteriorũ ex illo genere ſophiſtico multi, qui nihil niſi inani quadam oblectatione animos leuium quorundam afficere ſtuduerunt. ſicut ille AEthiopicorum & Deæ Syriæ autor: de quibus facilè exiſtimari poteſt de ſimilibus operibus aliorum. Ergo nihil tale in hoc eſſe autore affirmo? Minimè equidem: ſed hoc caput eſſe hiſtoriæ nego, quum ſit potius expolitio & exaggeratio quædam illius. Argumentum autem & caput quod? fũdationes, euerſiones, mutationes regnorum maximorũ, opulentiſſimarũ vrbium expugnationes, ſucceſſiones potentiſſimorum regum, celeberrimarum ciuitatũ fortunæ & imperia. Oratio verò nõnne placidiſſimè decurrens, omnibus ornamentis conſpicua eſt & illuſtris? Sola compoſitione (vt Ciceroni placet) diſſolutior, id eſt, numeris carens: quum naturalium quædam in illa tamen

numerorum modulatio inſit, à quo ipſo etiam præſtantia quædam non abeſt. Narrationes ſunt diſertæ: indicationes expreſſæ & ſpecioſæ: explicationes accuratæ & euidentes: collectiones certæ atque plenæ: in his rerum geſtarum, hominum, temporum fides: accurata compertorum relatio, dubiorum coniectura ſagax, fabuloſorum verecunda commemoratio, mira vbique ſimplicitas, & eximius quidam candor. Quæ omnia hiſtoriæ potiſſimùm famã, dignitatem, virtutem conſtituunt & perficiunt.

His breuiter & ſtrictim commemoratis, ad ea quæ in hoc autore reprehendi, quorúmque nomine vituperari à quibuſdam ille ſolet, accedamus. Contra quæ quum dicemus, etiam eorum pleraque quæ poſuimus paulo antè, tractabuntur copioſius & enodatius. Ac primùm de illa vulgari & ſanè veteri accuſatione mendaciorum pauca diſſeramus, non enim certè res ipſa multa deſiderat. Aldus etiam Manutius iam hoc ante nos crimen diluit. Sed quænam ſunt illa obſecro mendacia? Quidam ſanè profitentur ea ſe annotaſſe & confutaſſe: quæ vtinam peruenisſent in manus noſtras. ita enim futura eſſet reſponſio copioſior. Neque deſunt qui Herodoti potiſſimum ſcripta illi ſatyræ inſectationi occaſionem præbuiſſe perhibeant, vt audaciã mentiendi in hiſtoria Græcorum exagitaret. Nam Athos (vt ille loquitur) velificatus, deridetur, & compedes Helleſponti, epotáque flumina Medo. Nonnulli fabuloſas quaſdam narratiunculas inſertas paſſim hiſtoriæ, vt huius grauitate indignas, reiiciunt, & propter illas autorem mendacii damnant. Sed de iis quæ memorantur ab Herodoto propter magnitudinem nobis incredibilia, periniquũ fuerit iudicium, ſi non vera eſſe ideo ſtatuemus quòd notis cuique rebus, moribus, diſciplinæ non ſimilia, neque rationibus noſtris congruentia eſſe videantur, ſíque nonniſi iis quæ facilè intelligere & animo complecti poſſimus, fidem habendam eſſe ducemus. Quàm multa illi ipſi qui hæc antiquiora falſa fictáque eſſe affirmare audent, ſe vidiſſe referunt & pro certis commemorant, à quibus aſſenſio legentium refugit? Etiam poſteris hoc noſtris accidet, vt multa quæ nunc nimis verè fiunt atque geruntur, expoſitione inflata & amplificata eſſe ſuſpicentur. Sunt ſanè quædam inaniora (non enim nego) in talibus, vt in peregrinatorum, qui adiere illa loca quæ tellus extrema refuſo ſummouet oceano, ſermonibus. Cuius inhumanitatis tamen fuerit, vniuerſum genus narrationũ iſtarum ſemel abiicere vt futile & vanum? Quod ſi fiat, omnem hiſtoriæ rationem cõfundi, habitúmque peruerti neceſſe ſit. Quid de Babylone prodiderit Herodotus, non eſt ignotum. Hæc nobis ſcilicet probabuntur de ſenſu & cognitione oppidulorum noſtrorum. Quid enim ad illa ſpatia, vel maximæ vrbis omnium quas nouimus ambitus? Itaque & Ariſtoteles gentem regionémve appellandam potius Babylona, & ſiqua alia æqualis fuerit, quàm ciuitatem aut vrbem, cenſet. Quid? de fertilitate ſoli Aſſyrii quæ narrat, an nos credere poterimus de noſtris aruis? Quo tamen loco ipſe ignorantiæ incredulitatem refutauit. ſic enim ait, *Ita bene fert ea terra fruges vt nunquam non reddat ducena: ſi autem quàm poteſt optimè tulerit, reddit trecena. Folia tritici & hordei lata naſcuntur digitis commodis quatuor. At milÿ & ſeſami quàm procerae arbores exeant, in ſcientia certa non memorabo. Intelligo enim, eos qui in regione Babyloniorum non fuere, minimè credituros vel ea quæ de frugibus modò diximus.* Sũt autem hæc etiam diſtinguenda. Alia enim ad vtilitatem aliquam legentium, vel explicationem eorum de quibus narratio fit, referuntur atque pertinent: vt Babylonis deſcriptio, & copiarum Xerxis enumeratio. de quorũ altero facilè perſpiceretur, meritò fuiſſe ſecuros ciues in tali & ita munita vrbe: alterum & potentiam regni Aſiatici, & in quod tum periculum Græcia venerit, demonſtrat. Vtrunque autem documentum quoddam dat, nullas, quamuis magnas, vires, infractas, neque opes inuictas eſſe. In aliis nihil quæritur, niſi vel delectatio, vel vt audientium animi moueantur noua mirabilique narratione: vt de gryphibus, formicis Indicis, phœnice, & his ſimilibus. Horum, vt illa omni equidem mendacii crimine planè libero, ita haud facilè conceſſero, in horum vllo mendacii manifeſti autorem redarguendum eſſe: quum tot deriſa quondam & exibilata, penè iam comperta eſſe exiſtimentur: quúmque non minus iſtis à veritate abhorrentia multa aſſeuerentur ab iis, qui non audiuiſſe de aliis, ſed ſeipſos aſpexiſſe dictitent: vt nihil tam ſit abſurdum quin fidem reperire poſſe videatur.

Iuuen. ſat. 10.

Polit. 3.

In Clione.

Clione.
Polymnia.

Thalia.

Sed ab his recedamus.

Ob fabuloſas quidem narratiunculas tantum abeſt vt quaſi mendacé inceſſi vituperaríque autorem hunc debere putem, vt etiam, quum & aptiſſimè illas inſeruerit, & belliſſimè concinnarit, & venuſtiſſimè compoſuerit, admirandus: quúmque inſtructionem in ſingulis aliquam vitæ, cõſiliorum, actionum comprehenderit, eximiam gratiam quoque ab omnibus meritus eſſe videatur. Quid quòd fidem ſuam in his fere liberat, cauétque nequis ſimplicior decipiatur, quũ addit ſemper huiuſmodi quiddam, *Vt ferunt, Vt ego audiui, Quod veri mihi quidem ſimile nõ fit.* In Euterpa verò planè refutat illam fabulã de præciſis ancillarũ manibus. Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur. Item Melpomene, fabulã de Pſyllis præmunit. ea enim quæ Afri perhibeant ſe memorare ait. Quid autem dicit in Polymnia, quod meminiſſe in tota hiſtoria vult lectorem? *Ego*, inquit, *quæ fando cognoui, exponere narratione mea debeo omnia: credere autem eſſe vera omnia, non debeo.* In cõiecturis quidé ſequẽdis, quũ de apparentibus (vt ipſe ait) obſcura colligere ſtuderet, ſi falſus eſt, cui obſecro omnium hoc non accidit? Neque qui tale aliquod erratum in ſcriptis veterũ animaduertit, ſibi ideo placere & illum contemnere debet. quod ferè ineruditiores iſti facere conſueuere, qui exultant ad hos notationum & reprehenſionum ſucceſſus, non ſecus acſi theſaurum inueniſſent: quum hic verè tum theſaurus (ſecundum vetus verbum) in carbones euadat. Sed paulùm etiam ad fabulas illas reuertamur: quæ, obſecro, cur offendant animum cuiuſquam, quum veritati & integritati hiſtoriæ minimè officiant? Sed vt inſertæ apud Thucydidem conciones, (quas certè nemo, vt opinor, non confictas, neque non quidem nullas, ſed non tales ab iis quibus attribuuntur habitas eſſe videt) illæ tamen vt in grauitate huius autoris, admirationem, ita in dulcedine noſtri, fabellæ voluptatem habent. At egreſſiones, & nihil ad rem pertinentium quaſi inculcationes, ab hiſtoria alienæ ſunt. De quo equidem aliter ſentio, neque in hoc, neque vllo in genere eruditionem, intelligentiam, doctrinam quaſi in anguſtum cogendam, vt non liceat euagari & excurrere, ſi libeat, longius. Immo vel ſolus hic fructus eſt ingenii & induſtriæ ſtudiorum, vt veluti oſtentatione iactantiáque ſui gloriam laudémque petat. Auferat in his mihi aliquis iſta: incorruptam, ſanctam, caſtam, vt virginem, debere eſſe hiſtoriam. Non corrumpunt enim, non violant hæc illam: ſed exornant, vt aurum & gemmæ pudiciſſimarum quoque corpora, puriſſima illa quidem. Nã vt malæ & profligati pudoris fœminæ inſigniorem reddunt comptu turpitudinem ſuam: ita, quamuis varia copioſáque ſit quaſi emblematis quibuſdam, ſumma hiſtoriæ falſa & commentitia, meritò in ſua hæc infamia quaſi ſuperba improbetur. Itaque non inornatam, non nudam, non contractam, ſed ſplendidã, veſtitam, explicatam (dummodo integram, &, vt ita dicam, probam & incorruptam) decet eſſe hiſtoriam. Cuius fidem omnem nónne in temporũ indicatione, in nominum commemoratione, în rerum tam bello quàm pace à quibuſque ſuſceptarum atque geſtarum certa enarratione, in occaſionum cõſiliorúmque prudenti perſecutione omnes poſitam eſſe ſentiunt? Quæ vniuerſa noſtrum autorem exiſtimo & cuſtodiſſe diligenter, & præſtitiſſe præclarè. Quæ enim tempora indicauit falſo, quæue confudit? Quorum hominum locorúmve nomina poſuit perperam? Res autem ab iis geſtas quos complexus fuit narratione ſua, accuratè illas quidem retuliſſe non dubitarim aſſeuerare: certò autem & verè quoque, libenter equidem crediderim, quanquam ab aliquibus aſſenſio quodammodo refugiat. In conſiliis profectò & occaſionibus recenſendis qui circumſpectionem & prudentiam requirit maiorem, nimiùm is quidem eſſe faſtidioſus mihi videtur. Ad hæc, ſi, vt in tabula magni & memorabilis argumẽti, adiuncta ſunt veluti πάρεργον, quibus vndique illa inſignis & conſpicua reddatur, cuius quæſo vel rationis vel ſapientiæ, ne dicam incogitantiæ & ſtultitiæ, fuerit reprehendere? Quum autem hiſtoria non ſolùm delectationem cognitionis, ſed inſtructionem etiam animorum continere debeat, vt & voluptatem & vtilitaté afferat legentibus: ſi his ipſis quæ vt fabuloſa notantur, etiã monita vtilia atque ſalutaria multa inſunt, quis iã eos non modò qui vituperent, ſed qui laudẽt, iniquius ferre omnino poſſit? Fuit Cãdaules rex Lydorũ: nemo, vt opinor, negare audet. Hoc tẽpore in aliã familiam tranſlatũ fuit regnũ Lydiæ. an quiſquam

Euterpe.

Clione.

falsô hoc prodítum dicit? Cur igitur illa iam culpant de satellite coacto aspicere nudam reginam? Quæ si, quod haud scio annon sint, ficta essent, quanti multis de causis fieri mererentur? Nónne illam peruersionem animorũ, quæ ita mirabiliter, vt diuinitus effici videatur, sæpe vrgentibus fatalibus casibus animaduertitur, demonstrant? Quàm speciosis & bonis sententiis illustris est narratio? Idem & in aliis multis poteram, sine vllo exquisitionis labore, ostendere.

Clione. Expugnari præter omnium metum & opinionem Sardis oportuit. Sit iam illud de puero nato cum capite leonino falsum, (quod fortasse minimè est) quàm pulchrum hoc? quòd non circum ille vrbem totam latus fuit: quod si factum fuisset, capi secundum responsum diuinorũ vrbs non posset. Sint sanè illa Scytharum dona fictitia: quid incommoditatis tamen habet, vel quid potius pulchritudinis & bonitatis non habet cùm enarratio tum interpretatio, elegans, festiua, acuta? Sed quare ego prauitate quadam animi, non vera esse potius, id

Polymnia. est, ita audita cognitáque autori, putem? Eadem & de Xerxis somnio, de regibus

Calliope. Macedonum, deque aliis similibus dici possint. Quapropter, quod ad crimẽ hoc vanitatis attinet, prorsus in nostro autore turpitudinem illam & mendaciorum maculas detersas esse confido. Neque possum satis animo constituere meo, quî factum esse existimem, vt à veteribus quoque illud in hunc conferretur. Nisi vnus fortasse aliquis plures in errorem induxit, aut inuidia odiúmve, vel (vt mollius dicam) animi certa quædam destinatáque inductio quosdã ad huiusce modi calumnias impulit. Sed hæc velle exquirere omittamus.

NVNC AD aliam maiore studio susceptam & grauius atque inimicius factã accusationem veniendum, quam intendit huic vir magnæ doctrinæ & sapientiæ laude clarus, Plutarchus Chæronensis, qui nostrum autorẽ acerbissimè postulauit & conuincere conatus est malignitatis, edito libello, cui præscripsit περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. Contra quæ, etsi singularis est viri autoritas & celebris eruditio, cõcedi tamen nobis oportere puto, vt pro Herodoto dicere liceat: si illi permittitur, contra non minus se, quàm nobis ipse est, antiquiorẽ Herodotum scriptio, atque aliquanto certè præstantiorẽ multis nominibus virtutũ. Ipse quidem Plutarchus quo paratior venit ad maledicendum Herodoto, & in eo copiosus fuit ac vehemens, hoc minus læsisse illum putari debet. Quis est verò qui non laudatissima quoque conuiciis impetere posse videatur, quum Zoilos & Xenophanes suos habuerit Homerus? Quid autem verbis conquirere & comprehendere homini nõ infanti neque obtuso difficile? Et dicit hoc egregiè AEneas ad Achillem,

Iliad. v. *Multa licet memoret conuitia vterque vicissim,*
Quæ neque centenis remis instructa carina
Perferat. ipsa etenim facilis verbísque redundans,
Sermones variis hinc lingua reuoluit & illinc:
Quisque & fortè alii quod dixerit, audiet ipse.

Vt autem contra ea quæ quisque improbet dicere rectè possit, ita quomodo dicat diligenter considerandum: nequid vel inscitè vel etiã malignè improbare videatur. Nam horum vtrumcunque deprehensum & notatum contradictionem omnem infirmat: ita quidem sæpenumero, nemo vt responsione magnopere dignam arbitretur. De quo & elegantissimis versibus & luculento sensu cõpositum epigramma Græcum Eueni veteris poetæ fertur: quod nos quondam Latinum fecimus vt sequitur,

Est multis pariter mos omnia dicere contra,
Sed non & similis dicere recta labor.
His sat erit verbum me commemorasse vetustum:
Hæc mihi quum placeant, tu licet illa probes.

Plutarchus autem minimè cauit ne insimulando malignitatis alterum, malignitatem ipse quandam singularem suam proderet. Nam quũ collegisset quasi intimos sensus & reconditam voluntatem prauitatis malignorum, ad illa à se proposita postea, vt pueri à magistris secundum capita quædam traditas materias deducere iubentur, sic accusationem suam applicauit, in autorem hunc (vt ego quidem iudico) illa conferens alienæ malignitatis crimina. Ac ne dissimulauit ipse quidẽ neque texit causã iræ ac odii sui: nã suam ciuitatẽ, id est Bœotos,

ignominia affectos, & infamatos (vt ait) immeritò, grauiter fert & dolẽter. Hinc igitur illæ lacrymæ, hinc illa indignatio. Statim igitur quid autoritatis in tali criminatione sit, quam non veritatis sed vltionis cupiditas expresserit, apparet, vt illius quasi filum sequentes, refellere quæ congessit singula nihil sit necesse. Sed ad quædam tamen aliquid dicamus.

Quòd verò huic incipiens, suauitatem orationis, qua iucundè commouerentur legentes, exprobrat, ad id nihil aliud respondendum censeo, quàm quod Alexander Hectori fratri, qui sibi in iurgio formositatem obiecisset, ὅτ' γοι ἀπόβλητ' ἐστὶ ἰδεῖν ἐϋκυδέα δῶρα. Sed malignitatem omnem vndique ita colligit: Primùm de vsu nominum asperiore, déque verbis durioribus, in copia molliorum & leniorum. Deinde, si extra historiæ seriem alicuius vitia, vel si in hac laudes iciunius commemorentur. Præterea, quum plurium fortè sermones referantur, assentiri deterioribus. omnino enim coniecturas sequi ad peiora, esse malitiosi & infensi animi. Postremò, laudis adiectione veluti condire vituperationem. esse enim simplicitatis hanc simulationem pessimam. Quid ad hæc ergo dicemus? profectò non reperit in Herodoto ista Plutarchus, sed animo suo conquisita in illum intulit. Quare enim vsum nominum verborúmque in hoc autore non probat? qui quidem (vt existimo) vsus est diserta & accurata oratione ætatis suæ, quàm à posterioris seculi forma differre nos quoque intelligere possumus. Quid autem causæ fuerit cur non potius illa verè & simpliciter, quàm mendaciter & inuidè, dici sentiamus? Egregium est quod conquerenti Lasthenis factioni, (quorum scelere prodita fuerat Olynthus) contumelioſè à Macedonibus se nefarios proditores appellari, respõdisse Philippum regem accepimus, *Macedonas esse indoctam nationem ac inciuilem, soleréque ficum nominare ficum, & ligonem ligonem.* Quid autem offendit (obsecro) Plutarchũ, quòd Herodotus protulit asperius quædam, ac non molliuit appellationibus? Visum enim scilicet illi fuit id dicere quod esset. nam de coniecturis sequendis déque laude & vituperatione vniuersa hoc licebit vnum iterum atque iterum respondere: de suo illum iudicio historiam susceptam exposuisse: neque rectè facere eum qui ingenii sui vires in alieno opere explicare velit, præsertim ad infamiam autoris. Ego, vt quicque retulit, sic sensisse, audiisse, comperisse existimo. Et cur non in hac potius persuasione perseuerem quàm illam inducam maleuolentiæ, peruersitatis, virulentiæ? Quia enim contumelia afficit diuina & humana, sacra & profana: Si vera sunt, quæ est contumelia? (rectè enim ille in comœdia negat se maledicere, quum, quæ vera sint, dicat) sin falsa, ostendatur falsitas. Sed quomodo ostendit? ratiunculis quibusdam & concluſiunculis leuissimis. Quod quasi ipse sentiret, ne hoc quidem agere se ait, vt mendacii, sed vt malignitatis reum peragat Herodotum. Hanc igitur defendamus, si possumus. Ac laudatiõnibus illis minutis & tenuibus (vt vult Plutarchus) quot possunt opponi præclarè, & pleno ore (vt dicitur) enuntiatæ? Quale enim hoc? *Omnium quos scimus hominum primi Athenienses cursu illati in hostes sunt: omnium primi sustinuere vestitus Medici & hoc ornatorum aspectum: ad illud autem vsque tempus nomen quoque Medorum terribile fuerat.* Addantur his quæ de Cynægiro scripsit. Ac nequis Athenienses tantùm laudatos benignius credat, (in quo nescio quam suspicionẽ corruptæ largitionibus voluntatis mouet Plutarchus, temerè quidem, vt videtur, neque ipse quicquam explanat) quid? parcéne Lacedæmonios laudauit his verbis? *Sunt Lacedæmonij in certaminibus singularibus haud vllis aliis inferiores: in acie verò omnium mortalium præstantissimi.* Quid? horum ciues Sperthiam & Bulin parúmne prædicatione sua ornauit? Sed hæc innumerabilia sunt. Atque in nomen sophistæ etiam inuehitur quasi probrosum: quũ profectò eos qui veluti opificés quidam essent sapientiæ, & artem quandam facerent illius, sophistas, vt citharistas & grãmatistas, vocatos, & postea vitio hominum, (vt in aliis pluribus euenit) nomen quoque malè audiisse constet. Nam quòd exagitat præclaram sententiam de instabili & incerta fortuna rerum humanarum, quam Herodotus Soloni attribuerit (cui quidem similes & alibi leguntur) nimiæ sapientiæ & pietati hominis concedatur: qui veritus sit, ne si ita de deo loquamur, vt humanus intellectus quæ dicũtur percipere possit, parum pii esse videamur. Cur ergo deo oculos, manus, pedes, aures attribuimus? cur

Eratone, pag. 424.

Polympia, pag. 474.

Pol. pag. 474.

Hoc nomine vsus est Herod. in Clione, pag. 12.

dicimus Deum irasci? cur vlcisci? etiam vereri profectò, tentare, pœnitere, lætari, dolere. πόρρω γὰρ λύπης καὶ χαρᾶς ἵδρυται τὸ θεῖον. sine quibus illa ne intelligi quidem possunt. Quid Xenophon? (quo nemo fuit numinis colentior, nemo obseruantior, nemo impietatis erga Deum acrior hostis) nónne eandem sententiam ponere non dubitauit in præclaro illo opere suo historiæ rerum Græcarũ? sic enim ait, καὶ ὁ θεὸς ἦν, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. Hæc igitur sacrilega est in Herodoto sententia, quia secundum hominum intelligẽtiam φθονερὸν dixit esse τὸ θεῖον. Sed hæc quàm sint futilia quis non videt? Omissam autem illam retis fabulam & Pittaci pugnam ferat æquo animo Plutarchus: seque hoc consoletur, quòd, vt ait, tot alias exposuerit non magis profectò fabulosas. Sed præterunda sunt certè aliqua, indigna quæ refutentur. Crœsi quidem annon satis clarè memorat eruditionem, & doctrinam fortunæ aduersæ? cui τὰ παθήματα μαθήματα ἐγένετο. Neque Xenophõ sapiẽtissimus vir dubitauit similiter post amissum regnum prudentiorem Crœsum producere. Ad alias argumẽtationes illius de Ephesiis, Colophoniis, Chiis: vbi quàm leui vtitur ratione, quòd Lampsacenus Charõ, antiquior ille quidem Herodoto, quædam non scripserit. Quasi nihil oportuerit narrare Herodotum nisi quod in literas iam esset relatum. Quod dictu est perquam ridiculum: præsertim quum ipse profiteatur, eorum quæ alii non comprehenderint, mentionẽ facere decreuisse. Sed cùm de illis, tum de Samiis, Corinthiis, Lacedæmoniis, de Isagora, Aristogitone, Athenien sibus, Platæensibus, quæ disputat, patiamur sanè illum vincere. Quis enim, qui aduertere animum paulum modò voluerit, non perspecturus facilè est victoriæ istius præclarum successum?

Hellenicωv libro 5.

Eratone.

Venio igitur ad plenã lunam: de qua ingenuè fateor non intelligere me quæ à Plutarcho disputantur. Herodoti luculentissima narratio, quum nemini non sit euidens. Dicit enim, *negasse Lacedæmonios, posse contra legem ante plenam lunã in expeditionem sese proficisci, & remansisse in patria dum lunæ orbis compleretur: ac postea profectos, ita accelerasse vt tertio die in Atticam Lacedæmone peruenirent.* Hæccine narratio illam merebatur tragicam acclamationem, hunc autorem, cælum ipsum, dierum rationem, omnes res confundere? Nam de lege, déque prælii die, sua fide affirmante vtroque, venia (vt opinor) dabitur ei qui fidem Herodoti pluris sibi faciendam quàm Plutarchi, & illum potius quàm hunc sibi esse sequendum putauerit. De Phidippide etiam obscura est insectatio: & erat hic locus in nostro libro corruptior.

Reliqua sunt calumniis manifestis referta, & vbique conspersa nigro sale, & atrocibus quidem illis sed infirmis criminibus referta. Sanè Thebanos, vt ciuitatem suam, (notum enim, fuisse hunc Chæronensem Bœotum) exquisita & per accurata defensione propugnauit, & in hac parte admodum vexauit autorem nostrum. In quo quidem ignoscendum est dolori ipsius, sed reprehendenda profectò impatientia & ira. Quàm enim molestè fert & indignè læsos oratione ab Herodoto suos? Hoc igitur (vt apparet) vlcus tãgi noluit, neque potuit ferre. Sed mendacii crimine Herodotum (vt opinor) facilè liberat non modò fama illis temporibus longè latéque vagata, sed conseruata etiam ad posteritatem, proditionis Thebanorum: de qua & Demosthenes argumentum duxit leuitatis & infidelitatis illius ciuitatis: & illud in sermonibus hominum semper permansit, decimam à Thebanis Apollini persolui oportere. Cuius mentionem à Xenophõte scimus semel atque iterum fieri. Quum enim communi decreto statuissent Græciæ ciuitates, quæ aduersum barbaros consenserant, ab iis qui nulla necessitate coacti Persæ se subiecissent, Delphico Apollini bello confecto decimã exigi debere, Thebani quidem potentia sua restitere decreto: sed quòd illo tenerentur, fama memoriáque hominum constantissimè perdurauit.

Philippica 2.

Hell. 5.

Decretum fœderis extat in Polymnia.

Præterea quamuis malitiosum & prauum Plutarchus faciat Herodotum, nõ stultum tamen fuisse neque hebetem confitetur. Quid autem incogitantius fieri potuisset, & in summa audacia amẽtius, quàm ea affirmare atque tradere, quæ, si falsa essent, non modò paulo antè defunctorum dictis atque relationibus, sed memoriæ, viuorum propemodum, testimonio refutari atque redargui possent? Et ille cum tam impudente mendacio, cum tam inconsentanea expositione, cum narratione tam dissidente, in celeberrimum frequentissimúmque totius

Græciæ conuentum (ita enim accepimus) venire, & illa vaniſſima atque leuiſſima ſcripta, plena maleuolentiæ & obtrectationis, reclamantibus diuinorum & humanorum monumentorum inſcriptionibus, recitare non dubitaret? Nimis inceptum & friuolum facis autorem, contra tuam quoque exiſtimationem. Non audiuiſſent ac potius exibilaſſent, vel malè etiam multatum illo tãto theatro eieciſſent eum, qui planè ad irridendum & eludendum auditores, quíque in communi Græciæ ſolennique cœtu ad nomen Græcum proſcindendum lacerandúmque adeſſet. De conſilio autem & facto Leonidæ retinendi Thebanos etſi aſtutè diſſerit, nemini tamen non plurima in mentem venire arbitror quibus hoc etiam loco defendi poſſit narratio. Adduxerat inuitos, ſed ſic vt à ciuitate delectos: ergo non modò illius, ſed ſuorum quoque metus hos continuit. Dimiſit alios, quos minus alacres in aperto eſſe diſcrimine videbat. illis enim parcendum decreuerat. Quomodo voluit autem vel potuit omnino quadringentos retinere, quum trecentos ſolùm haberet ipſe ſecum? Primùm voluiſſe Leonidam perdere iſtos Thebanos dixerat: neque non plures quàm trecenti cũ illo fuere. Nam præter Theſpienſes, etſi non dicitur, cum trecentis tamen Spartanis ſequutos alios plures ditionis ipſorum intelligere debemus. Ita enim fieri ſolitum ſcimus, vt Spartani nequaquam veluti ſolitarii, ſed quodã ſatellitio ſuorum ſtipati in expeditionem proficiſcerentur, quum ſinguli interdum ad ſeptenos adducerent eorum quos εἴλωτας vocarunt. Sed quid facerent? aut in illis anguſtiis quid experirentur tutius quàm quod retulit Herodotus? Neque aliud tẽpus omnino videtur fuiſſe vel defectionis, vel fugæ, vel tranſitionis, quàm quod memorauit Herodotus. Sed in tanto tumultu quo pacto exaudiri potuit imploratio? Et interfectos enim ſcribit nonnullos, & vel de geſtu intellectum fuit ſupplices hos eſſe. Notas quidem cur impudentiſſimè confingere voluerit, cauſam equidem nullam reperio. Accuſat paulo pòſt aſperitatem vocabuli, quòd de fuga conſuluiſſe dixerit Græcos. Nimis eſt ſeuerus noſter Ariſtarchus. Atque etiam illud non tulerit credo, quòd rex regum cenſet aufugiendum de Troia: non enim (vt opinor) mollius eſt φεύγωμεν, quàm ἁρπσμὸν βουλεύεσθαι. Quid verò de Naxiis & Themiſtocle dicemus? Scilicet in metu tanti belli, & tempeſtate barbaricæ claſſis ingruente, incredibile fuerit, inſulanos homines non ad eos proficiſci voluiſſe quibus nemo non interitum aut ſeruitutem impendêre exiſtimaret. Themiſtocli verò indecorum aut turpe fuerit, adiutum ipſum alterius conſilio, non ſolùm omnia commẽtum fuiſſe: at Agamemnonem, non vnum aut alterum, ſed decem συμφράδμονας optare non puduit. Nam in Artemiſia quòd facetias conſumit ſuas, quibus nequaquam abundat, feciſſe videtur incogitantius. Calliope.

In iis quæ ſequuntur, quòd non modò quid perperam ſcripſerit, ſed quæ ſcribere etiam debuerit Herodotus, docere vult, ſit hoc & ipſum præclaræ & ſingularis ſapientiæ Plutarchi. Cætera inuoluta ſuſpicionibus, & alienarum rerum mentionibus confuſa, & fallacibus complexionibus intricata, & anxietate quadam mirifica accuſationis ſeſe ipſa infirmãtia, vel relinquamus ſanè, vel ad priora remittamus. Ad omnia enim fermè reſponderi dicíque idem videtur poſſe: inſaniam eſſe & furorem, non peruerſitatem, neque fraudulentiam, ea commemorare, quæ quum primùm cognita fuiſſent, hominum ſcientia reprobarentur, à poſterioribus autem inter ſe diſſidere & cõtraria eſſe facilè perſpicerentur. Etſi autem homines docti ac ingenioſi non difficulter reperiunt quomodo aliquid dicendo euertere odioſúmque reddere aut ſuſpectum poſſint, tanta eſt tamen vis veritatis, vt neſcio quo pacto, quanuis oppreſſa & obſcurata, illa plerunque tamen reſiſtat atque eluceat contra dolos & verſutiam. Quapropter non quid conquiſierit ad inſectationem Herodoti Plutarchus, neque conuitia quæ illi facit nimis cupidè, neque ſtudium exagitandi autorem antiquiſſimum, ſed rem ipſam ſpectabimus. Ipſi autem Plutarcho hoc dicimus,

Iliad. ν.

--- σὺ μὲν οὐ καλὰ ταῦτ' ἀγορεύεις.
Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τόνδε νοῆσαι.
Εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τοῦτον ἀπ' αὐτοσχεδὸν ἀγορεύεις,
Ἐξ ἄρα δή τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ὤλεσαν αὐτοί.

Sic enim videtur non ille quidem quæ ſenſerit ipſe, in hoc libello diſſeruiſſe, ſed

vel aliorum voluntati assentatus esse: vel quid in mala causa posset, ostendere voluisse. Quòd si de animi sui iudicio & inductione illa ad talem modum disputauit, profectò in hac parte recessit à se ipse. Non enim aliter existimo quàm fuisse Plutarchum, virum non modò eruditum & sapientem, sed etiam bonum, quam famam, præsertim probitatis, vt tueretur, minus curasse illum apparet in proposito accusationis huius. Sed finem faciamus. non enim iucunda nobis fuit quasi contentio & rixa cum tanto viro, quam tamen vt necessariam, omittere non potuimus, & in officii (vt rati sumus) custodia, & in studio nomini bonitatique autoris excellentissimi debito.

Thucyd. lib. 1, κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ξύγκειται.

OBIICITVR autem & hoc nobis, quod quidá volunt à Thucydide contra Herodotum dici, de fabulosis narrationibus & historiis confictis ad auditorũ voluptatem, *quæ, quum delectatione tantummodo afficerent audientes, in præsentia quidem iuuarent, sed diuturnum fructum non haberent.* Ego verò non magis in Herodotum hæc conferri posse puto, quàm in quemlibet priorum de scriptoribus historiarum. Et (vt verum fatear) illas planè priscas expositiones antiquissimarum rerum oratione & verbis ad venustatem, & iucũditate quadam animos perfundendum, compositas (quales potissimùm Pherecydis Syrii fuisse accepimus) grauissimum autorem existimo veritati rerum gestarum non oportere præferri censuisse: ac hilaritatem historiæ cedere seueritati, neque suauitatis cuiusdam lenitatem, constantiæ & dignitati narrationis anteponi voluisse. Sed de hoc quisque, vt lubuerit, ita statuat atque sentiat. Nos autem hoc teneamus: nõ modò propter sermonis elegantiam, & illam cùm ab aliis tum Cicerone laudatam dulcedinem, & quasi amœnitatem quandam, diligendum hunc autorem, & in manibus semper habẽdum esse: sed propter rerum cognitionem maximarum, propter maximè ad vitam vtilium sententiarum copiam, ob plurima certò, accuratè, prudenter, honestè dicta, magnificiendum nobis, vel in suo potius genere anteponendum vniuersis. Nota sunt ex Latinis Ciceronis & Quintiliani elogia præclarissima huius autoris. Græcorum autem quæ opinio de his libris fuerit, satis indicat inscriptio nominum Musarum, quibus omnem sapientiam & doctrinam & ingenii præstãtiam, antiquitatem significasse notum est. Et quicunque meminere ipsius, honoris & laudis præfationem semper vsurpasse reperiuntur. Quas ob res neque me pigere operæ positæ in hoc autore debere puto, neque non hortandi mihi videntur omnes, vt studio singulari in hoc autore versari, & illum præcipuo amore cõplecti velint. Nam & mihi fructuosam fuisse lectionem huius videor sentire, & aliis item futuram esse confido. Visum autem, *&c.*

DE HERODOTO, EX EODEM.

HERODOTI patrem fuisse Lyxem & Dryo matrem perhibent, patria Halicarnassensem: quod præscriptum nunc etiam in historia illius legitur. Parentes in sua ciuitate bono loco natos tradunt, ipsúmque fratrem habuisse Theodorum nomine. Quum autem teneretur Halicarnassus à Lygdamide tyranno, nepote Artemisiæ reginæ Cariæ, secessit Herodotus in Samum insulam: atque ibi lingua Ionica historiam magna cum cura compositam, relatam in libros nouem: quam quum in frequenti Græciæ conuentu Olympiorum recitauisset, sic placuit vniuersis vt ita audirent quasi Musas loquentes: ideóque libris qui nouem (vt diximus) essent, Musarum nouem indidere nomina. Quum reuersus in patriam autor fuisset ciuibus suis tyranni expellendi, successit quidem res, sed inuidia maxima Herodotum excepit. Ita enim fieri solet vt periculorum metum parta securitate obtrectationes ferè sequantur. Cedendum igitur, relinquendos ingratos ciues ratus, quum Atheni enfium tum colonia in Thurios Italiæ populos deduceretur, sua sponte illis se colonis socium addidit: & ibi finiuit vitam suam: sepultúsque fertur in foro. etsi quidam Pellæ mortuum fuisse tradidere. Ipse facit mentionem λόγων Ἀσσυρίων & λόγων Λιβυκῶν, quos cõscripserit: de quibus tamen hæc mẽtio solummodo restat. Herodotum, scribunt, quũ recitaret in Olympiis (vt suprà retulimus) historias suas, audiuisse Thucydidẽ qui adhuc ætate puer esset: quúmque Thucydides tum quasi diuinitus commotus lacrymas profudisset, animaduertisse hoc Herodotũ, & gratulatũ fuisse patriipsius Oloro:

Lucian Herodoto, vel Eetione.

Clione.
Euterpe.

hortatúmque vt erudiendum curaret filium diligenter: gliscere enim in animo illius cupiditatem bonarum artium atque disciplinarum. De Herodoto Græcũ epigramma fertur, quo memoratur & illa inuidiæ fuga & discessio in Thurios,

Ἡρόδοτον Λυξέω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα
Ἁλὸς ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν,
Ἀμφὶ δὲ πάτρης βλωθροὺς ἄπο. τῷ δὲ ἄπαλτον
Μοῦνον ὑπεκπροφυγὼν, θούριον ἔσχε πάτρην.

Extat apud Stephanum: sed magis integrum in scholiis Nebularum Aristoph.

quod nos ita aliquando conuertimus,

Terra, satum Herodotum Lyxe, tegit ista sepultum,
Qui priscæ Ionicæ laudem habet historiæ.
Dorica prouexit tellus hunc: vnde fugatus
Inuida, hac patria Thuride sedit humo.

Ex eo factum est vt aliqui præscriptionem Halicarnassensis mutarent in Thurii: quod & Plutarchus annotauit in libello De exilio. Reperio relatum hunc in olympiadem LXXVII, & LXXXIIII. cum quo non dissentit quod traditur, floruisse Thucydidem olympiade LXXXVII, & olympiade LXXXVIII mortuum Periclem Xanthippi filium, cuius Herodotus meminit. Plinius vbi de ebdomadibus disserit, Herodotum scribit Thuriis condidisse historiam anno ab v. c. trecentesimodecimo. Quod & ipsum cum numero LXXXVII olympiados consentit, quo aliqui floruisse Herodotum tradidere: quum acceperimus Romam conditam esse circiter olympiada VI. Sanè cum Hellanico vixisse fuisséque apud Archelaum, traditum est: quod tempus & EVripidis poetæ fuit, quem genitum accepimus eo die quo Persæ fuere à Græcis fusi. Pherecydes & Hecatæus diu ante illum historias & fabulas componere primi oratione soluta cœpere. Fuit & Xanthus quidam scriptor Lydus, quem in Lydorum historia sequutum Herodotum putant. Fuit & Charon Lampsacenus paulo hoc superior, qui & ipse bellum Persicum descripsit. Sed & Hellanicus suas historias ante Herodotum edidit, quas ipse se legisse significat. Fuit hoc nomine Olophyxius Thrax, qui de nymphis & sacris scripsit: & alius, medicus.

Eratone.

DE DIALECTO IONICA, EX EODEM.

ORATIO Herodoti elegans est, & Ionicæ linguæ propria quadam facilitate, sine omnibus veluti anfractibus, defluens. Dialectus autem (id est peculiare orationis genus) Ionum cum Attica lingua magnam habet communitatem. Nã & hæc quodam tempore appellatio Athenienſium, & Ionicæ omnes coloniæ Athenienſium fuere. In quibus accidit vt sonus vocis & forma sermonis in alieno scilicet solo Asiæ atque insularum mutaretur. Traditum autem est, appellatos primùm Cranaos incolas Atticæ, quum Pelasgi adhuc Græciam tenerent: regnãte deinde Cecrope, Cecropidas. Cui quum successisset Erechtheus, tum illis fuisse inditum nomen Athenienſium: ac mox ab Ione ductore, Ionum. Hic fuit Xuthi, vel Apollinis (vt poetæ) filius, susceptus ex Creusa Erechthei filia: & AEgiali ac Helices regnum tenuit. Cuius gens postea à Dorienſibus pulsi, ab Athenienſibus in ciuitatem recepti fuere.

Pausan. Achaicis.

Varietates in Ionica lingua hæ ferè annotantur. Α in η mutatur, nisi Doricum fuerit α. αι mutatur in η. Mutatur & ε in η, diuisa diphthõgo, itémque in genitiuis nominum ος. ων mutatum est ex εων. Crassæ mutantur in tenues. Attica mutatio est α in ε. Vsurpant Iones & ε cum ο, in genitiuis nominum ις, vbi Attici ω ponunt: quum ιος quoque communis sit & Ionica flexio. Vertunt π in κ. Item αυ in ωυ. itaque hæc diphthongus, Ionica vocatur. Pro ω accusatiuo faciunt οων. Duo σσ in ξ mutant. Metaplasmus οι, in ες, Ionicus est. similiter & aliæ quædam suæ huius dialecti formæ sunt. Est & mutatio η in α. Mutant ου in ο. item ε in α. Addunt Iones finali σ, literam ι, & in verbis, σι. Syllabam ως circumflexam, εω faciũt. Interdum & non circumflexum ου primæ declinationis, εω faciunt. Vocabulis initialibus τ præponunt. ο & ε producunt, addita υ & ι. Tertiæ declinationis genitiuum in εο, de ευ, proferunt. ω faciunt οϊ. Geminant consonãtes, vt σσ, ττ, ππ. Inserunt ε, item σ. nam θε primæ personæ pluralis, θα, & θον dualis, θον faciunt. Inserunt α in patronymicis. Iones integris & incontractis verbis nominibúsque & participiis aduerbiísque, omnibus denique orationis partibus vtuntur. Mutant λω in εα. Augmenta præteritorum & aliarum dictionum initia abiiciunt. Τ nominum in ας in declinatione elidunt.

Vtuntur reduplicatione. Vtuntur & transpositione tam literarum quam syllabarum. Abiiciunt ι de diphthongo ει. Initiales literas abiiciunt. Ex ιε faciunt ι longum. Suas habent tertias personas plurales præteriti perfecti passiui, posita litera α ante ντ finale, vt & in aliis. Infinitiua per syllabam μεν producunt. Sũt & contractiones & synalœphæ Ionum: sunt & apocopæ.

Horum exempla promiscuè subiecimus, & aliis quibusdam proprietatibus dialecti Ionicæ indicatis. Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε, pro Ἁλικαρνασσέως ἱστορίας ἀπόδειξις. ‖ Θωυμαζὲ, pro θωυμαστὲ. ‖ Ἰουῒ τῷ Ἰνάχου, pro Ἰῷ. ‖ Πλοῦνας, pro πλέονας. ‖ Ἀπ' ἧς, pro ἀφ' ἧς. Ἀπελόμενοι, pro ἀφελόμενοι. & Ἀξιαπηγητότατα, pro ἀξιαφηγητότατα. ‖ Διαπεξαμένους καὶ τὰ ἄλλα τῷ εἵνεκεν, pro Διαπεραμένους καὶ τὰ ἄλλα ὧν ἕνεκα. ‖ Ἐγεγόνεε, pro ἐγεγένει. Ἤιδεε pro ἤδει. ‖ Δεατότεα, pro δεατότῳ. ‖ Μίδης, pro Μίδας. ‖ Θρόνον βασιλήϊον, pro βασίλειον. ‖ Ἑστάμβαι, pro ἑστάναι. ‖ Ἐπικρατίεον, pro ἐπικρατέοντο. ‖ Κυείλιον τῷ πρεσβυτέρων, pro κυείαν τῷ ἡμερῶν. ‖ Κιθῶνας, pro χιτῶνας. ‖ Ἐπὶ νόον ποιέουσι, pro ὀπίσω ποιοῦσι. ‖ Περίεαπε, pro περιεῖπε. ‖ Ἰεὸν, pro ἱερόν. Ὁρτὴ, pro ἑορτή. Κεῖνος pro ἐκεῖνος. ‖ Ἐὼν, ἐοῦσα, pro ὤν, οὖσα. ‖ Κεχωρίδατα, pro κεχωρισμένοι εἰσί. ‖ Ἐστάχατο, pro τεταγμένοι ἦσαν. ‖ Τὠρχαῖον, αὐθρωπε, ὦναξ, ὠνὴρ, ἄνθρωπος, πανθρωπος pro τὸ ἀρχαῖον, ὦ ἄνθρωπε, ὦ ἄναξ, ὁ ἀνὴρ, ὁ ἄνθρωπος, τῦ ἀνθρώπου. quæ Attica synalœpha & in aliis reperitur: vt ἡμετέρου. τῦ ὑμετέρου. ὕβρεος, πόλιος, pro ὕβρεως, πόλεως. ‖ Ἐγχειριδίοισι pro ἐγχειριδίοις. ‖ Ἐπεαὶ, ἀδελφεὸς, pro ἐπαὶ, ἀδελφός. ‖ Τὸνομα, μοιῶος, ξεῖνος, pro τὸ ὄνομα, μοῦνος, ξένος. ‖ Ποιοῦσι, pro ποιοῦσι. ἐδικαίδυν, pro ἐδικαίουν. ‖ Μέγαθος, τέμνειν, pro μέγεθος, τέμνειν. ‖ Ὀπέωνες, pro ὀπάονες. ‖ Ὀρέων, pro ὀρῶν. ταθμεώμενοι, pro ταθμεύμενοι. χρεωμένων, pro χρεωμένων. ‖ Κυνέη, pro κυνῆ. αὐθρωπίη, pro ἀνθρωπῆ. ‖ Τυφὼ, ἄσω, pro τυφὼν, ἄστων. quod planè Atticum est. ‖ Πλοῦν, pro πλέον. ‖ Προσδέκεο, pro προσδέχου. ‖ Ὦρα, pro ἑώρα. ‖ Διξὰ, τριξὰ, pro διττὰ, τριττά. ‖ Αὖτόπεω, pro αὐτόπου. ‖ Ἐν τῆσι ἀμάξῃσι, pro ἐν ταῖς ἁμάξαις. ac concursum omnino vocalium Iones amant. ‖ Ἄδρηστε, pro ἄδραστε, quæ non solerent aufugere. ‖ Ἐπιβατέων, pro ὑπιβατῶν. ‖ Ὁκόσον, ὅκου, κότε, pro ὁπόσον, ὅπου, πότε. ‖ Βουβάλιες, ὄφιες, pro βουβάλεις & ὄφεις. ‖ Ἐοτωθέντες, pro ἑστωθέντες: & ἐστονες, pro ἕστωτες. ‖ Ἀδαΐες, pro ἀδαεῖς. ‖ Οἵκασι, pro ἐοίκασι. ‖ Κέρεα & γέρεα, pro κέρα & γέρα, contracto de κέρεα, elisa τ. ‖ Ἐστελάδατο, ἐσταλμένοι ἦσαν. ‖ Κατεγράφατο, κατεγραμμένοι ἦσαν. ‖ Τεῶμα, pro ταῦμα, omisso υ. nisi magis est à verbo Ionico factũ quod τεύειν illi dicunt. id est, πτερώσκειν. ‖ Apud Homerum Ἐείκοσι, pro ἐείκοσι positum volunt: Ἐρυσάρμακες ἵπποι. Herodotus Αὐτοκέλευες pro αὐτοκέλευστοι. Contrà μάρτυροι & Φύλακοι, Iones, pro μάρτυρες & Φύλακες. ‖ Ὄψεαι, pro ὄψῃ. quod Atticis est ὄψει. ‖ Ἀπικοίατο, pro ἀφίκοιντο. ‖ Ὁρμέατο, pro ὥρμηντο. ‖ Μανασέων, pro Μηνασσῶν. Λᾶξις, pro λῆξις. ‖ Οὖ in ουο solutio, & ἄθανος ac ἄθουν, ποιητικώτερον videtur. ‖ Τὸ περσόϊον, λώϊον, pro ὑπερῷον, λῷον. ‖ Κεραδίη, pro καρδία. κερτερὸς, pro καρτερὸς: vt Homero Κέρπαθος, pro Κάρπαθος. ‖ Reduplicationes sunt Homericæ, Τετύκοντο, ἐκλέλαθον, τετιγών. ‖ Herodotus Ἀραιρημένοι dixit pro ἠρημένοι. ‖ Ἐνθεῦτεν, pro ἐντεῦθεν. ‖ Ἀποθανούμενοι, pro ἀποθανούμενοι. ‖ Duplicationes consonantium Ionicæ illæ quidem esse perhibentur, sed sunt poeticæ, vt Ὅσσον φέρτερος εἰμὶ. Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι. Ὁππότ' αἰνὴ ἐθέλει.

EX EODEM.

Ionicus est & articuli pleonasmus. vt, Τοὶς μὲν ἀνασήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην εὐαρέξοι, pro εὐαρέξοι δέ. in quibus ὁ pronomen esse volunt, & significare αὐτὸς, Ionicè. Polymnia, εἰ μέν τι ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τῷ μὲν ἔλεγεν οὐδέν, ὁ δὲ τὰ δύνχετα ἐκλεγόμενος, siquid inerat quod fraudi esset barbaro, eorum nihil memorabat, sed eligens maximè fausta.

Est autem & aliorũ pronominũ hic vsus, εἰ ἦ τῶν τε ὑποδύνῃ σὺ ἐθελήσεις, σὺ ἦ πάντως ῥάπυμα ἀνάξειν, pro ἀλλὰ πάντως ἀνάξεις. Et rursũ, ἦ σέ γε, pro ἦ γε. Il. ρ,

Ὅστ' ἐπεὶ δρῦν κε κάμῃσι κυμὸς τ' ἀνδρας τ' ἐρεθίζων,
Οἵ τ' τὸ μὲν οὐκ εἰῶσι βοὸν ἐκ πᾶρ ἐλέσθαι,
Πάντυχοι ἐρχήσαντες, ὁ δὲ κρείσσων ἐρεπίζων ἴηται.

Ionum sunt anastrophæ. vt, ὄρνιθες ὥς. Il. β, οὔ σε ἔοικε κακὸν ὡς δειδίσσεσθαι. Sic ὡ ἔπι, pro ἐφ' ᾧ. Et, βιοτῆς νιῦ μὲν ἀνθρωπίνης πέρι. Il. β, τότε δ' ἤδη ἔχεν κῆρ γοῦνα μέλαινα. i. κατίσχε.

Sunt & ἀποκοπαὶ Ionicæ verbi substãtiui. vt, ἔνι pro ἔνεστι, μέτα pro μέτεστι. Hom. πάρ ἔμοι γε καὶ ἄλλοι, id est, πάρεστιν ἐμοί.

Cùm aliter, tum interpoſito ὧν dirimunt coniungenda. μέχρι μὲν ὧν τούτων. & βύβλῳ σὺν τὰ κέρεα ἐλίσσων, id eſt, σὺν ἐλίσσων. & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. & κατά με ἐφάρμαξας, pro κατεφάρμαξας ἐμέ. & εἶπε τῷ τῆς Βαβυλωνίων, pro τῇ Βαβυλωνίων ἧς. Sic ὡς ἢ αὐτοὺς, pro ὡσαύτως δέ. Iliad. β, καδδέ κεν ἀχνύμενος. & Il. ρ, --δοτὲ ἢ μελιηδέα θυμὸν ἔλωμαι, pro κεἰ ἢ ἀχνύω, & ἀφέλωμαι θυμόν. Il. α, ἐκ δ' ἕλον Ἀτρεΐδη. i. ἐξεῖλον δέ. Sic ἐκὰδ δ' ἤρεον, pro ὑφῄρεων. Polymn. δοτὲ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, id eſt ἀπάγων.

Præpoſitiones abſolutè, quaſi aduerbialiter, ſæpe ponunt: μέχρι ἧς, τῆς στρατιῆς ἀπικομένης εἰς Σάρδις, poſtea verò, quum exercitus Sardis veniſſet. Sic, καὶ πρὸς ἀνεπιήμονες ἦσαν, præterea Iliad. χ, Πρὸς δέ με τὸν δύστηνον ἔπι φρονέοντ' ἐλέαιρε. Alibi, ἐκ δ' αὐτὸς ἐδύσατο νώροπα χαλκόν. Item, Δι' ἣν ἢ εἵσατο καὶ τῆς. Herod. Polymnia, ἐν ἧ Ἀρτέμιδος ἱρὸν, *in illo littore eſt fanum Dianæ.*

Ionicum eſt caſum ad præpoſitionem referri quæ cum verbo adiuncto compoſita eſt, vt, ὅτι οἱ ἐνορώη, id eſt ὅ, τι ὁρῷτο ἐν αὐτῷ, *quid in ſe animaduerteret.* Il. β, -τέο δ' αὖ ὄπιμέμφεται, id eſt, ὄπι τίνος μέμφῃ. Et ὤμοισιν ἐπείη. i. εἴη ὄπι τῆς ὤμοις. Item Il. ν, Θέσσυὶ Ἕκτορα εἶπε προταλάς. i. τὰς πρὸ τὸν Ἕκτορα. Herod. Clione, τρία γὰρ ἔτεα ἐπανεβάλλετο τὸν Σαρδίων ἅλωσιν, id eſt, ἐπ' ἔτεα τρία, *in tertium annum diſtulit Sardium expugnationem.* Idem, ὀπίζει τῆς χώρης τῆς Ἀσσυρίης, id eſt ὄζει ὀπὸ τῆς χώρης.

Singularis vſus infinitiui εἶ), Ionicus eſt, hoc modo, καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν ἀδηὶ λόγῳ πεποιήμεθα τῷ πρότερῳ εἶ), *vt hæc prima quidem cura eſſet.* Et, οὐδὲ ὁμολογήσομεν ἑκόντες εἶ), *quod volentibus quidem nobis fiat.* Et, τὸ ἢ σύμπαν εἶ), *In quo totum verteret* aut *Re ipſa.*

HERODOTI VOCABVLA IONIca, & quædam loquendi genera, illi cum Homero magna ex parte communia: necnon alia.

Collecta & Latinè reddita partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Henrico Stephano: litera C illius nomen, H huius nomen indicante. à quo & addita nũc fuerunt aliquibus Camerarii interpretationibus exempla.

HENRICVS STEPHANVS lectionis Herodoti studiosis.

SI vulgo receptum morem vsurpare, quàm meum tenere, maluissem, Ioach. Camerarii nomen silentio præteriissem: ac titulum huic opusculo præfixissem quo hanc recensionem pariter & interpretationem vocabulorũ, quæ quum Herodotus sibi habere peculiaria videatur, habet tamen cum cæteris Ionibus, & nominatim cum ipso etiam Homero (ad pleraque quod attinet) communia, totam suscepissem & in me recepissem. Nec tamen magnum onus humeris meis imposuissem. quæ enim Camerarius de illis vocabulis antea scripserat, meis infarciendo, eáque pro meis ostentando, magnum oneris leuamentum in promptu mihi fore animaduertebam. Præsertim verò quũ multo plures à me quã ab illo voces recenserentur & exponerentur, sub meæ commentationis prætextu dominium in illius quoque commentatiunculam vsurpare, res fuisset quæ multorum exemplis defendi (si exempla malam defendere causam queunt) potuisset. Verùm ego non solùm, alienis tantummodo plumis se vestire, corniculæ in morẽ, sed etiam vel miscere suis alienas, atque id dissimulare, vix ingenui esse hominis, semper existimaui. Atque hoc & meus Thesaurus testari abundè potest. Quinetiam Paralipomena tantùm institutionis grammatices (aut saltem eorum partem) scribere malui, quàm meam institutionem grammatices ad tam multas aliorũ addendo, in aliena plurima manum iniicere, simúlque miseros lectores crambe toties repetita occidere. Neque tamen sum nescius, reperiri quotidie qui multo maiori cum turpitudine plagiarij sint: id est, multo turpius & magis pudendum plagium committant, dum aliena, & quidem è multorum nonnunquam libris consarcinata, siue cõsuta, aut (sicui Græca vox magis placet) σιωρράμμένα (licet eorum nonnulli ne artem quidem talia consarcinandi, siue consuendi, siue τὸ συῤῥάπτειν, calleant) impudentissimo noui tituli libri, aut noui saltem nominis autoris, mendacio, pro suis obtrudentes, & obtrusa venditantes, fucum faciunt: etiamsi nulla futura sit quæ vel τῷ tam multis alienis οἰκήϊον (id est, de suo) insuisse dici possint.

Cæterùm, quamuis pauca illa quæ Camerarij sunt, ita meis inseruerim (apposito vbique eius nomine) vt intacta in illis omnia reliquerim, fuisse

tamen vbi eius interpretationi nonnullarum vocum aliquid adjicere, aut in eam non ſine aliquo fortaſſe lectoris fructu inquirere potuerim, oſtendam aliâs (deo fauente) in iis quibus Herodoti lectores, præſertimque eius valde ſtudioſos, amplius iuuabo. Sed malui exemplorum alicubi adiectione, aut exempli, vbi Camer. nullum attulerat, contentus eſſe. Ne hoc quidem tacebo, me in quibuſdam vocabulis exempla Homeri, in quibuſdam Hippocratis, (quæ Erotiani, & Galeni lexicis, quum ea excudi, deſtinaueram) in nonnullis, vtriuſque, attuliſſe.

Ἄγχι καὶ Φέρειν, Ionicum eſt de hoſtilibus direptionibus. Herodot. φέρουσί τε καὶ ἄγουσι ἐς σέ. Et rurſum pag. 76, καὶ ἄγον δὴ ἤδη ἐς φέρον τοὺς ἐθελοίκους ἅπαντας. Iliad. ε, οἷόν κ' ἠὲ φέρησιν Ἀχαιοὶ ἦκεν ἄγεσθαι. Neque me fugit, & apud Xenophontem & alios Atticos autores hanc figuram reperiri. nam & alia, quæ vt Ionica annotauimus, illi vſurparunt. vtriuſque enim linguæ eadem (vt ſuprà diximus) origo fuit. C.

Ἀγινέειν vide in Ἀπαγινέειν. Paſſ. Ἀγινεόμενος actiua ſignif. *Adducens*, p. 452, ἀγινεόμενος γυναῖκας. H.

Ἀγορεύομαι, ῶμαι, *Concionor, Concionem habeo*. Vnde ἠγορόωντο, pag. 384. ἐγίνοντο ἀγοραί. καὶ δή κου σφι καὶ ἄλλοι ἠγορόωντο. Sic Hom. Il. σ, verſu 1, οἱ δ' ἄρα θεοὶ παρὰ Ζηὶ καθήμενοι ἠγορόωντο. Sed hîc eſt potius *Concilium habebant, Conſultabant*. At quum dicit, ἀγορήσατο καὶ μετέστη, eſt *Concionem habuit*. Verbum autẽ Ἀγορεύω apud hunc (ſicut apud Thuc. & Ariſtoph.) eſt, *In foro verſor*. H.

Ἀγχίστροφα, *In contrarium mutata, Contraria*. ἀγχίστροφα βουλεύομαι, p. 444. Propriè autem Ἀγχίστροφον q. d. Cõuerſionem, id eſt, mutationem, propinquam habens, ſiue Mutationi propinquum. H.

Ἀγωνίδαται pro ἠγωνισμένοι εἰσί, ſed paſſiua ſignificat. pro *Decertati ſunt*: pag. 595, πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ δὴ ἔχοντες πρὸς ὑμέας ἡμῖν ἀνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες ἀγωνίδαται, multa certamina decertata ſunt. Sed perperam in Aldina & Germ. edit. ἀγῶνας pro ἀγῶνες ſcriptum eſt. H.

Ἀδαέες, *Ignari, Imperiti*. pag. 605, ἡμεῖς ἦ ἀπειρέες τε εἰμὲν καὶ ἀδαέες τουτέων περὶ ἀνδρῶν. H.

Ab eodem pro Ἀδαὴς dicitur Ἀδαήμων, vt p. 549, ἀδαήμονα περὶ ἱερῶν. Quinetiã verbum Δεδάηκε, didicit. H.

Ἀδεῖν & Ἀνδάνειν, *Placere*, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ. Et, Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακός. C. Vide Ἀπαδεῖν & Ἔαδε.

Αἱμασιαὶ, *Septa*. Sed addit Herod. in primo, αἱμασιὴ πολιητέων ὀπλέων. Odyſſ. σ, αἱμασιάς τε λέγων, *Septa ſtruens*. C.

Αἴνη *Exiſtimatio*. C.

Αἰχμὴ κακῶς ἐσηκέναι dicitur πρός τινα, ab Herodoto, rariſſimo ſed elegantiſſimo loquendi genere, lib. 7, p. 493, de Argiuis, ἐπειδὴ σφι πρὸς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἐσήκει, hoc ſenſu, *Quũ minimè ſecundum iis aduerſus Lacedæmonios prælium fuiſſet*. Quam interpretationẽ etſi apertè præcedentia & ſequentia cõfirmant, poſſit tamen ea & Euſtathii teſtimonio comprobari: qui poſtquam dixit δόρυ nonnunquã ſignificare πόλεμον, id eſt bellum, (veluti quũ aliquis vocatur δουρὶ κλυτὸς) itidémque vocem αἰχμὴ vſum iſtũ habere: vnde δορυάλωτος & αἰχμάλωτος ſignificare pariter ἐν πολέμῳ ἁλούς: ſubiungit, λέγει δέ που ἡ Ἡρόδοτος περὶ Ἰώνων, ὡς κακῶς αὐτοῖς ἡ αἰχμὴ ἔσηκε πρὸς τοὺς θεῖνα, ἤγουν ἐδυσχέρηνε αὐτοῖς ὁ πόλεμος. Additque, hoc ex conſequenti eſſe dictum. ἀκολουθεῖ γὰρ τοῖς ἐν μάχῃ δυστυχοῦσι, κακῶς αὐτοῖς ἑστάναι τὼ αἰχμιλώ. Cæterùm in compoſitione quoque nomen hoc pro bello vſitatum eſſe apud Iones ſciendum eſt, quum videlicet appellant ὁμαιχμίλιον quod alii συμμαχίαν. vt p. 580, ὁμαιχμίλιον συνθέμενοι. Ab eadem voce eſt μεταίχμιος. vnde μεταίχμιον γῆν legimus, pag. 581, μεταίχμιον τὴν γῆν ἐκτημένων. H.

Ἀλέες, *Conferti*. Et Ἁλίζεσθαι ac Συναλίζεσθαι, *Colligi* ſeu *Congregari*. Et Ἁλίη, *Cœtus*. C. Exemplum verbi Ἁλίζεσθαι, p. 36, ἁλίζεσθαι τὸν τῶν Λυδῶν δυνάμιν. Vtitur & Hippocr. hoc verbo Ἁλίζεσθαι. Inuenitur autem & actiuum Ἁλίζειν apud Herod. pag. 444, necnon cõpoſitum Συναλίζειν, p. 60. Ad nomen autem ἀλέες quod attinet, ſciendum eſt, ἄλες quoque apud Hipp. exſtare: atque alicubi ἄλες & πολλὸν copulari.

Ἀλεεινὴ χώρη, *Calidaregio*. Et Ἀλέη, *Calor*, vt in locis apricis. C.

Ἀλεωρὴ à Valla redditur *Remediũ*, p. 586,

ὡς καὶ αὐτοὶ ἴνα ἀλεωρὴν διῄσοντες. Propriè autem ſonat *Euitatio, Declinatio, Effugium.* Ac redditur etiam *Leuamen,* & *Laxamentum,* necnon *Solatium.* Hippocr. ἐν ὠδαγελίαις vtitur, Ἄνεσις γὰρ νόσου τινὰς καὶ μικροῦ παρέχει μεγάλην ἀλεωρήν.

Ἀλκὴ vt ab Homero, ita etiam ab Herodoto, quibuſdam loquẽdi generibus adhibetur: quorum vel frequentiſſimum eſt (niſi me memoria fallit) ἐς ἀλκὴν τρέπεσθαι. quo videtur ſignificari quod vulgò dicimus. *Se mettre en defenſe.* Hoc autem exiſtimatur dici à Liuio, Vim parare: veluti quum ſcribit, Alios vim parantes occidit. pag. 219, ἀνά τε ἔδραμον πάλιν ἀμφότεροι, καὶ ὡς ἔμαθον τὸ ποιηθὲν μηχάνημα, πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο. Quibus verbis ſubiungit, ὁ μὲν δὴ αὐτέων φθάνει τὰ τάχα κατελόμενος, ὁ δὲ πρὸς τὴν αἰχμὴν ἐτράπετο. (vbi obſerua ſimul eundem vſum verbi τρέπεσθαι cum alio accuſatiuo.) Eſtque πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι tãquã genus, at πρὸς αἰχμὴν τρέπεσθαι, velut ſpecies. Paulo poſt τῇ χερὶ χρῆσθαι hac in ſignif. vſurpat: ὀρέων δὲ μὲν ἐργὸν ἐστῶτα ὁ Γοβρύης εἴρετο ὅτι οὐ χρῆται τῇ χερί. Alioqui χερὶ χρῆσθαι reddi etiam poteſt *Manũ conſerere.* Fortaſſis tamen πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο eo in loco reddendum potius fuerit, *Vi agere cæperunt,* vel, *Vim moliti ſunt,* aut *Totis viribus obſiſtere cæperunt.* Nam illud *Vim parare,* minus eſt in quibuſdam locis quàm πρὸς ἀλκὴν τρέπεσθαι. veluti quum in principio pag. 121, dicitur de Hercule, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον πάντας σφέας καταφονεῦσαι. H.

Ἀλογέω, *Nullam rationem alicuius rei habeo, Contemno.* Vnde ἀλογήσας, pag. 238. Sic & compoſ. Κατηλογέω: vnde κατηλογέωντα, p. 237. H.

Ἁμαρτὰς pro ἁμαρτίαν, Peccatum. vt p. 76, in fine, ἀπέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. H.

Ἀμβώσας, ἀναβοήσας. C. Sic Ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι, pag. 40, in fine. H.

Ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, *Seipſos vicerunt.* C.

Ἀμφισβασία, *Diſceptatio,* vel *Diſſenſio.* C.

Ἀναγνώσκω, *Suadeo, Perſuadeo,* (quemadmodum πείθω vtrunque vſum habet) vt pag. 443, γόντα ἐπ' οἷσι αὐδρὸς ἀναγνώσκεις βασιλῆα στρατεύεσθαι. vbi eſt potius *ſuades,* quàm *perſuades:* quamuis poſtea perſuaſerit. At p. 313, ἀνέγνωσαν ἐκλιπεῖν: non ſolùm *ſuaſerunt,* ſed etiam *Perſuaſerunt.* Sic etiam p. 41, Ἵνα σὺ αὐθεφόπτων ἀνέγνωσι, ſequente infinitiuo καταιθῆναι. Itidem paſſ. Ἀναγνωσθεὶς, *perſuaſus,* in fine p. 311, ὁ δὲ, ἀναγνωσθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἔργον οὐκ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῷ γυναικείῳ, *Is autẽ, ab vxore perſuaſus, rem nefariam aduerſus filiam moliri cæpit.* At interpres malè ἀναγνωσθεὶς reddidit *deceptus.* Omnémque illi excuſationem præripit verbum πείθῃ, quod proximè præcedit, de eadem, πείθῃ τὸν αὐδρα ταῦτα ἔχειν οὕτω. Quinetiam lib. 3, p. 210, actiuæ voci ἀναγνώσας aliam tribuit ſignificationem idem interpres: τοῦτον τὸν αὐδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης ὡς οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει, εἶσε ἄγων ἐς βασιλήιον θρόνον. ita enim hæc reddidit, *Hunc virum magus Patizithes inſtructum quemadmodum ipſe illi omnia peracturus eſſet, in regium ſolium perducit.* Quum debuiſſet ita vertere, *Huic viro quum perſuaſiſſet magus Patizithes fore vt ipſe illi omnia effecta redderet.* Erat enim Patizithes qui Smerdi omnia confecturus erat, non contrà: quod tamen potius præ ſe ferre videtur altera interpretatio. Vt autem Ἀναγιγνώσκω ſic etiam Συγγιγνώσκω apud Herodotum à vulgari vſu diſcedit. Sed quid de Galeno & Erotiano dicemus, verbum ἀναγνῶναι apud Hippocratem, Ionica dialecto vtentẽ & ipſum, non πεῖσαι, id eſt, *Perſuadere,* ſed μεταπεῖσαι, (id eſt, *Diſſuadere,* vel *De ſententia deducere, A ſententia dimouere*) necnon μεταδιδάξαι exponentibus? καὶ οὐκ ἠδυνάμην (inquit Hippocr. lib. De artic.) αὐτοῖς ἀναγνῶναι, εἰμὴ μόλις, ὅτι τόσ' ὄζει τοιόνδε. Suſpicor, vnũ ex altero ſumpſiſſe, qui loco præpropere (vt fit) lecto, nec bene memoriæ mandato, horum tantùm verborum recordatus ſit, αὐτοὺς ἀναγνῶναι: (ac non horum etiam quæ ſubiunguntur, ὅτι τόσ' ὄζει τοιόνδε) ſimúlque præpoſitionis ἀνὰ verbo γνῶναι præfixæ vſum eum imaginatus ſit quem habet in aliis quibuſdam verbis, & nominatim in Ἀναδιδάσκομαι, apud ipſum Herodotum.

Hoc etiã addo, perperã Galenũ, & Erotianũ ἀναγνῶναι, nõ ἀναγνῶσαι legiſſe apud Hippocratem: & quoſdã malè lectionem hanc in illam mutandam cenſuiſſe. Nam & hîc ex pag. 41 habes ἀνέγνωσε, & legitur itidem pag. 408. Eodémque modo exſtat ἀνέγνωσαν pag. 35. Sic autem & pag. 39, ἄλλον γνώσας: vbi repono ἀλλογνώσας.

Ἀναγκαίη pro ἀνάγκη. vt in fine pag. 5, μή μιν ἀναγκαίη ἐνδεῖν. H.

Ἀναδιδάσκεσθαι vide pag. 548, in fine, & quæ adſcripſi margini. H.

Ἀναιρεῖσθαι, vide in Ἐπαναιρεῖσθαι.

Ἀναισιμοῦσθαι. vt pag. 32, πέντε ἡμέρας ἀναισιμοῦνται, *Quinque dies inſumuntur.* ſiue *impenduntur.* H.

Ἀνακὼς ἔχειν, Φορτίζειν, ſeu ὑπομελὰς ἔχειν. p. 567, ἀπόρου ἀνακὼς ἐχέτω. C.

Ἀναπλῶσαι pro ἀναπλῦσαι. C.

Ἀνάπυστον, *Quod innotuit, Patefactum, Palam factum.* Pag. 404, ὑστέρῳ μὴν τοι χρόνῳ ἀνάπυστα ἐγένετο ταῦτα. Sed malè in Ald. & Germ. edit. ἀνάπειστα. contrà verò rectè in iisdem, paulo antè, ἀνάπυστα γὰρ ὁμοίως ταῦτα. H.

Ἀνεθέλητον, quod ab aliis dicitur ἀβούλητον, *de eo quod triste nobis accidit.* Pag. 483, ὅ, τι ἢ τοῖσι Ἀθηναίοισι τῶν τι πεισάντων τοὺς κήρυκας σωθήναι ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ὅτι σφέων ἡ χώρη καὶ ἡ πόλις ἐδηώθη, *quid aduersi illis contigerit.* Et ἀνεθέλητος συμφορὴ apud eundem, (sicut dicitur ἀβούλητος συμφορὰ) alibi ἄχαρις συμφορή. Quibus in locis vocabulum συμφορὰ ponitur tanquam μέσον, more antiquo. H.

Ἀνειμένους. pag. 175 τοὺς εἰς πόλεμον ἀνειμένους. *bello deditos.* Sic paulo ante, ἀνέωντας ἐς τὸ μάχιμον. Sed ibi, sicut & in Ald. edit. malè ἀνέοντας. H.

Ἀνέλξαι, est Respõdere, vt de oraculis Latini dixere. ἰὼν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλξαι βασιλέα ἔφη τὸν Λυδῶν. Si oraculum responderit, ipsum regem Lydorum esse. Euterpe, αὐτῆλε ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. C.

Ἀνέωντας, vide in Ἀνειμένους.

Ἀντάω, ὅθεν, *ex quo* ἰώντησι pro ἔτυχε. p. 149, καὶ ξεινίων ἰώντησι μεγάλων. quum præcedenti pag. dixisset, ξεινίων τυχών. Sic Homerus Iliad. α, αὐπάσας dixit pro τυχών, siue ἀπολαύσας, aut μετασχών: vbi canit, Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσης αἰγῶν τε τελείων Βούλητ' αὐτιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Facit autem illud αὐτιάσας vt minus mirari debeamus participium ἀπαντήσαντες genitiuo itidem iunctum, hoc in versu, Ἄ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἑκόντες Περσοπόλεμον, δι' ὅσους ἤλθετε πυρκαϊῆς. vel περσοτοβόλους, vt alibi legitur. pro quo tamen malim περσοτοβόλοι. Suspicor autem priorē illum versum mutatum fuisse ab iis quibus insolens videbatur ille vsus participii ἀπαντήσαντες. Pro illo enim habetur hic, Anthol. epigr. lib. 3. pag. 232, meæ editionis, Ἦν νέον ἡβήσαντα ἀποδρέψαντες ἐρασταί. H.

Ἀνλίξοος, *Aduersarius, Hostis,* ἐναντίος, πολέμιος. In fine pag. 518, ἐλπόμην γὰρ οὐδένα σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον, ἐνεκήρυσσον στρατῷ. Et adiectiuè, γνώμη ἀνλίξοος, *Sententia contraria, Sententia repugnans,* p. 572. H.

Ἀντιούμενοι sunt Ionibus qui aliis ἐναντιούμενοι, siue ἐναντίοι. vt initio Melpomenes, καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς ἀνλιουμένους. Paulo pòst, Ἔφευγε γὰρ αὐτοὺς μένων σφι στρατιὴν οὐκ ὀλίγην. At verò alibi cum accus. personæ, sequente etiam præpositione ἐς, habente suum accusatiuum, pro *Occurrere seu obuiam venire hostiliter.* H.

Ἀνλιπόλεμοι, *Hostes, Aduersarij,* πολέμιοι. p. 525. H.

Ἀνωσάμενοι, pag. 486, in fine, καὶ βασιλῆα μετέπειτα θεοὺς ἀνωσάμενοι. *Qui repulerunt,* pro ἀπωσάμενοι. nisi fortè hoc ipsum reponendum sit. H.

Ἀξιώμενοι, actiua signif. pro ἀξιοῦσαι. P. 92, πολλαὶ ἢ οὐκ ἀξιώμεναι αὐτοῦ μίσγεσθαι τῆσι ἄλλῃσι, *Quæ non dignantur, Quæ dedignantur.* Item pag. 445, ἀξιώμενος actiua itidem significatione. Verùm οὐκ ἀξιώμενος ibi non est *Dedignans*, sed *Dignum non iudicans sedere*, vel *rem se dignã*, aut, *Indignum se iudicans qui sederet.* Pag. sequente tamen voce actiua dixit ἀξιώσει, *Dignabitur.* H.

Ἀπαγινέειν significat *Exportare* siue *Deportare.* Ἀγινέειν, *Apportare:* & simpliciter ἄγειν. C. Frequens vsus horū verborum est pag. 225, 226, 227, 228.

Ἀπαδέειν, *Displicere:* vt Ἀδέειν, *Placere.* H.

Ἀπεματάϊσε significat apud Herodotū, *Crepitum emisit.* Pag. 174 ὁ δὲ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἔξω ἵππου κατήμενος) ἐπάρας ἀπεματάϊσε. C.

Ἀπεσώ, *Absentia,* (vt Democrito ἔνεστω, *Bona constitutio*) Pag. 620, ἐπαγχωμούσας τῇ ἀπεσοῖ τῆς μάχης. C.

Ἀπὸ μὲν ἔθανε pro ἀπέθανε μὲν, pag. 559. Sic multa composita diuidit, inserta particula ὦν. vt ἀπ' ὧν ἔδωκαν pro ἀπέδωκαν: & κατ' ὧν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε. H.

Ἀρδὶς, *Genus teli,* & (vt volunt) *Pharetra:* sed significat apud Herodotum *Ferrum* (vt opinor) *sagittæ.* C.

Ἄρθμιος, *Concors, Beneuolus, Amicus.* p. 472, in principio, μὴ ἐόντες ἄρθμιοι. Et pag. 587, Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ ἀρθμίων. At verò ἄρθμια substantiui vice fungitur, p. 411, τέως μὲν δὴ σφι ὦ ἄρθμια ἐς ἀλλήλους, *concordia inter eos erat.* Item ἀρθμίη, *Concors, Amica.* p. 601. H.

Ἄρθρα de natura equæ posuit Herodotus. C.

Ἄση, *Molestia.* Et Ἀσᾶσθαι, *Molestia & dolore affici.* C. pag. 64, μηδεμίαν ἄσην ἀνδρὶ παρεῖναι προσβάλλῃ. vbi videri possit necesse minimè fuisse addere ἀνδρὶ. Ab Hippocr. ἄση de certo quodam molestiæ genere dicitur: nimirū de stomachi fastidio, necnon de fastidio ciborum. Quinetiam de inquieta corporis iactatione quæ ægrotis contingit. Vnde & Ἀσώδεις hi vocantur. pro quo & Ἀσσώδεις gemino σ scribitur. Sic verò & Ἀσᾶσθαι apud eundem, non solùm Ἀσᾶσθαι. Vide Hippocr. lexicum.

Ἀσινὴς, *Illæsus, Incolumis.* Pag. 585, ἀπέπεμψαν ἀσινέα, passiua signif. Apud Hippocr. actiua etiam. vt ἀσινέες ῥήξιες, *innoxiæ.* Sic & aduerb. Ἀσινέως apud eundem, *Innoxiè.*

Ἀτὰρ, sicut & apud Homerum (cui Αὐτὰρ etiam in vsu est) pro *Autem*, vel *Sed.* Pag. 431 respondet particulæ μὲν, cui passim apud alios respondere solet δέ: ac interdum apud hunc quoque: vt p. 633.

Ἀτάσθαλα, *Nefaria, Nefanda, Scelesta.* pag. 617, & aliis plerisque locis. Necnon aliquis dicitur ἀτάσθαλος, vt pag. 633. Frequens est & Homero. H.

Ἀτέοντες, *Nihil curantes.* Est & Homerus similiter vsus. C.

Ἀτρεκέως, *Verè.* vel *Certò.* vt p. 23, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἰπεῖν. Sic pag. 175, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κεῖναι. Hoc aduerbium frequēs est apud Homerum etiam & Hippocratē: apud Homerū pro *Verè*, apud Hippocratem & pro *Certò, Exploratò:* & plerunque pro ἀκριβῶς, *Exactè.* vt in Prognost. οὐ δυνατὸν ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. Sic & Ἀτρεκὴς pro *Exactus.* Extat etiam Ἀτρεκηίη apud Herodotum, quo significatur *veritas.* Apud Hippocr. ἀτρεκείη scribitur: & ἀτρεκείη κεῖναι apud eum legitur pro eo quod attuli ex Herodoto ἀτρεκέως κεῖναι. H.

Ἄτρυτον πόνον, *Intolerabilem.* Pag. 607, ἔχον πόνον ἄτρυτον. C.

Αὐ᾽δάζειν, *Vocem emittere*, seu *Loqui.* C.

B

Βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς, *Vbi profundissimum est.* Itē de Istro ἴσος αὐτὸς ἑωυτῷ ῥέει. id est *AEquabili flumine fertur.* C.

Βάρις, in Euterpe, Nauigium AEgyptiacum. C.

Βαρυσυμφορώτατος αὐθρώπων, pag. 19, id est, βαρείας συμφορὰς αὐθρώπων μάλιστα παθών. vel βαρείαν συμφορήν. *Qui omnium hominum maximè graues calamitates est perpessus.* siue *grauem calamitatem.* Vel vna voce, *Miserrimus.* H.

Βασίλεια, *Regina.* Pag. 5, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι. At verò βασιλεία, cum accētu in penult. in lingua communi dicitur *regnum*: apud Herodotum βασιληίη. vt ibidē sequitur proximè βασιληίλω. H.

Βεβωμμένα, id est, τετρόφατα, *Celebria.* C. Vide Βῶσαι.

Βωθεῖν pro βοηθεῖν, (id est *Auxiliari*) apud hunc scriptore, teste Eustathio: affertúrque & ab Hesychio. Legimus tamen & cū οη, vt βοηθοιούντων, in fine pag. 69. H.

Βῶσαι pro βοῆσαι (vt proximè præcedit βωθεῖν pro βοηθεῖν) *Clamare.* At in fine p. 68, μηδὲ οὐνόματι βῶσαι τὸν ἑωυτῆς αὐδρα, non malè, *neque nomine compellare suum maritum.* Sic Ἀναβῶσαι pro ἀναβοῆσαι. vnde ἀνέβωσεν p. 5, *exclamauit.* Sic alibi ἀμβώσας pro ἀναβοήσας & ἐπιβώσασθαι pro ἐπιβοήσασθαι. Passiuum autem particip. βεβωμμένα pro βεβοημμένα habuisti paulo anté.

Γ

Γενέτωρ, *Progenitor*, in Vrania. Alioqui vulgo recepta significatione est *pater.* H.

Γένεα AEgyptiorum esse ait septē, pag. 174: & alios, sacerdotes, alios, pugnatores, alios, bubulcos vocari. *&c.* Vbi valla interpr. *Septem genera hominum.* Sed non minus placeret mihi *Septem ordines*, vel *Septem classes.* Sic alibi aliquot γένεα Persarum esse scribit. At verò pag. 23 legimus τῶν Δωριχῶν γένεος, & τῶν Ἰωνικῶν. H.

Γνωσιμαχέειν interpretantur *Perpendere suas vires, quæ inferiores sint aduersariorum viribus.* Itáque posset accipi Thalia, εἰ μὴ νεν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, Significare videtur simpliciter, τῇ γνώσῃ μάχεσθαι. hoc est, *Mutare sententiam, & perpendere.* Vrania, γνωσιμαχέετε μὴ ἐμοῖοι ἡμῖν. At Polymnia, γνωσιμαχέοντες καὶ ἄλλα, καὶ ὅτι χώρην ἄρα εἶχον ἀμείνω. C.

Δ

Δεῖπνα annotarunt ab Ionibus appellari Cœtus triginta hominum qui simul cibum caperent. Homero tamen δεῖπνον simpliciter cibum significat, atque etiam equorum pabulum. vt Νεῶν δ᾽ ἔρχεθ᾽ ὅπὶ δεῖπνον. & Εὖ γὰρ λὶς ἵπποισιν δεῖπνον δόπε.

Δένος, *Dedecus, Opprobrium.* Vnde & verbum Δενάζω.

Δηλήσασθαι pro βλάψαι, apud hunc scriptorem, sicut apud Homerum: vt Eustathius quoque annotat in hunc illius poetæ locum, Il. α, Οὐδέ ποτ᾽ ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωλαυγέϊ Καρπὸν ἐδηλήσαντ᾽. ἐπεσὶν. *&c.* Apud hunc legitur & δεδήληται, passiua signif. Hinc & Δήλησις apud Hippocratem: item Δηλητήρια Φάρμακα, pernicioſa atque adeo lethifera. H.

Διὰ cum genitiuo, vsum habens diligenter notandum, hoc in loco, in fine p. 10, & principio pag. 11, θείης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων, *inter omnia quæ sunt Delphis donaria.* H.

Διαβάλλειν, *Calumniari*, & *Insectari*, & *Fallere*, & *Verba dare.* C.

Δίαιταν

Δίαιταν ποιέεσθαι, *Diuersari, Habitare, Commorari.* Sic pag.206, ἢ ὁ ἐξελαθεὶς ὑπ' αὐτοῦ πῶς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τοῦτο πέμπτων ἄγγελον (ita enim interpungendum est, nó inter πῶς & δίαιταν, vt in Ald.&Germ. editione) id est, Vbi diuersabatur. seu, Apud quos domicilium habebat. At verò pag.619, circa finem, δίαιταν interpres reddidit *vitam:* de rege Persarum, ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω ὀϊζυρῶς ἔχοντας ἀπαυρησόμενος. Sed malim, Cui quũ talis sit ratio victus, siue, Qui quum tali victu vtatur.

Cum hoc autem vsu nominis δίαιτα, non cum illo, conuenit ille qui passim apud Hippocratem occurrit, quinetiam apud medicos eius posteros, qui ex eo sunt mutuati: nisi quòd multorum ægrotorũ δίαιτα, cum illa regis Persarum comparata, planè est ὀϊζυρὴ (vt loquitur illic Pausanias) præsertim si verum est illud, Qui medicè viuit, miserè viuit.

Διασφάξ. Crepido rupium. C.

Διαφέρειν τὸν αἰῶνα, *Aeuum transigere,* seu *Aeuum agitare.* Perinde ac si diceretur, Perdurare in vita. Apud Hippocr. διαφέρουσι exponitur etiam Morbum perferunt. Atque idem & voce pass. Διαφέρεσθαι vtitur pro *Durare:* si mendo carent exemplaria.

Διαχρῆσθαι pro simplici χρῆσθαι. vt pag. 385, εἰ ἦ μαλακίη τις καὶ ἀπαξίη διαχρήσεσθε. In fine autem paginæ præcedentis dixerat, ἀγνωμοσύνῃ τι διεχρέωντο. Sic pag.217, οἵτε ψεύδεσθαι καὶ οἱ τῇ ἀληθείῃ διαχρεώμενοι. At verò pag.473, cum eodem datiuo vtitur & composito illo & simplici verbo, ὦ βασιλεῦ κότῳ σε ἀληθείῃ χρήσομαι πρός σε, ἢ ἡδονῇ. Et sequitur, ὁ ἦ μὲν ἀληθείῃ χρῆσθαι ἐκέλευε. Paulo pòst, ἀληθείῃ διαχρήσασθαι. Et mox, τῇ (videlicet δεκάτῃ) διαχρεωμένῃ ἡ Ἑλλάς. H.

Verùm alicubi pro *Interficere.* vt pag. 10. sed ibi διαχρᾶσθαι, non διαχρῆσθαι. Quin etiam compositũ καταχρῆσθαι vsum hunc apud illum habet, si bene memini: apud posteros quidem certè eum habere constat. H.

Διδόναι λόγον ἑωυτῷ, vide in Λόγος.

Δίκημα ὀργυιαί, *Quæ sunt iustæ magnitudinis.* Vtitur autem & lingua Gall. illa voce Lat. hac in signific. Apud Hippocratem δίκημον exponitur δίκαιον: quod non solùm rationi consentaneũ, sed proportioni consentaneum, alicubi interpretandum esse videtur. Alioqui ἴσον etiam exponitur. Erotianus autem & quasdam exposit. affert quæ mihi violentæ videntur. H.

Δικαιοῦν fæpe pro ἀξιοῦν, sequente infinitiuo. Propriè autem sonat perinde ac si quis dicat, δίκαιον κρίνειν, id est, *iudicare rem esse iustam.* Pag.249, ὃς λαβεῖν μὲν δίδυμα οὐκ ἐδικαίου. vbi Valla, *recipienda non putauit:* sed malim, *recipere iustum esse non putauit.* Vel potius, *par esse non putauit.* H.

Διφάσιον. *Geminum:* seu *Duplex.* C.

Item plur. Διφάσια, *Duplicia.* vel *Bina.* aut *Duo.* Vt διφάσια τρώματα, *Duo vulnera.* Et διφάσιαι αἰτίαι. Et διφάσιαι εἰκόνες, 181. *Binæ imagines.* seu *bifariæ.* Suspicor autem ex hoc διφάσιος Latinos mutuatos esse suum Bifarius, itidémque Trifarius ex Τριφάσιος. Quod si ita sit, rectius scribentur per ph. H.

Δοξοῦσθαι, pro quo dictum postea fuit δοξάζεσθαι. pag.606, ἐπί τι δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι, existimati estis. Et pag.573, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐδόκησέ τι καὶ ἐδοξώθη εἶναι αὐτὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος αὖτε πάσεων τῶν Ἑλλάδα. Vbi fortasse aliquis ἐδοξώθη vt ἐδόκησε scribendum putet. Sed quid si ἐδόκησε malè pro ἐδοκήθη scriptum est? & scribẽdum est ἐδοκήθη, factum ex ἐδοκήθη, (vt antea βαθεῖαι pro βοηθεῖαι, βεβωμμένα pro βεβοημμένα, atque alia huius ipsius familiæ habuimus) manente altero ἐδοξώθη, sine σ, vt ἐχρυσώθη absque litera illa scribitur? H.

Δουλότερος, Magis seruus. Et Δουλοτέρη, magis serua 438. H.

Δωτίναι, δῶρα, seu δόσεις, *Munera, Largitiones.* Et ἔδωκε δωτίνην, *dono dedit.* Il.1, Οἱ κέ οἱ δωτίνησι θεὸν ὡς τιμήσουσι. Et Δωτινάζειν, Dona corrogare pag. 180. H.

E

Ἔαδε, *Placuit:* ea signifi. qua dicitur Placuit ita facere. pro Visum est. P.307, Λακεδαιμονίοισι ἢ ἔαδε δέκεσθαι τοὺς Μινύας ἐπ' οἷσι ἦλθον αὐτοί. Sic alibi, ἐς ὃ σφι ἔαδε ὁμολογίη χρήσασθαι. Item ἐαύδανε, circa principium Calliopes, pag. 585, sine infinitiuo, εἶπε οἱ καὶ ταῦτα ἐαύδανε, Siue hæc illi placebant, Siue hæc sentiebat.

Ἔγνοτον in duobus Herodoti locis legi: sed alios præterea occurrere cupio in quibus hoc vocabulum legatur, antequam de eo dicere ausim quod suspicor. Vix enim in duobus illis ἔγνοτον pro κότον dictum esse, mihi persuadere possum. H.

Ἐγκυρεῖν vide in Κυρεῖν.

Ἐθέλει, pro εἴωθε, *Solet, Solitum est.* Pro quo & φιλέει dicitur. Vtrunque eodem loco habes, pag.458. Quum autem videamus Herodotū in priore quidem membro dicere φιλέει, in posteriore autem, ἐθέλει: minimè dubium esse cuiquam debet quin ita sit accipiendum. Ideóque Galenus, apud Hippocratem ita potius exponere debuit quàm verbo δύνασθαι H.

Ἐκ. Præpositio hæc apud Herod. vsum quēdā habet, qui nō animaduersus fecit vt huic loco absurda interpretatio daretur, μαθεῖσα ἢ τὸ πεπηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός. Malè enim intellectum fuit, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, pro τὸ πεπηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός. id est, ὑπὸ τοῦ ἀνδρός: vt alibi docebo, simúlque alia huius vsus exempla proferam. H.

Ἑκαστέρω (pro quo perperam alicubi ἑκατέρω, quum positiuum sit ἑκάς) *Longius, Remotius, Vlt. rius:* & Ἑκαστάτω, *Longissimé.* H.

Ἐκλίνεσθαι, *Licere, Facultatem esse.* Sic p.246, τῷ, δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ χρᾶσθαι, οὐκ ἐξεγένετο. Non licuit, Facultas ei non fuit, Datum non est, siue, concessum. H.

Ἐκπαγλεόμενοι, *Admirantes.* vel potius *Valde admirantes, & ad stuporem vsque.* Pag.605, ἐκπαγλεομένων ὡς οὔτε φεύγειν ἐκ πολέμου. Deriuatum ex Ἔκπαγλος. vnde & aduerb. Ἐκπάγλως, apud Homerum, necnon apud Hippocratem, nō simpliciter *Mirum in modum*, sed *Stupēdum in modum.* Nisi quis *Ad stuporem vsque* malit dicere. H.

Ἐκπεπλῆσθαι τῆς φρενῶν, *De statu mentis deiectum esse.* Pag.251, πῶς οὐκ ἐξέπαλωσας τῆς φρενῶν; Alibi in propria signif. ἐκπαλώσας, pag.12, de Solone. Sic autem & Ἀναπαλώουσι, p.138. vbi proximè præcedit & ἐκπλώοντες. Inuenitur tamē alicubi in hoc verbo, & apud hūc, diphthongus ου, more linguæ communis, non ω. sed ex errore, vt opinor. Eorum locorum vnus est pag.180, πρὸς ἀνέμους αὐτίους πλέειν.

Ἐκτῆσθαι, pro κεκτῆσθαι, vt apud Homerum. vnde ἐκτημένων, p.781. Sic & Hom. Il.C, -- οὐδ' ὅσα φασὶν Ἴλιον ἐκτῆσθαι δύναμόμενον πολίεσσιν. Vult tamen Eustathius non minus Atticum esse quàm Ionicum. Quamuis autem hoc ex aliorum (vt credibile est) grammaticorum autoritate dicat, aut illi fides habenda non est, aut exemplaribus Aristophanis deneganda. Non ignoro alioqui Atticis cum Ionibus esse quædam communia. H.

Ἐλιννύειν, Acquiescere. C.

Ἐλλάμψεσθαι, pro ἐλλήψεσθαι. vt τῷ δ' ὑποι καὶ ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι αὐτός. de equitatu Crœsi. Quo (inquit) & ipse Cyrus oppressum iri se verebatur. Et Melpom. καταλαμφθεὶς, pro καταληφθείς. à verbo λάμπεσθαι, quod ὑποδέχεσθαι id est, accipere, illis significat. C.

Inuenitur & λάμψεται, p.454. Quinetiam compositum φοιβόλαμπος pro φοιβόληπτος, p.259. Cum hoc autem vsu huius verbi conuenit quod & pag.284 legitur, νεῦ δεῖ ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει. H.

Ἔμβολον, *Rostrum in naui, & veluti clau stru regionis*, Et de portis, χαλκόθετ' ἔμβολα, Phœnissis. C.

Ἐναγίζειν, vide in Καταγίζειν. H.

Ἐνάρεες, Scythæ euirati & vates Scythici, quorum & Hippocrates meminit ἐν τῷ περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. sed ibi ἀνανδρίας vocat. Aliqui annotarūt ἐνάρεας esse *bellatores* apud Ionas. C.

Ἐνείκαι, est ἐνέγκαι. C.

Ἐννώσας, id est ἐννοήσας, *Quum intellexisset*, Clione. Et, ἐνένωτο, τὸν χειμῶνα παρεῖς, ἅμα τῷ ἦρι στρατεύειν, *in animo habebat.* Et, ἐνενώκασι, *Animaduerterunt.* C.

Ἔξεσις de dimissione seu amandatione vxoris. Vide Eustathium, qui & vno verbo Ἀπαζύγιον exponit. H.

Ἐπαΐσας, *De quo auditum est aliquid.* vt pag.150, ὡς ἐπαΐσας ἐγένετο τὸ τοῦτο ἐργασμένος. Postquam auditum fuit eum hoc fecisse, vel Innotuit, Compertum fuit, siue Compertus est. Sic pag.574, ἐπαΐσας ἐγένετο προδιδούς. H.

Ἐπί τι, pro ἐπὶ, vacante particula τι, passim. H.

Ἐπὶ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς, vide in Ξυρόν.

Ἐπὶ, cum genitiuo quoque Ad significat. vt ἀποπλέοντας ἐπ' Αἰγύπτου. Quod & ipsum planè Atticum est. vt ἀπῆλθον ἐπὶ φυλῆς. Calliope, ἀπαλλάσσεσθαι ὑπὸ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος. H.

Hæc ipsa præpositio ὑπὸ cum datiuo interdum vbi potius moris est vti præpositione ὑπὸ cum suo genitiuo. vt pag.7, καλέεται Γυγάδης ὑπὸ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίη, quum potius dicendum videretur, sequendo vulgarem sermonis formam ὑπὸ τῆς τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίης. Imitati autem sunt hunc præpositionis huius vsum quidam ex posteris: quorum ideo loci mendi suspecti fuerunt. Sic apud Arrianum ὀνομασθεῖσαν ὑπὸ μιᾶς τῶν ὀπαδῶν τῆς Κυβέλης νυμφῶν. At verò vbi hæc

præpositio genitiuo iuncta huic rei significandæ adhibetur, ibi certum est mendosum esse locum. H.

Ἐπαλα, *Supellex*. C.

Ἐπίστασθαι non solùm pro *Scire*, *Nosse*: sed alicubi & pro *Existimare*. In quibusdam autem Homeri & Hippocratis locis exponitur δύνασθαι, vbi tamen non video quid obstet quominus significationem suam retineat. H.

Ἐπίστιος, ἐφέστιος. Et Iupiter ὅπιος. C.

Ἐπιστρεφέως, *Accuratè*, *Vehementer*. Item *Obliquè*, C.

Ἐπίτηξ, Vicina partui. C.

Adiuuat autem valde Hippocratem hic locus Herodoti: quum ostendat legi perperam apud eum ὑπίτηξη, & ab aliis ἐπιτήξη, pro ὑπίτηξ ἦ, in hoc Περὶ γυναικ. loco, φημὶ ἢ γυναῖκα, ἢ ὑπίτηξ ἦ. H.

Ἐπιφράζεσθαι, *Excogitare*, *Perspicere*, *Animaduertere*: in fine Polymniæ, & in 3. pag. Terpsich. Et Καταφρασθεὶς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα, pag. 282, Quum animaduertisset illum hæc facere. H.

Ἔρχομαι θεόσων, Ἔρχομαι ἐρέων, Ἔρχομαι λέξων, & in præterito, ἦια λέξων, *Ingrediar exponere*. Virg. *Sic contrà est ingressa Venus*. C.

Ἐς τὸ, ἕως, οὗ, Donec. C.

Ἐσσω, ea forma qua alibi ἀπισσω. Videtur autem datiuus illius nominis Ὀπισσω, videlicet Ὀπισσοῖ, quod margini adscriptū est, vera esse lectio: & Ὀπηνίσα quod in ipso textu est, ad illius expositionem positum, eò irrepsisse. H.

Ἐὐμαθίη, *Stercus*. C.

Ἐὔτ' αὖ pro ἐπειδ' αὖ. C.

Ἐὐφρόνη, *Nox*. vt 601, ὡς δ' Ἐὐφρόνη ἐγένετο. Itidémque Ἐὐφρόναι, *Noctes*. H.

Ἐὐχαίστως, idem quod κεχαρισμένως. pag. 15. H.

Ἔφησε λέγων pro ἔφη, pag. 433, Sic ἔφασαν λέγοντες pro ἔφασαν, circa initium Calliopes. H.

Ἔχειν cum præpos. ὅπῃ. vt ἔχοντας ὅπῃ σφίσι, eo fortasse modo quo dicimus, *Ils en ont à moy*. item, *A qui en auez vous?* Vide inter Gallicismos Ionicos. H.

Z

Ζόη, id est, βίος, *Vita*. Et Ζωὸς, *Viuus*. vt & Odyss. λ. Ζωὸς ἐών. Et Ζωάγρια, Odyss. ϑ. & Ζωγρεῖν, Iliad. ζ. C.

Quamuis autem ζόη esse Ionum dicatur, ab ipso etiam Eustathio, tamen & ζωὴ alicubi scriptum est: vt pag. 17 genitiuus ζωῆς. H.

Ζώνη, est Herodoto πρόφυσιν ἱμάτιον, teste Suida. H.

H

Ἤθεα, *Domicilia*, Id est, Ea loca in quibus vel homines vel animantes aliæ degere solent. C.

Ἠμείκτην, *Indignari*, *Offendi*. C. Vide Περιημείκτην.

Θ

Θαλία, *Conuiuium lautum & opiparū*. Si à θάλλω deriuatur, sonabit quasi quis dicat *Conuiuium florens*, vt in Thesauro scripsi: sed addidi vocem *lætum*. Dixi enim posse videri respondere his duobus, δαὶς τεθαλυῖα, perinde acsi diceretur *Conuiuiū lætum & quasi florens*. Verùm apud Herodotum (vt & Bud. scribit) non tātùm est Epulum sed etiam *Dies festus*. Sic autem in isto scriptoris huius loco in principio pag. 195, καὶ ἤσαν ἐν θαλίῃσι, Valla vsus est hac interpretatione, *& celebrando festo operam dabant*. Non video tamen cur altera significatio locum habere hic nō possit. H.

Θοινίζειν, *Cibo*, *Pasco*. Factum ex θοίνη, ita vt sonet quasi quis dicat, Θοίνην παρέχω, vel Εἰς θοίνην παρέχω. eodem modo quo ex δεῖπνον fit δειπνίζω. In Clione, pag 61, cū accus. personæ & datiuo rei, πρὸς τὸ ἑωυτῷ δεῖπνον τόμιν ἐκεῖνος αὐρῇ τῷ παιδὸς ἐθοίνησε. Vbi fortasse rectius τῷ quam τὸ post δεῖπνον scriberetur. Alioqui subaudiēdum fuerit κῦ. H.

Θορὸς, τὸ σπέρμα. C.

Θορὴ non Θορὸς habet editio Basilienſis Heruagii, vnde sumpta hæc Camerarii fuerūt: sed hunc tamē θορὸς scripsisse mihi persuadeo. Nam illud θορὴ ne speciem quidem vocabuli Græci præ se fert: at θορὸς significans σπέρμα, id est, *semen* (sed intellige *semen genitale*) legitur apud hunc nostrum scriptorem, legitur apud Hippocratem. Apud hunc, vt p. 138, ἀποῤῥαίνοντες τοῦ θοροῦ: apud Hippocratē, vt quum scribit libro De morbis secundo, διεξέρχεται οἱ θορὸς πουλὺς καὶ ὑγρός. Scio alioqui fuisse qui aliquantulum discriminis inter θορὸν & σπέρμα ponēdum existimarint. Obseruandum est autem, non simpliciter σπέρμα, sed σπέρμα παιδοποιὸν, ab Herodoto dici, pag. 405. H.

Θυμαλγὴς, *Animo dolorem afferens*. vt θυμαλγέα ἔπεα. pag. 61, *Verba dolorem animo afferentia*, vel *Ægritudinem alicui afferentia*, vt loquitur Terentius.

Possis & ita reddere, *Verba quæ animus ægre fert.* Quoniam autem Homerus quoque isto composito vtitur, (veluti quum θυμαλγὲς ἔπος & θυμαλγέα μῦθον dicit) possis, magis poeticè loquens, reddere, *Verba animum mordentia.* H.

Θυμὸς, vocabulum valde alioqui & apud cæteros vsitatum, quẽdam vsum habet qui apud cæteros vix occurrat, nisi ex eius imitatione. Iungit enim genitiuo: vt quum pag. prima dicit, ὠνέεσθαι τῆς φορτίων τῆς σφὶν ἐῶ θυμὸς μάλιστα. id est, quorum maximè (vel potissimùm) erat illis cupido.

Θύσανοι, id est πρωσοὶ, *Bullæ aut fimbriæ in clypeis & tunicis.* C.

Θύσσανοι geminato σ apud eum antea scriptum fuit: sed ne geminetur σ obstat quantitas syllabica, quum prima brevis sit apud poetas: etiamsi, licentia vtentes, in θυσσανόεις & θυσσανόεσσα producant, vt metrum possit ingredi. Tum autem & duplicatur illa litera in quibusdam exemplaribus. H.

I

Ἰθαγλυὲς, *Germanum, Natiuum.* οὐκ ἰθαγλυέα σώματά ἐστι, ἀλλὰ ὀρυκτὰ, Non sunt ostia natiua, sed fossilia. C.

Vsus est hoc vocabulo non solùm Homerus, sed Hippocrates quoque: sed vterque paulo alia signif. quàm in loco qui modò ex nostro scriptore allatus fuit. Legimus enim ὀδ. ξ,

— ἀλλά μοι ἶσον ἰθαγλύεσσιν ἐπίμα.

vbi ἰθαγλύεσσιν sonat γνησίοις: apud Hippocratem verò ἰθαγλὲς κύημα potest quidem fortasse exponi itidem γνήσιον, sed alia tamen ratione. Est enim cõceptus verus, & qui à falso, id est, à mola, distinguitur. Videndum an vocabula Genuinus & Germanus & hîc & illic habere locum possint. H.

Ἴθεος & Ἴθυ pro εὐθὺς & εὐθύ, itidémque Ἰθεῖα pro εὐθεῖα, sicut apud Homerũ & Hippocratem. Dici autem ab Herodoto οὐκ τῆς ἰθείας exponit οὐκ τὸ προφανοῖς & πρὸ εὐθύ: hunc eius locum afferens, οὐκ μοῦνον τῆς ἰθείας στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, ἀτε οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων. Est enim reponenda apud Suidam hæc scriptura, οἰδεόντων vna voce, pro illa quæ apud eum duas voces habet, οἱ δεόντων. Vide plura super hoc loco in his verbis, οἰδέοντα πρήγματα. H.

Ἰκνεομένως, vnde οὐκ ἰκνεομένως & οὐκ ἰκνεύμενος, *Non debitè.* & μᾶλλον τῶ ἰκνεομένῳ. *Magis quàm conueniret.* Hæc Camer. Exempla autem habes pag. 404, φασὶ αὐτὸν οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύειν τῆς Σπαρτιητέων. Paulo pòst, ἔτι ἰκνεομένως βασιλεύοντα Σπάρτης. Quod autem & aliis in locis feci in Gallorum, & aliorum qui Gallici sermonis studiosi sunt gratiam, hîc quoque faciam, vt quàm bene conueniat hic aduerbii istius vsus cum eo quod Gallicè dicitur, ostendam. Quum enim aduerb. ἰκνεομένως, vel potius ἰκνεομένως, (hanc enim lectionem præfero) à verbo ἰκνέομαι originem habeat, quod est *venire*, Gallicè *venir*: animaduertendum est ista verba, οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύει, posse ita nostro illo sermone exprimi, *Il ne luy vient pas de regner.* Est autem *vient* à Latino *venit*, (litera i ex fine ad principium trãseunte) Ionicè, οὐκ ἰκνέεται, perinde ac siquis diceret, οὐκ ἰκνέεται εἰς αὐτὸν τὸ βασιλεύειν, pro illis, οὐκ ἰκνεομένως βασιλεύει. Alioqui & his verbis hoc exprimeret sermo noster, *Il ne luy touche pas de regner.*

Alterius autem generis loquendi, Μᾶλλον τῶ ἰκνεομένου, exemplum tibi suppeditat pagina 411, ὁμιλέονται μᾶλλον τῶ ἰκνεομένου. quum antea pro μᾶλλον τῶ ἰκνεομένου dixisset μειζόνως: vtens his verbis, ὁμιλέειν σφι μειζόνως. Nam qui aliquid facit μᾶλλον τῶ ἰκνεομένου, id est, magis quàm cõuenit, siue magis quàm par est, is dici potest illud ποιέειν μειζόνως, quod Ionicum est pro μειζόνως. q. d. maiorem in modum quàm oporteat. Sed Valla malè hunc locum vertit, non secus quàm si verba illa μᾶλλον τῶ ἰκνεομένου non ad ὁμιλέειν sed ad ἀκριτοποιεῖν, siue ad ἀκριτοποιέω (vt ibi legimus) referrentur.

Addam & hoc, Hippocratem quoque illo aduerbio vsum esse & quidem alicubi significare apud illum Quantum par est, Quantum satis est. vt quum dicit, γάλα πίνειν ἰκνεομένως. Apud eundem ἐν τῷ ἰκνεομένῳ χρόνῳ, Debito tempore, Conueniẽti tempore, Suo tempore. Miror autẽ afferri ex illo loco scripturam ἰκνουμένως: è loco libri De fract. ἐν τῷ ἰκνουμένῳ χρόνῳ, & dici, ἰκνούμενον χρόνον non minus quàm ἰκνεόμενον, in vsu esse. quasi verò illam quoque scripturã Græca lingua possit admittere, ac non iubeat nos vel ἰκνουμένῳ vel ἰκνεομένῳ dicere. Cæterùm huius generis loquẽdi aptum habemus hoc quoque exemplum, προγηράσκειν τῶ χρόνῳ τῶ ἰκνουμένου, Senescere ante debitum tẽpus. Et quasi quis dicat, Ante legitimum tempus. Alioqui & simpliciter, Ante tempus, dici potest. Poetæ autem dicerent e-

tiam (vt opinor) Ante ſuum tempus. Ex eodem affertur & hoc, Φερητίδες οὐχ ἱκνέομαι (ſed malo ἱκνεόμαι) pro curis intempeſtiuis. at verò illud, ἐν τῇ ἱκνεομένῳ χρόνῳ, apud Herodotum etiam exſtat.

Ἱστορέειν & Ἱστορέεσθαι ſæpe apud hunc ſcriptorem occurrunt, præſertimque illa vox actiua. Eſt autem Ἱστορέειν, *interrogare, Sciſcitari, Percontari, Inquirere*: & Ἱστορέεσθαι, *Interrogari, Inquiri*. Pag. 108, Ἱστορέων αὐτοὺς εἰ τινα δυνάμιν ἔχοι ὁ Νεῖλος τὰ ἐμπ. περυκέναι τὴν ἄλλων ποταμῶν. Et paulo poſt, τῶν τά τε δὴ τὰ λεγόμενα βουλόμενος εἰδέναι ἱστόρεον. Sic pag. 26, μὴ ἢ, εἴτε ἱστορέοντι, εἴτε καὶ οὔ, Φερέζει τῇ ἑωυτῆς μητρί. Dicit matri ſiue percontanti ſiue nō. Sed Valla longè ἱστορέειν hic eſſe putauit Enuntiare, ideóque alienum ab hoc loco ſenſum cōmentus eſt: vt tibi patebit ex collatione verborum eius cum iis quæ margini adſcripta ſunt. At verò paſſ. vox ἱστορέεσθαι pag. 10 legitur, ſed ita vt actiuam potius ſignifte. habere videatur. H.

K

Καὶ δὴ frequens eſt apud hunc, in narrationis velut incremento: vt quum Latinè dicitur Atque etiam, vel Tum, vel Tū etiam, & ſimiliter. C.

Κάρτα, πάνυ, admodum. C.

Aliquando & præfixo articulo dicit τὸ κάρτα, ſiue τοκάρτα. Euſtathius tamen in librum ιωτα Iliadis, non Ionum ſed Dorum eſſe dicit articuli pleonaſmū ante aduerbia. H.

Καταγίζειν, vt καταγίζειν τινὲ, *Igni cōſecrare*. Item, *Immolare & ſacrificare*, Clione & Melpomene. Et Ἐναγίζειν, *Inferias mittere*: Euterpe, ὡς ἥρωϊ ἐναγίζουσι. C.

Illi autē Καταγίζειν addēdum eſt Καταγιάζειν: ſi quidem emendatè ſcriptum eſt καταγιαζομένου, pag. 93. Sed (verum vt fatear) ſuſpicione apud me ſcriptura hæc non caret: præſertim quum & Erotianus, ſuo in Hippocratem lexico, Ἐναγίζειν, non Ἐναγιάζειν, ſcribat, exponens, τοῖς κατοιχομένοις ἢ τοῖς καταχθονίοις θύειν. ſicut Heſychius, χοὰς ἐπιφέρειν, vel θύειν τοῖς κατοιχομένοις. Sed magis priorem probo expoſitionem quàm poſteriorem: & in poſteriore placet quòd κατοιχομένους tātùm dixerit, non autem cum Erotiano, ἢ τοῖς καταχθονίοις: quoniam hoc de diis inferis dici ſolet. Non ſolùm autem *Inferias mittere* dixerunt Latini, ſed etiam *Inferias ferre*, & *Inferias dare*. At *Inferias facere* (vt etiam exponitur) me legere haud memini. H.

Καταδέξαι vſurpat vt alii καταγνῶναι. H.

Καταπωϊζεσθαι interpretantur, *Gratè habituros aut impunè laturos eſſe*. ἀπὸ τῆς πωϊκῆς deducto vocabulo. vt Thalia: οὐ καταπωϊζεσθαι, de iis qui Crœſum conſeruaſſent. Et non minus in fine eiuſdem libri, & Polym. Sed Terpſich. poſſe ita accipi videtur vt ſit à verbo ἰκέσθαι Ionico, & ſignificet, *Progredi longius* aut *effugere*, ſimiléve aliquid. C.

Καταφεύζομαι, vide in Ἐπιφεύζομαι. H.

Κατέδησαν φῶρα ἑῶ, metaphora reſpōdente ei quam habet ἀπέλυσαν. H.

Κατηλογέοντο vide in Ἀλογήσας.

Κείρειν apud Herodotum, Vaſtare, Populari, veluti quum dicit, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον. Et ἔκειρε τοὺς χώρους. itidémque paſſiuè, ἐκείρετο ἡ Ἀττική. Quem verbi huius vſū ſumpſit Herodotus ex Homero, vtente non ſolùm ſimplici, ſed & compoſito Κατακείρειν: vt Odyſſ. χ, —ὅτι μοι κατακέρετο οἶκον, *Depræda bamini domum, Spoliabatis domum*. Herodoti autem exemplo vſurparunt etiam Thucyd. & Plato. H.

Κερᾴζειν, *Diripere, Sternere*. Pag. 148, ἀλλὰ καὶ οἰκία τῶν ξείνου κερᾴσας ἧκεις. Et Homer. --- ὥστε περ Τρῶας κερᾴζει καὶ ἄλλους. C.

Κῆ, vt πῆ, item Κη ſine accentu, quum eſt particula ὡδαπληρωματική, id eſt expletiua. Exemplum illius exſtat pag. 15, σκοπέειν ἔχει παντὸς χρήματος τὸ τελευτῶν κῆ ἀποβήσεται. At huius exemplū cùm alii plerique præbent loci, tum hic, p. 299, σταδίους ὡς ἑξήκοντα μάλιστά κη. H.

Κληδὼν & Κλειδὼν, *Rumor, Fama, Omē*. χαῖρε ἢ κλειδόνι. Odyſſ. υ. C.

Κυζηματῶν, Euterpe, *Vagitus puerilis*: ſignificatio πεποιημένως, vt videtur Cam. Quamuis autem ita legatur in edit. illa Baſilienſi, puto tamen Cam. ſcripſiſſe πεποιημένη, non πεποιημένως. aut ita, πεποιημένως (vt videtur) facta. vel potius huic vocabulo data. Vel tale quid.

Κόσμος, τάξις, id eſt, *Ordo, Ratio*. κόσμον τόνδε ὁ Δηϊόκης ἐποιήσατο ὅδε τοῖς κατεσπαρμένοις, *Hanc rationem primus inſtituit*, vel, *Ita res regni ordinauit*. Item, ἔφυγον οὐδενὶ κόσμῳ, *de effuſa fuga*. Inde Homerica, κοσμήτορε λαῶν. &, αὐτὰρ ἐπεὶ κόσμησεν ἀμ' ἡμαθόεσσαν ἔκαστοι. C.

Κουρίδιος ab Herodoto (ſicut & ab Homero ante illum) dicta fuit vxor, quam duxit dum adhuc eſſet κούρη, id eſt *virgo*, & quidem *iuuencula*, ſiue *iuuenilem ætatē non excedens*. Sic in Clione p. 64, Γαμέε-

οι δ' ἕκαστος αὐτῶν πολλὰς μὲν κουριδίους γυναῖκας. Sed ab Homero terminatione alia κουριδίη dicitur. Sic Il. ν, οἳ μὲν κουριδίλων ἄλοχον καὶ κτήματα πολλὰ Μαὶψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες. Sic Iliad. τ, --Ἀχιλλῆος Θείοιο Κουριδίλων ἄλοχον θήσειν. Verùm & Κουρείδιος πόσις (id est maritus) vicissim ab Homero dicitur. H.

Κυρεῖν, cum genit. *τυγχάνειν*, siue *τυχεῖν*. Item Κυρῆσαι. vt pag. 24, circa finē, ἐδέετό τε τῆς δήμου φυλακῆς ἵνεκα παρ' αὐτὸ κυρῆσαι. *aliquam custodiam ab illo consequi*, vel *obtinere*. Hinc & Κυρήσας, pro *τυχών*.

Apud Hippocratem participio iungitur, eo modo quo ἔτυχε vel *τυγχάνει* plerūque illi iungi videmus. Legimus enim apud illū, ἢ μήπω κυρήσῃ τὸ σῶμα τεθνεὸς, id est, *nequedum corpus mortuum fuerit*. Vbi alioqui *τύχῃ* dici potuisset.

Ἐγκυρεῖν itidem pro *ἐντυχεῖν*, vt in extrema pag. 518, ἐνεκήρυσσον στρατῷ, *inciderunt in exercitum*.

Extat verò & aliud compositum apud Hippocratem, videlicet Συγκυρεῖν: vt in libro De morb. *συγκυρήσῃ ὥστε ῥιγῶσαι μεθύοντα*. sed hoc est pro *συμβήσεται*, id est, *eueniet*.

Κώμῳ χρῆσθαι, *Comessationem exercere*, vel potius *comessationes*. in Clione, pag. 9, *τότε πίνειν τε πάντας καὶ κώμῳ χρῆσθαι ἐς ἀλλήλους*. vbi interpres vertit, *Et inter se comessationibus vterētur*. Ab hoc nomine est Κωμάζειν. At verò *κῶμος*, quod frequēs est apud Hippocratem, quamuis cōsequi illas *τῶν κωμαζόντων* compotationes plerunque videamus, mirū tamen est si Galenus *κωμάζειν* prius esse quàm *κῶμος*, & hoc ex illo deduci putauit. Nec enim rationi & artis grammatices legibus cōsentaneum magis puto *κῶμος* quàm *κῶμον* ex illo deducere: id est, non minus præposterè illud quàm hoc posse fieri.

Κῶς, & Κως enclitice, pro *πῶς* & *πως* enclitico, passim apud hunc scriptorē, præsertimque hoc posterius: vt in extrema pag. 249, *καὶ κως ταῦτα πειεῦντες ἐλάνθανον*.

Λ

Λαβέειν, vnde Διαλαβέειν, pag. 54. Et Λελάβηκε, p. 284, *νυῦ σεῦ ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε*. Paulo antè, *καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει*. legitur & *λάβε*, cùm alibi, tum p. 51.

Λαμπάδια, *Parmæ*, aut *Peltæ*. C.

Λαύσα, *Angiportum*. vt & Odyss. χ. C.

Λέσχη, *Sermo*, *Colloquium*. In Euterpe, pag. 113, *ἀπικέσθαι ἐς λέσχην περὶ τοῦ Νείλου*, mentionem factam dicit Nili. Et Calliope, *γνωμένης λέσχης*, verba quum fierent. Et Ἔλλεσχα: vt οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔστιν ἔλλεσχα, *ἀλλὰ τὰ οἰκήια, non de Ionum malis sed de suis fabulabuntur*. Et Περιλεσχήνευτος, *Celebris*. Et apud Hesiod. λέσχη, locus publicus, de fabulis & colloquio vulgi, vt apparet, *dictus*. Odyss. σ, Οὐκ ἐθέλεις εὔδειν λαχνήϊον ἐς δόμον ἐλθών, Ἠέ που ἐς λέσχην. C.

Λῃΐζεσθαι, *Rapere*. C.

Λιπαρείη τε καὶ ἀρετῇ, *Constantia* (seu *tolerantia*) *& fortitudine*. Λιπαρέετε μένοντες, *durate*, Calliope. Et Euterpe, ἐπεί τε λιπαρέειν τὸν Ἡρακλέα, *quum Hercules perseueraret in flagitando*. C.

Λόγος, etiam *fabulam*, id est, μῦθον, significat. vt Clione, ἔλεξέ σφι λόγον. Et, Αἴσωπος λογοποιός. & Ἑκαταῖος λογοποιός, Euterpe. C.

Λόγον ἑωυτῷ διδόναι, *Reputare aliquid*, seu *Secum perpendere*. C.

Λωβᾶσθαι, *Fœdare*, eo modo quo dicitur à Virgilio, *Fœdauit vultus*, de facie mutilata. Sic enim apud nostrum scriptorem Zopyrus seipsum λωβᾶται, pag. 138. Atque vt hic legimus ἑωυτὸν λωβᾶται (additis etiam his duobus verbis, λώβῃ ἀνήκεστον) sic paulo pòst, ἑωυτὸν λωβᾶται. Ac paruo interuallo sequitur λελωβημένον signif. passiua. Apud Homerum Il. β, Ἦ ῥ' ἂν Ἀτρεΐδῃ νεμεσσήσαιο, Νῦν ποστρεμμα με ἰνιυρια affecisses. *vel*, contumelia.

Λωβεῖσθαι etiam inuenitur, & quidem apud Hippocratem. Ac significationem passiuam habet λωβεόντων in hoc eius loco, αἴσχιστα πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται. vbi redditur, Probro & dedecore afficiuntur.

M

Μελεδωνὸς, *Curator*, vel *Curatrix*, *Cui cura rei alicuius demandata est*, *Præfectus alicui rei*, *seu alicui negotio*. Pag. 128. μελεδωνοὶ ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων, καὶ ἕρσενες καὶ θήλεαι, τῶν Αἰγυπτίων. Paulo pòst, τῇ μελεδωνῷ θηείων. Item, τῶν οἰκητῶν μελεδωνὸν, pag. 210. quod repetitur & pag. seq.

Sed & ipsum verbum Μελεδαίνειν habes pag. 570, Μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν, videlicet, τοὺς νοσέοντας. H.

Μέμονα, sequēte infinitiuo, *fert animus hoc facere*, *Animatus sum ad hoc faciēdum*. In Eratone. pag. 411, μὴ ταῦτα μεμονέναι μιν ἴσασθαι. Sic Homerus Il. σ, --μάλιστα δ' Φαίδιμος Ἕκτωρ Ἑλκέμεναι μέμονεν. Sic autem dicitur *μεμαώς* cum eodem infinitiuo, & ad eandē rem significandā, paulo antè, Ἑλκέμεναι μεμαώς.

Μεταδόξαι dicitur, *Qui mutauit sen-*

tentiam, ſeu *quem pœnituit*. H.

Μεταίχμιος γῆ, vide in Αἰχμή.

Μεταξέτεροι, id eſt, *Iunes*. Pag. 116. ζεαὶ μεταξέτεροι καλέουσι. C.

Μῆνις, κότος & ἔγκοτος, *Vehemens ira*. C.

Μῆχος pro μηχανή. vt p. 180, τῶτο γάρ οἱ κακοῦ ἦεν μῆχος. Eſtque reponendum hoc ipſum verbum & pag. 309, verſu tertio à fine. Vtitur & Homerus: vt Il. β, --οὐδέ τι μῆχος Εὑρέμεναι δυνάμεσθα. Vt autem μῆχος pro μηχανὴ ab hoc ſcriptore dicitur, ita viciſſim πάθη pro πάθος.

Μὶν dicunt αὐτόν. C.

Μύδρος, *Candens maſſa*. vt μύδρον σιδήρεον. vel λίθος ἀφάπτερος: vt ille philoſophus dixit ſolem eſſe μύδρον, Anaxagoras Clazomenius, Ion. C.

Μυσίλλειν, *Diſſecare*. Hom. μίσυλλόν τ' ἄρα τἄλλα. In Clione, Διαμυσίλας καὶ μέρεα τὰ ἱερήϊον, *ſecta in partes victima*. C.

N

Νεωχμωῦ, *Nouare*, id eſt, νεωτερίζειν. C.

Νόμος, vt communiter, *legem* ſignificat: vt, Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοις κελεύσασι, νόμους ποιήσας. Et, *Mores* ac *inſtituta*: quæ & νόμιμα: vt Thalia, οὕτω νομίζουσι πολὺ μᾶλλον τοὺς ἑωυτῶν νόμους ἕκαστοι ἔχουσι. In Melpom. ξεινικοῖσι ἢ νομαίοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φεύγουσι. *Et conſuetudinem ac morem*. Εἰ ἐξαπαλᾶν τοὺς εὖ ποιεῦντας νόμος ἔστι οἱ, in Clione. Significat & *Paſcua*: vt apud Homer. quoque, ἐπεί κε νομῷ μεγέωσι. Et *regio*: vt νομὸς Θηβαίοις μεμφθήσιος. Et Claſſis: vt νομοὶ Φόρων, in Thalia. Atque hæ poſteriores duæ ſignificationes ſũt acuti nominis. Eſt & *modorum* appellatio: vt de Arione, νόμον τὸν ὀρθιον διεξελθεῖν, quos apparet acutos fuiſſe, & concini ſolitos voce altiore. Ἐν χερσὶν νόμῳ, ſignificat, *In conflictu, Conſertis manibus*. C.

Νυν, particula ὡδὶ παραλημματική, id eſt, expletiua, paſſim apud hunc ſcriptorem, poſt μὲν. Ac ſtatim initio primæ muſæ, Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. Sæpe autem his particulis μὲν νυν reſpondet δὲ in altero membro. vt pag. 181, circa finem. H.

Ξ

Ξενίλω & φιλίλω & ὁμηχμίλω συνθέσις & διαλύσεσθαι, Hoſpitii amicitiæque & belli coniunctionem & diſſolutionem ſignificat. C.

Ξυρὸν, *Nouacula*. Adhibetur autem hoc nomen cuidam loquendi generi, quo vtitur pag. 384, ὅτι ξυροῦ μὲν τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, αὐδρες Ἴωνες ἢ ἐλευθέρωσιν ἢ δούλωσιν. Exſtat idem loquendi genus (quod prouerbiale fuiſſe videtur) apud Homerum: niſi quòd ἴσχεται eſt apud eum, non ἔχεται. Iliad. κ,

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ὅτι ξυροῦ ἵσταται ἀκμὴς Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

In quo prouerbiali genere loquendi exponendo vſurpari ſolet vox Diſcrimẽ: quæ tamen vtrique parti conuenire non poteſt. neque enim dicet aliquis ſibi imminere diſcrimen de tuenda vita, vt dicet diſcrimẽ de amittenda: neque diſcrimen de libertate ſubeunda, vt diſcrimen de ſubeunda ſeruitute. Hoc conſtat, eos dici ὅτι ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἵστασθαι, vel, ὅτι ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἔχεσθαι dici τὰ πρήγματα eorũ qui ab ipſo temporis articulo velut opprimũtur, quo vel proſperã vel aduerſam fortunam experientur. Nec aliunde videtur petitum hoc loquendi genus (quanuis alii ſecus ſentiant) quàm ab iis quæ aciei cultri ſeu gladii admota, leui manus impulſu amputari poſſunt. Atque ita pertinebit ad id quod prouerbialiter itidem dicitur, *Sub cultro eſſe*. Vnde apud Horatium, *Et me ſub cultro liquit*. H.

O

Οἰδέοντα πρήγματα, vel οἰδαίνοντα, ad verbum, *Res tumentes*, de iis quæ adhuc ſunt turbulentæ, ſiue quæ nondum ſunt compoſitæ: quaſi quis dicat, quarũ tumor nondum reſedit. In Thalia, pag. 239, ἅτε οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων. quod malè reddit interpres, *Vtique rebus nondum ſatis fundatis*. Sic autem & p. 218, vbi Ald. & Germ. editiones οἱ δεόντων habent pro οἰδεόντων. qui error eſt apud Suidam quoque. Sed illo in loco interpres ea verba præterit: ego in margini adſcripta ibi interpretatione reddidi, *rebus flagrantibus*.

Οἰχώκεε, pro ᾠχετο. Et Il. β, ὅτι σῆμος συνοχωκότα. C.

Ὅκως pro ὅπως. quomodo. vt pag. 234, ὅκως μὲν γνόμενος. & paulo antè, ὅκως θαλασσά ἐστι τὰ ἐπίκεινα. Sed alium etiam vſum habet iſtud vocabulum, qui non datur illi ὅπως. vt in Clione, pag. 5, ἐώθεε γὰρ καὶ τεθνεὼς, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. vbi redditur *quum* vel *quoties vocaret*. Sic ὅκως ὕοι, *quum* vel *quoties plueret*. Atque ita plurimis in locis vtitur. H.

Ὁλοίτροχος, ſubaudito nomine πέτρος, Saxi quoddam genus eſt, in hoſtes proiici vel potius deuolui ſoliti: quod à rotunditate nomen iſtud habere quidã crediderunt. Xenophon ad ὁλοιτρόχους addidit πέτρους. Homerus autem Il. ν, quadriſyllabè, ὁλοόιτροχος ὡς ὅτε πέτρης, vbi ſubauditur πέτρος. Quidã tenui ſpiritu hanc vocem ſcribunt, tanquã ita dicatur quaſi

ὁλοὸς ἐν τῷ ξέχλν. Fusius de hac voce disseritur in meo Thesauro Græcæ linguæ. H.

Ὄνομαι, *Vitupero*, vel *Contemno*, *Pro vili habeo*. vt pag. 175, ὑπὸ δὲ Κορινθίοι ὀνονται τοὺς χαλκοτέχνας. vbi interpres contrario sensu dixit, *Corinthii quoque minimi faciunt opifices*. Sic apud Hom. ὄνοιτο. Il. κ, & Od. ξ. Et ὄνοντας, Od. φ.

Ὅθι interdum pro ἀλλὰ τὰ. vt pag. 220, εἶρετο ὅτι οὐ χρῷτο τῇ χαλκῇ. Sic pag. 108, circa finem, καὶ ὅτι αὔριος ἀποπλεούσας μοῦνος πάντων παραμεῖψ οὐ παρέχεται. H.

Ὅτι τάχος, pro ὅτι τάχιστα, *Quamcelerrimè*, *Quamcitissimè*. Vel, *Primo quoque tempore*, pag. 586, in fine. H.

Ὅτι μὴ significat εἰ μὴ, *Nisi*, *Præterquam*, & similia. C.

Οὐδαμοὶ, id est, οὐδένες. C.

Π

Παραγκτῶσαι, *Introducere*. C.

Παραμέμνημαι alicubi poni videtur pro simplici μέμνημαι, sicut pro hoc ponitur quibusdam in locis compositum ἐπιμέμνημαι, vel ἐπιμνήσθαι. H.

Πάρεξ, *Præterquam*. C.

Παρέχει μοι, sequente infinitiuo pro ἔξεστι μοι, *Licet mihi*, *Penes me est*, *In me situm est*. pag. 247. H.

Παρεών, pag. 17, οὔτε γὰρ δειλίῃ μοι παρεών. Et paulo pòst, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἀχαρὲς παρεόν τοι. Vtrobique pro ἐνεών positum quidam existimarunt. H.

Παχέες, *Diuites*, *Opulenti*, pag. 415. Αἰγινητέων οἱ παχέες, vbi interpr. vertit *proceres*. Nam sæpe hi sunt ex illorum numero. H.

Περιημεκτίω, ῶ, idem cum simplici ἡμεκτίω significare videtur: videlicet AEgrè ferre, Grauiter ferre, Indignari: atque adeo magnam indignationẽ præ se ferre: quod fit querendo, siue quiritando: Vnde factum est vt pag. 212, περιημεκτήσας τῇ ἀπάσῃ συμφορῇ reddiderim, De tota calamitate questus. Sed pag. 567, absque vllo casu ponitur περιημέκτεον. Apud Suidã & Περιμεκτήσας (non περιημεκτήσας) & Περιμάκτεον, non περιημέκτεον. At vero illius περιημεκτῶν plura tibi exempla Thesaurus meus suppeditabit.

Περιλεχήνδυτος, vide in Λέχη.

Πέριξ, *Circum*: vt Arboribus clausi circum. *vel* Circa: vt Corpora multa virûm circa. C.

Περόμφια σιτία, id est ὀπτώμφια. πέσσειν enim *Coquere & Conficere*. vt Homero quoque, metaphoricè, γέρα πεπάλμυ. C.

Πίσσως, id est, πόροι θαλάσσης, *Fretus*: vt & Hom. ἠνορέῃ πίσσωσι καὶ κάρτεϊ χαλκοῦ. Sed & Eurip. Oreste, θαρσῶ τε πίσσως καὶ μαθεῖν παῤῥησία. C.

Πολέμια, alicubi pro πολεμικά. H.

Πρῆγμα, *Subitò*. Pag. 549, καὶ πρῆγμα τι φωνῆς ἀκούειν. C.

Σ

Σαγάρεις, *Secures*, aut *Bipẽnes*, aut aliud barbarici teli genus. Ita Camer. siquidem fides habenda est illi Basilienſi editioni: ac non potius credendum est illum σαγάρεις scripsisse. H.

Σαρκάζειν, *Tondere* significat seu *Vellere*. vt Melpom. Σαρκάσας βοὸς πλευρῆ. Atque id & Hippocrati significat verbũ, ἐν τῷ περὶ ἄρθρων, α'. C.

Σακκέω, *Excolo*, in Melpom. pag. 263, τῶν ἐπεὰν χρήσῃται πίνειν, σακκέουσι ἱματίοισι. vbi tamen interpr. verbo *exprimunt*, non verbo *excolant*, vsus est. Sed Eustathius, vel potius Dionysius apud Eustathium, ex hoc nostro historico Herodoto affert etiã χρήμαθ' ὑποσακιζόμενοι. Quinetiam ὑποσακίζειν τῆς ὁδοῦ esse ait τὸ περιόπτειν καὶ ὑφαιρεῖσθαι (subaudiendum autem puto τῆς ὁδοῦ cum hoc verbo ὑφαιρεῖσθαι) atque addit, in hac significatione respici fortasse ad saccum qui paulatim euacuatur. Alioqui σακίζειν dicuntur etiã sacculorum fures, siue sacculorum fures: quum Hesychius σακίζειν exponat, τὸ ἐκκενῶσαι ἁλοὺς κλοπίμους τοὺς σάκους. Sed apud illum & in verbo & in nomine litera σ geminatur (sicut & in σακκέουσι apud Herodotum: quum AElius Dionysius σάκκος etiam non σάκκος ab Atticis scriptũ fuisse testetur.

Σπέρχειν, *Aduersari* & *offendi*. Et Σπερχθεὶς, *Perturbatus*. C.

Συγγινώσκω (vt admonui in Ἀναγινώσκω) à vulgari vsu & ipsum discedit apud Herodotum: qui duobus modis eo vtitur. Pag. 444, νεῦ μοὶ τι συγγνοὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. vbi συγγνοὺς est, *Postquam mecum reputaui hanc rem*. vel, *consideraui*, *seu perpendi*. Sic in fine pag. 255, μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο. Sic & pag. quæ eam sequitur. (Talem autem vsum esse verbi συμφρονέω, in meo linguæ Græcæ Thesauro docui.) Aliter in fine pag. 270, vbi infinitiuo iungitur, Ξέρξης δέ οἱ οὐ συγγινώσκων λέγειν ἀληθέα. q. d. *Non assentiens ipsi vera dicere*, ipsum videlicet. Q. d. Non conscius ipsi veritatis. In hoc tamen loco pag. 365, συγγινώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ πιθήσασι ὀρθῶς, magis propriè reddi potest, *Conscii nobis fumus*. Quinetiã voce passiua vtitur alicubi hac in signif. vt, ἔστωνες συγγινωσκόμενοι ἐναι,

κῦ τῆτο ἔξειν. Vbi autem dicit, οὔτε σωτηρίαν ὡσκοντο, ἤσαν τε αὐθαδέστεροι, signif. *Nō agnoscebant culpam.* H.

Συμφήσας interpretantur σωτερίας, Clione. Significat autem correptionē. C.

Σιναλίζω, vide in Ἁλίης.

Σιναμωρέειν, *Vastare, Perdere.* Et Σινάμωρος, *Noxius.* C. Sed scribitur etiam Σιναμωρέειν. H.

Συννοίη ἐχόμενος, pag. 41, *Cogitabundus.* Vel, *Quum in attenta cogitatione versaretur.* H.

Συρμαίζειν, *Purgare* τῇ συρμαίῃ: quam alii potionem, alii herbam aut radicem, alii succum quempiam fuisse putauerunt. C.

Συαστάδδω ἐνί, sequente infinitiuo, pag. 44, *Studio meo & opera aliquē adiuuo ad aliquid efficiendum*, vel, *Studium meum alicui ad aliquid præsto.* At verò Ἐπισταδδω & Ἀνισταδδω alibi in locis vicinis ceu contraria ponuntur. H.

Σφι pro σφίσι ponunt. C.

Σχοινοτενὲς, *Rectum.* C.

T

Τάρσους καλάμων, Clione, interpretantur *Areolas arundineas, super quibus lateres arescerent.* Sunt & ταρσοὶ πλοίων. Et remigia ταρσοῖσιν habent appellationem. Nominantur etiam ταρσοὶ in volucribus. C.

Τέλειον, *Perfectum, Confirmatum, Euidens.* δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελείην. Et, τὰ τέλεα τῶν προβάτων, *grandes oues.* C.

Τέλη, *Impensæ, & Ordines.* C.

Τέῳ interrog. vt pag. 55, τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατειργάσαο; *Qua morte interfeciſti?* Eodem modo τοῖσι ὄμμασι, principio pagina 17. H.

Τετεύχαται, *Afflictum est.* C.

Τὸ, *passim* pro ὃ, id est *quod* relatiuum, Sic pag. 21, εἰδωλον τὸ λέγουσι ἔῤῥ. Et paulo ante, τῷ ἐπισάμβρος τὸ οὔνομα. pro οὗ, *cuius nomen quamuis sciam.* Sic alibi ἐν τῷ pro ἐν ᾧ, *in quo.* Pluralis autem genitiuus τῶν, quum est articulus præpositiuus, interdum voculam ἰὼς interiectam habet inter nomē cum quo iūctus est. vt pag. 21, τῶν τὶς Δελφῶν, pro ἰὼς τῶν Δελφῶν. vel potius τῶν Δελφῶν ἰὼς.

Τριφάσιον, *Triplex*: vt διφάσιον, *Duplex.* C.

Τῷ ἐόντι χρησάμβρος, Veritate vsus, Eo quod res erat. Et τῷ ὄντι γε, Reuera. Et κῦ τὸ ἐὸν, Secundum veritatem. C.

Τῶν ἴδμεν, pro ὧν ἴσμεν, *Quæ comperta aut cognita sunt.* vsitata parenthesis Herodoto. C.

Τωὐτὸ, id est τὸ αὐτὸ, similitudinem & æqualitatem & coniunctionem significat. κῦ τωὐτὸ τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι, *idem ipsum quod Graeci memorant.* Χῖοι μὲν νῦν καὶ Ἐρυθραῖοι κῦ τωὐτὸ διαλέγονται, *eadē lingua vtuntur.* Item τωὐτὸ φρονήσαντες, de consensione & concordia, in Clione. Et in Polym. συλλεγομένων ἐς τωὐτὸ, quum conuenissent. C.

T

Τρῆις, Petulātia & lasciuia: vt de equis, Clione: de mulis, Melpom. C.

Τυηρὸς, id est ὑγιεινὸς, *Sanus.* C.

Τυπερθορόσκειν, Supersilire, vt pag. 129, ὑπερθορόσκοντες τοὺς αὐθορόπους. Apud eundem legimus & Καταθορόσκω. apud Homerum autē & Ἀποθορόσκω & Ἐπιθορόσκω legimus.

Τυρῴθημαι vsum quendam apud Herodotum habet multorum auribus valde mirum futurum. Ponitur enim pro *Communico*: ea in signif. qua dicimur consiliū nostrum alicui vel cum aliquo communicare, (vtriusque enim exempla inueniuntur) & qua Cicero dicit, *De societate multa inter se communicarēt.* Pag. 338, circa finem, νυῦν ὦν, ὀπυίω γὰρ πρήγματα μεγάλα κατεργάσεσθαι, ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθῶμαι. *Nunc igitur quum res magnas aggredi in animo habeā, fac omnino ad me accedas, vt tecum de iis cōmunicem.* sed alterum verbum multo aptius mihi videtur. Interpr. reddidit Aperiam. Sic pag. 438, διὸ ὑμέας ἐγὼ συνέλεξα, ἵνα τὰ νοέω πρήσσειν ὑπερθῶμαι ὑμῖν. Quinetiam pag. 4, τούτῳ τῇ Γύγῃ καὶ τὰ ἀπορρητότερα τῶν πρηγμάτων ὑπερέθετο. Vtitur verò & actiua voce ὑπερτίθημι eadem in signif. vt videbis pag. 251, & 341. H.

Φ

Φάλαρα, Ornamenta equorum. C.

Φάρμακα, *Colores.* Clione, πεσσομένων λιθοσμιδοι εἰσὶ φαρμάκοισι, nitent coloribus. Et Φαρμακδέειν, *Tingere.* C.

Φάρσος, *Portio.* C.

Φερέγγυος, δυνάμενος, *Sufficiens.* C.

Φρενήρης, *Mentis compos.* C.

Φῶρ, *Fur.* C.

X

Χαλὰ χρᾶσθαι, seu τῇ χαλᾷ, Vide in Ἀλυκή.

Χρᾶν, *Respondere*, id est, Oraculum reddere. ἡ δ' Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε, responsum Pythia hoc reddidit. Et, χρήσαντος τοῦ θεοῦ,

Clione, *Quum oraculum redditum mihi sit.* Inde & Χρησήριον: sed hoc communius. C.

Χρῆμα. vt, συὸς μέγα χρῆμα. Et, τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν. Et, χρῆμα πολλὸν νεῶν. Et, χρῆμα χιμῶνος ἀφόρητον. C.

Ψ

Ψῆνες, Quæ in caprificis beſtiolæ naſcuntur. C.

Ὦρην ἔχειν, *Reſpectum habere*, aut *curam*. Et, οὐδεμίην ὥρην ἔσχε, *Nihil momenti attulerit*, vel, *Nihil retulerit*. C.

HENRICVS STEPHANVS
lectionis Herodoti ſtudioſis.

QVANTA ſit variis in rebus Gallicæ linguæ cum Græca conuenientia, & quàm multa Græcorum loquendi genera in Gallicũ ſermonem ita verti poſſint vt verbum verbo reddatur, (quum Latina contrà Græcis nullo modo reſpondeant) ante multos annos docui, in Gallico libro cui titulus eſt, *De la conformité du langage Francois auec le Grec:* id eſt, De conformitate (ſi ita loqui licet) Gallici ſermonis cum Græco: at quum primam Herodoti editionem dedi, vel hunc vnum argumento meo non parum exemplorum ſuppeditare animaduerti. Quum autẽ ea illi editioni præfixiſſem, ne in hac quidem prætermittenda, ſed potius cum aliquo auctario exhibenda cenſui.

IONISMI GALLICI, ſiue IONICI GALliciſmi, qui apud Herodotum leguntur.

Ἀποβαλέεις τὴν κεφαλὴν, *Tu perdras la teſte.* P. 550
Καμβύσεα ἔπνιξε ἡ ἀληθείη τῶν λόγων, *Cela luy touche le cœur.* 212
Τὰ μὲν ἄνω, κάτω ποιέω, τὰ δὲ κάτω, ἄνω, *Ie mettray ce que deſſus, deſſous.* id eſt, *Ie renuerſeray tout l'ordre qui y eſt eſtabli.* 183
Οὐκ ὀρθῶς σεωυτὸν οἰκονόμησας, *Vous ne vous gouuernez pas bien.* 177
Κόσμον τόνδε Δηϊόκης πρῶτος ὅδε ὁ καταστησάμενος, *Il fut le premier qui eſtablit ceſt ordre.* 47
Μωρίη πολλὴ λέγειν, *C'eſt vne grande folie de dire cela.* 68
Ἔρχομαι φράσων, *Ie vien à dire.* Vtitur autem illo genere loquendi frequẽtiſſimè: ſed mutato interdũ partic. φράσων in λέξων, aut ἐρέων. 89
Σωΐζεσθαι, *S'attacher*, de conſerẽtibus manus.
Ἵνα ἴδω εἰ καὶ καὶ λέξει, *Pour voir qu'il dira.* 147
Ἔλαβε τὸν μισθὸν, *Il à receu ſon ſalaire*, vel *ſon payement.* de eo qui punitus fuit pro meritis: ſeu, pœna quam meruit affectus fuit. 189
Ὡς ἦ ἐς τὸν οἶνον ἀπίκωμαι. *Quand il uint au uin*, pro *Quand il uint à parler du uin.* 192
Τὸν ταῦτα δηλήσαντα εἰπεῖν, *Qui à donné charge de dire ceci.* 212
Ἀπήνεικε Καμβύσεα, *Il emporta Cambyſes.* vt dicitur, *Ceſte maladie l'emporta.* Alibi, λοιμὸς ἀπολαβὼν ἀπήνεικε. 213
Ἐπί τι ἦ ἐς Δαρεῖον ἀπίκοιτο γνώμιον ἀποφαίνεσθαι, *Quãd il uint à Darius de dire ſa ſentence.* 216
Ἀπῆκε ἑωυτὸν δηλήσας κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω, *Il ſe laiſſa tomber.* etiam de eo qui præcipitem ſe dederit. 218
Θυμὸν ἔχε ἀγαθὸν, *Ayez bon courage.* 223
Προσφέρε Δαρείῳ λόγον τοιόνδε, *Porta ceſte parole à Darius.* 242
Ἔσαν ἐν φυλακῇσι, *Ils eſtoyent ſur leurs gardes.* 250
Γνῶναι τὸ θέλει τὰ δῶρα λέγειν. vt dicimus, *Que ueut dire cela?* pro, Quid hoc ſibi vult? 302
Ἔδοσαν σφέας αὐτοὺς Ἀμυρίῃ τῷ Αἰγύπτου βασιλέϊ, vt dicimus, *Ils ſe donnerent à un tel prince.* 313
Εἰ ὑμῖν φίλον ὅδε, *S'il uous plaiſt.* quum rogamus vt aliquid fiat. 336
Οἷόν τι χρῆμα ἐποίησας; *Qu'a auez uous faict?* cũ increpatione. 337
Ἐκ νέης, *De nouueau*, pro Deintegro, Rurſ. 378
Ἀταξίη, *Deſordre.* 385
Οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην, *Ils n'ont pas rendu la pareille*, vel, *Ils ne rendirent pas.* 387
Τρίτῳ ἔτεϊ πυθίων, *Il y a trois ans de cecy.* pro *Trois ans depuis cecy.* 394
Ἐπὶ σφίσι ἔχοντας. vt dicitur, *A qui en auez-uous?* pro *A qui en uoulez-uous?* 397
Ἐς τὸν ἰκνέεται ἔχειν, *A qui il uient*, pro *A qui il appartient.* Huc pertinent quæ de aduerbio ἰκνεομένως dixi in recenſione vocab. Herodoti. 401
Τοῦτο ἀπέρριψε τὸ ἔπος, *Il ietta ce propos.* 406
Καὶ τοῦτο οὐκ ἔστι ἄλλως εἰπεῖν, *On ne le peut dire autrement.* id eſt, *On ne le peut nier.* 427
Οὐκ ἧσσον ἐς τοῦτον τὸν λόγον ὥρτο μάχεσθαι, *Ils n'en uindrent pas à ces termes.* 440
Τὰς πρὸ τοῦ ἡμέρας, *Ces iours paſſez*, p Nuper. 445
Νομίζων Ξέρξεα ὑποδέξειν λέγοντα οὐδέν. vt Gall. *Ce n'eſt rien dict.* 446
Γρῆμα αἰ εἶπε μοῦνον, ſequẽte infinitiuo, *On n'auroit autre choſe à faire que*, &c. 483
Πρῶτον χρημάτων πάντων, *Deuãt toutes choſes.* 489
Εὑρίσκω συμβαλλόμενος, vt à nobis dicitur, *Ie trouue par mon compte.* 508
Διέξοδοι βουλεύμασι, vt dicimus, *Diſcours.* 524
Ἀριθμὸν ποιέεσθαι, *Faire le compte.* 530
Ἦρε δὴ ἔφερε τὴν ἀληθείην πᾶσαν. Tale eſt in noſtro ſermone, *On luy apporta toute la uerité du faict.* 556
Φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα, *Il emporte à toute la Grece.* 581
Ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐὸν, *Ils ſceurent tout ce qui en eſtoit.* 588
Ἑκατὸν ὀργυιὰς δίκαιαι, vt Gall. *Iuſtes*, id eſt, *De iuſte meſure.* Iuſtæ menſuræ.
Δέεσθαι, aliquot in locis ad regem: vt illi dicimus *Sire:* pro quo ſcribi Cyre, poſtularet deriuatio à voce κύριε (id eſt, domine) quæ poſtea deprauata fuit in κύρε.

HENRICVS STEPHANVS
lectionis Herodoti ſtudioſis.

DIVTIVS in locupletanda illa vocum Herodoti recenſione (cui & Ioniſmos Gallicos, ſiue Ionicos Galliciſmos, tanquã corollariũ, ſubiunxi) immorari volebam: vt iſta editio, quamuis ὑσίεφ, magnũ hac etiã in parte πρότερημα haberet: ſed non, ſine aliqua iactura tua, eáque fortaſſe non leui, poterã. Nec enim ad differenda alia, quibus te ad lectionem Herodoti magis ac magis inſtructum reddam, ſatis temporis ſuperfuiſſet. Ea autem quæ ſint, ne præfari quidem volo, ne vel tantillum temporis illa mihi præfatiuncula detrahat.

Rationi autem cõſentaneum mihi videtur vt à quibuſdam illius recenſionis locis initium ſumam, ſuper quibus habeo quod te moneã. Primus erit vbi vocabulum ἀτέοντες Camerarius interpretatur *Nihil curantes*, addens, Homerum ſimiliter eſſe vſum. Nam ἀτέοντα quidem legimus apud Homer. Il. υ, ſed pro βεβλαμμένον, (videlicet εἰς τὰς φρένας, ſiue τὴν φρένα. vnde dicitur aliquis voce compoſita βλαψίφρων) ib ἄτη. Pro illo igitur ἀτέοντα, ego vel ἀπέοντα (fuit autẽ facilis lapſus ex ἀλέοντα in ἀτέοντα) vel ἀλύζοντα reponendum cenſeo. Illud tamen mihi nullum lexicum ſed memoria diu ſolicitata ſuppeditauit. Recordatus ſum enim me legiſſe (apud Theognin, ni fallor) hunc verſum,

Παῖς πις πλούσιον αἰδεῖται, ἀτίετε ἢ πενιχρόν.

At verò ἀλύζων, pro καταφρονῶν apud Homerum exſtat Iliad. υ. Quòd ſi etiam incidiſſet Camer. in aliquem Herodoti locum vbi vox ἀτέοντες vſum illum haberet, eam pro mendoſa habendam eſſe, ex iis quæ dixi conſtat.

Fuerunt alioqui vocabula quædam inter illa quæ idem recenſuit, in quorum ſcriptura ab editione Baſilienſi diſcedere non dubitaui, quum manifeſtus eſſe error videretur. Sed tamen, ne meõ ſtare iudicio neceſſe habeas, hæc ſunt, αἰγινέφν, mutatum in ἀγινέων: & ὄμαρῆν, in ὀμεῖν: necnon ϑοῆλι, (quod barbarum potius quàm Græcum videri poterat) mutatum in ϑοεός. Item χῆνες in ψῆνες, de beſtiolis quæ in caprificis naſcuntur. Monui autem & de nomine σαγήρεις, tanquam ſuſpecto, pro σαυάρεις: quod apud Herodotum legitur.

SED hinc ad alia venio, quæ ſcrupulum iniicere cuipiam poſſint circa interpretationem. Ex his eſt ὄμαρῆν, quod ille interpretatus eſt ſtercus: quum potius vẽtris exoneratio ſignificetur: ſicut & ὑπόπατος (quo illud exponitur) hoc ſonat.

In vocabuli ἐπιστροφέως interpretatione dubitari poteſt de illa voce Latina Obliquè, poſita inter haſce duas Accuratè & Vehemẽter: & ſuſpicatus ſum primo aſpectu, Obnixè eum ſcripſiſſe: ſed quũ poſtea cogitaui, Suidam teſtari, Herodotũ eſſe vſũ pro ἀπατητικῶς, id eſt Fallaciter, Deceptoriè (ſi & hac vti voce licet) Fraudulenter, illud Obliquè retinendum, & tantùm ſedem ei ſuam mutandã cenſui.

In voce χρῆμα locos aliquot, tanquam eiuſdem rei exempla, affert, quum tamen non eundem in omnibus illis locis vſum habeat vox ea de qua agitur. Quatuor enim exemplorũ, quæ proponit, primũ ei eſt hic locus, συὸς μέγα χρῆμα: ſecundum, iſte, τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν: tertium, χρῆμα πολλὸν νεῶν: quartum, χρῆμα χιμῶνος ἀφόρητον. atqui in illo ſecundo loco vbi dicitur, τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν, non idem eſt vſus vocabuli χρῆμα, qui in cæteris tribus: adeo vt hic χρῆμα in πρᾶγμα mutando, dici queat eodem ſenſu τυραννὶς πρᾶγμα σφαλερόν: at in cæteris illis locis vbi genitiuus iungitur illi nomini χρῆμα, hæc mutatio locum non habeat. Quoniam autem huius loquendi generis nullam ille expoſitionem addit, ideóque lector eam ſe à me expectare non immeritò dicturus eſt, oro vt meum Theſaurum conſulere, & ita vicariam operam illum mihi præſtare, malit: ſimúlque diligenter eum quem ibi propono Plauti locum expendere, annon in eo Ionicam illam phraſin repræſentare, aut ſaltem ad eam alludere, voluerit. Simul autem inde diſces, nó minus Atticis quàm Ionibus vſitatum illud loquendi genus fuiſſe, quũ & Ariſtophanes eo vtatur. Ac ſunt certè & alia plurima quæ Attici ab Ionibus mutuari non dubitarunt.

In iis quæ paruo interuallo ſequuntur (pauca enim tantùm verba interiecta ſunt, quibus vox ψῆνες exponitur: pro qua perperam ſcriptum eſſe χῆνες in editione Baſiliéſi, paulo antè dixi) poſtquam ὥρλω ἔχειν, interpretatus eſt Reſpectum habere aut curam: ſubiungit, Et, οὐδεμίη ὥρη ἔσσει, Nihil momenti attulerit. Quæ tamen interpretatio conuenire loco non poteſt. Sunt enim verba illa ex hoc paginæ 251, loco, τῆς σεωυτοῦ σρατιῆς τῆς οὐδεμίη ὥρη ἔσσει ἀποκλυμδήνης. Sonant autē hæc, Cuius amiſſionem nemo curabit, vel, De cuius amiſſione nihil penſi cuiquam erit.

Sed nec ad verbi γνωσιμαχέειν interpretationem non ſatis attentionis attuliſſe videtur: atque id vel ex iis intelligere poteris quæ in meo Theſauro de verbo illo dicuntur.

VENIO nunc ad aliud cuius mentionem obiter tantùm feci in illa ipſa recēſione (ne, ſi forte diutius differam obliuiſcar. Id autem eſt de vocabulo Ἔγκοτος. Dixi enim me vix perſuadere mihi poſſe, ἔγκοτον in duobus quos legiſſem Herodoti locis, pro κότον poſitum eſſe. Ideo autem à me dictum hoc eſt, quòd vocem hanc pro adiectiuo tantùm nomine habeam, & nihilomagis ſubſtantiuum eſſe nomen poſſe exiſtimem quàm ἔγκυκλον, aut ἔγγονον, aut ἔμπονον. Confirmāt autē mihi hanc opinionem quatuor noſtri ſcriptoris loci: quorum primus ſit hic, δεινὸν τινά σφι ἔγκοτον ἀμὰ τὸν τεσσηλκεσμὸν ἔχων. Secundus autem hic, ἀπὰρ τινὰ ἔγκοτον εἶχε. Tertius ſit iſte, ἔγκοτον σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες. Ad quartum autem antequam veniam, conſiderare te iubebo in duobus locis ſequi participium ἔχων, in vno ipſum verbum εἶχε. Quid tum? dices. Quoniam dico ſcriptam ab Herodoto fuiſſe præpoſitionem ἐν ſeorſum ab illis duabus ſyllabis quæ ſunt ſecūda & tertia in voce ἔγκοτον, & illam præpoſitionem per tmeſin à participio & alibi à verbo ſeparaſſe, remanēte in medio voce κότον. vt perinde ſit acſi ſcriptū eſſet, δεινὸν τινά σφι ἐν κότον ἔχων, pro δεινὸν τινά σφι κότον ἐνέχων. Item. ἀπὰρ τινὰ κότον ἐνεῖχε. Eodem modo in illo tertio loco, κότον σφι ἀμφοτέρων ἐνέχοντες. Sed quid me in hanc ſuſpicionem, vel potius ſententiam (omnino enim iſtud mihi perſuadeo) adducit? Locus ille qui ſupereſt ex iis quos me allaturum promiſeram. Is legitur in Clione, pag. 56, Ἀσυάγης ἢ, κρύπλων τὸν οἱ ἐνεῖχε χόλον. Eſſe enim ſcribendum ἐνεῖχε, vt habet poſterior hæc editio, non ἐνέχε, vt in priore legebatur, (Aldinam & Baſilienſem perperam ſequente) luce clarius eſt. Quomodo enim ab ἐνέχω eſſe ἐνέχε poſſit? Iam verò & abſque adiectione dici ἐνέχειν τινὶ, Theſaurus meus docebit. Ac meminit certè huius vſus verbi ἐνέχειν Euſtathius quoque: ſcribit enim, ἐπέχειν apud Homerum in Odyſſea eſſe κῆπινός ἔχειν: atque hoc dici etiam ἐνέχειν. Ille autem Odyſſeæ locus eſt hic, ex libro τ,

Δαιμονίη, τί μοι ὧδ' ἐπέχεις κεκοτηότι θυμῷ;

Vbi poſtquam dixit idem ſcholiaſtes, ἐπέχεις (intellige tamen ἐπέχεις μοι) idē eſſe quod κατ' ἐμοῦ ἔχεις, & præpoſitione hac indicari interdum ἐναντιότητα, exemplis quibuſdam docuit, tandem ſubiungit, ſimile verbo ἐνέχειν eſſe hoc ἐπέχειν. Hoc tantùm ſupereſt nunc vt videamus an Herodotus libenter tali tmeſi vtatur ſeu dialeſi ſeu diæreſi qualem haberet illa quam apud eum repono ſcriptura. Sed præter vnum quod habemus in eodem ſcholiaſtæ loco huius figuræ exemplum ex hiſtorico, ὅτι σφίσιν ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας pro σφίσιν ἐπέχοντας (nam hoc eſſe dictum ἁλαλυμδύως ſcribit: & alicubi διηρημδύως eadem de re dicit) alia paſſim apud eum occurrunt. vt αὐά τ' ἔδραμον, pro αὐέδραμον: & ἀπὸ μὴ ἔθανε, pro ἀπέθανε: & κατὰ μὴ ἔκτεινε, pro κατέκτεινε. Ac (vt de alia dialyſi loquar quæ illi vel potius dialecto illi° eſt peculiaris) interiicitur & vocula ὧν. vt ἀπ' ὧν ἔδωκαν: & κατ' ὧν ἐκάλυψε. pro κατεκάλυψε. Hæc autē quū ita ſint, non immeritò (vt opinor) vocabulum illud ἔγκοτος, quatenus quidem ſubſtantiui, non adiectiui tantùm, ſedem obtinebat, è Græcæ linguæ finibus procul amandatur. Nec mirum eſt tamē tam multis doctis viris & in Græca lingua exercitatis, ac nominatim, Ioachimo Camerario, viro doctiſſimo & huius linguæ peritiſſimo, (ſcribit enim Μῆνις, Κότος, Ἔγκοτος, Vehemens ira) non mihi tantùm, vocem illam fucum feciſſe, quum & Græcis lexicographis fecerit: ac potiſſimùm Suidæ: qui eo etiam magis eſt reprehendendus quòd ex hoc epigrammatis loco, — Ἧς φθόνος αἰὲν Θηρτίδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει, colligat, ἔγκοτος οὗτ' ἦ ὀπὶ μονος ὀργή; & non animaduertat, ἔγκοτος vt adiectiuum, iungi cum ſubſtantiuo φθόνῳ.

Libet autem eadem opera & de quibuſdam aliis vocabulis te commonefacere, quæ quum ex Herodoto afferantur, vt ſcripta ſunt in typographicis editionibus, ſuſpicione tamen haud carent, præſertim veteris libri autoritate (ad nonnulla quod attinet) eam augente. Ex his eſt verbum ἀλαφθορίες, in hoc paginæ 41 loco, πόλιν τε τὴν σὴν ἀλαπάζει, καὶ χρήματα τὰ σὰ ἀλαφθορίες. Quamuis enim primo aſpectu videri poſſit verbum illud ἀλαφθορίες admitti poſſe (vt ex nomine ἀλαφθορεὺς factum) tamen Herodoti ſeculo in vſu fuiſſe, vix credibile eſt. Huc autem accedit quòd in vet. exempl. non ἀλαφθορίες ſed ἀλαφορίες legitur. Quòd ſi ſiquis aliud exemplum afferat eodem è ſcriptore, videlicet, ἀλαφθορώδυμος ὑπὸ κυνῶν: is ex me audiet, ibi pariter in vet. exempl. non ἀλαφθορώδυμος, ſed ἀλαφορώδυμος legi. Hunc autem verbi iſtius vſum exprimere videtur voluiſſe Horatius Latino illi omnino reſpondente, quum dixit, *Pòſt inſepulta membra different lupi.*

Sic autem, quum ὑποθήμενος apud hunc ſcriptorem habeamus pag. 50, vbi ſcriptum eſt, ὑποθήμενος ὑπὸ μέσον τῶν ὀνειροπόλων τὸ ἐνύπνιον, non dubito quin vet. exempl. ſequi oporteat, ex quibus annotatum eſt ὑπαρθήμενος pro ὑποθήμενος, in eo qui hunc non magno interuallo ſequitur, ἰδὼν δὲ τοῦτο, καὶ ὑποθήμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι. Nam in priori editione mea non minus hîc quàm illic ὑπαρθήμενος ſcriptum erat: ſed quum hîc ex vet. exempl. adſcriptum margini inuenirem ὑπερθήμενος, malui huic locum illius dare. Quod autem factum hîc fuit non dubito quin & priore faciendum loco fuerit, ſcribendo, ὑπαρθήμενος ὑπὸ μέσον τῶν ὀνειροπόλοισι. Haud enim dubito quin haud aliunde quàm ex incuria contigerit vt illi etiam præcedenti loco appoſita ex iiſdem veteribus libris illa lectionis diuerſitas non eſſet, eo in libro (ſcriptus autem & ipſe erat, ſed minus vetuſtatem præ ſe ferens) quem poſterior in margine ſibi appoſitum habebat. At editio Aldina in priore quidem loco ὑποθήμενος, at in poſteriore ὑπαρθήμενος nobis exhibet. Eſtque & hoc ſciendum, fuiſſe repertum exemplar, quod viciſſim pro illo ὑπαρθήμενος haberet idem illud ὑποθήμενος, quod nõ longo interuallo præceſſerat. Quorſum tam multa? vt oſtendam, quàm veriſimile ſit quædã vocabula, præſertímque verba, ob ſignificationẽ quæ pleriſq; lectoribus inſolẽs videbatur, ab eorũ aliquo (nimirũ eo qui cæteris audacior erat) mutata in alia fuiſſe, hunc etiã apud ſcriptorem. Sed quis (dices) verbo ὑπαρτίθεσθαι ita vnquam vſus eſt? nimirũ ſignificare volens, cõmunicare quidpiam alicui: eo modo quo dicimus nos communicare aliquid ei, quod ita exponimus vt ſimul eius ſuper eo cõſilium audire cupiamus. Ipſemet Herodotus (inquã) ita eſt alibi vſus, nõ vno in loco. E duobus ſaltẽ vnus quidem p. 216 exſtat, ἐπεί τοι ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπαρτίθεσθε, ἢ ποιέωμαι σήμερον, &c. Vbi interpres non omnino malè vertit, *Sed quoniam ſtatuiſtis ad plures referendum, & me adhibendum.* Dicẽs autem, non omnino malè hunc locum ab eo eſſe redditum, hoc addo, dummodo verba iſta quibus vtitur, *& me adhibendum*, rectè intelligantur. Significare enim voluit, *& me adhibendum in conſilium.* Alioqui non dubium eſt quin potius, *& mihi communicandum*, dicere debuerit. Alter autem locus eſt hic, ex pag. 251, εἰ μέν τοι ὑπαρτίθεσθαι τὰ ἐμέλλον ποιήσειν, οὐκ ἂν μοι τοιῇδε νεῶν ὀλίζων ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλλόμενος, ἐπῆλθε. Vbi interpres tandem animaduertit quod alibi animaduertere non potuerat: videlicet ὑπαρτίθεσθαι (nam hîc voce actiua vtitur, quum potius paſſiuæ vſum hunc dare ſoleat) eſſe quod Latini *communicare* dicunt. Vt autẽ minus mirer iſtum verbi ὑπαρτίθεσθαι vſum non tantùm nouum & mirum viſum fuiſſe, ſed etiam mendi ſuſpectam ſcripturam habuiſſe, hoc facit, quòd verbum quoque ἀναπίθεμαι quum apud quendam hiſtoricum ſignificationem iſtam haberet, interpres *differre* vertit: quemadmodum & ὑπαρτίθεσθαι hunc vulgo vſum habet. Iam verò & quum apud Appianum ἀναπίθεσθαι τὰ πελαλυσμένα, ſonaret *renouare*, ſeure *tractare*, interpres *differre* reddidit, vt in Annotationibus admonui. Verùm, vt ad mentionem diuerſitatis lectionum redeam, ſciendum eſt, ſicut in præcedente loco pro ὑπαρθήμενος ſcriptum in quibuſdam fuiſſe dixi ὑποθήμενος, ita etiam in eo Herodoti de quo nunc agitur loco, aliam quandam ex vno manuſcripto codice habemus, & eam quidem valde miram, videlicet ὑπαιρεῖσθε: quam ſi loco huic accommodare lector velit, valde ſuum ingenium, & quidem fruſtra, fatiget.

Sunt verò & alii loci in quibus contigisse idem videmus. Nec dubito quin eorum sit è numero iste, è pag. 368, καὶ ἁπαλλάσσοντες τὸν βίον &. Suspicor enim è lectoribus quempiam, cui insolens valde hæc metaphora lectori videbatur, vocem illam ἁπαλλάσσοντος in hanc quam margini adscriptam vides, ἁπαλλάξαντες, mutasse. Atqui cogitandum erat, Herodotum habere nonnulla eiusmodi, & quæ quũ in aliis tãtùm scriptoribus versato, mira & plusquam mira videri queant, esse tamen suspecta non debeant. Ad hoc quidem certè ἁπαλλάσσοντος quod attinet, talem eius vsum apud hunc ipsum animaduertisse mihi videor: quòd si tamen nullũ aliud apud eũ exstaret huius phrasis exemplũ, saltè non minus admitti posse quiuis concesserit quàm quod alibi apud eũ legitur, videlicet p. 151, πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῆς φρενῶν, σεωυτὸν ἁμαρτήσας; Nam (vt dixi in recensione & interpretatione vocum Herodoti) ἐκπλαδσαι τῆς φρενῶν est De statu mentis deiectum esse: si quidem ad illud ἐξέπλωσας respiciamus. Alioqui, si præsentis significatio alicubi huic aoristo detur, significat De statu mẽtis deiici. vel breuius, De mente exire. vel, è mente. Aut elegantius, E potestate mentis exire. Quòd si verbum verbo reddatur, E mente enauigare. nam ἐκπλαδσαι τῆς φρενῶν, quid aliud est? Est autem ἐκπλαδσαι pro ἐκπλάδσαι. nec dubito quin pro illo ἁπαλλάσσοντος Herodotus ἁπαλλώσαντος itidem scripserit. Sed de hac apud illum scripturæ inconstantia dicendum in sequentibus erit.

Sunt autem quædam loquendi genera quibus verba adhibentur valde vicina, (præsertim ad scripturam quod attinet) & ita quidem vt modò hoc modò illud verbum iis esse adhibitum videamus, nõ sine dissensione exemplarium. Horum vnum est ἀεικίῃ πρήσσειν cum accusatiuo personæ, & interdum τεηχέως πρήσσειν. Nam & πρήσσειν huic loquendi generi adhibetur. Ac pag. 54 legimus quidem, τὸν τῇδε παῖδα ἀεικίῃ τοιῇδε πρήσσειν, in Aldina etiam editione: sed paulo antè, vbi habes itidẽ τεηχέως κάρτα πρήσσει, in Aldina legitur πρήσσει. at πρήσσει è vet. exempl. est sumptum. Sed tamen initio libri 182 occurrit, πρήσσειν πρότερον καὶ ὑπὸ Παιόνων τεηχέως. quod est à πρήσσομαι. Quinetiam pag. 148 habemus ἅτε πολεμίους πρήσσοντας.

Ac sunt è diuersis lectionibus nonnullæ quæ haud vno in loco annotantur. vt νομαίοισι pro νόμοισι. nam vt in hoc paginæ 229 loco, νόμοισι δὲ τοιοῖσδε λέγονται χρᾶσθαι, habes ex vet. cod. ναμαίοισι pro νόμοισι. sic & alibi hæc diuersa lectio in iisdem libris se offert.

Sunt denique & lectiones nonnullæ margini adscriptæ, quæ germanæ esse videntur: quum illæ quæ in textu sunt, videãtur esse vocabula quæ margini expositionis loco adscriptæ à quopiam fuerant. Exemplum nobis suggerit pagina 39. vbi pro ὑδρηίῃ margini adscriptum est ὑεχοῖ. nam illud ὑδρηίῃ fuisse adscriptum margini, ad exponendum illud ὑεχοῖ, & ex margine (vt fit) in contextum irrepsisse verisimile est.

Sunt verò & nonnullæ lectiones, quæ quamuis meritò suspectæ esse videantur, tamen eadem illa vocabula non vno in loco leguntur. Ex his est verbum πρόσσημαι pro πρόσχημαι.

Sunt denique & quædam ex illis lectionibus quæ quum per se nullo admitti modo queant, si aliquantum adiuuentur (hoc autem fit aliquid in illis emendãdo) dignæ sunt quæ magis aut saltem non minus quàm quæ in textu sunt recipiantur. Sed hoc in meis Annotationibus aliquando (deo fauente) exemplis planum faciam.

VT autem interim intelligas lector quanto accuratius in hac editione fuerit à me emendata Vallæ interpretatio, quàm in priore, quæ illis typographis pro exemplari fuit: magnum maioris huius accurationis indicium vel in prima totius libri periodo habes. Magis tamen insigne exemplum occurret, pag. 5. nam ibi si Vallæ interpretationem sequeris, & totum locum attentè considerabis, Herodotum sibi non constare, sed apertè sibi repugnare, dicere cogeris. Hæc enim verba, in illa tam celebri historia de Cãdaule malè merito de vxoris suæ pulchritudine, μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα· οὔτε ἔδοξε μαθεῖν, Laurentius Valla ita vertit, *Hæc vt didicit à viro quid actum esset, neque præ pudore exclamauit, neque visa est percepisse.* Quid (respondebunt hîc plerique) peccatũ à Valla dici potest? Nõnne μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, significat id quod apud

eum legitur *vt didicit à viro.* siue, *vt didicit ex viro.* Certè, μαθοῦσα ἐκ τοῦ ἀνδρός, non aliud significare potest: sed dico repugnare hoc prorsus illi tam bellæ dissimulationi ipsius, quæ his etiam verbis describitur, οὔτι ἔδοξε μαθεῖν; & quam quũ in ea permansisset, sequutus est is quem ex ea sperabat exitus. Sed quæ tamen alia loci illius excogitari interpretatio potest? Aliam nihilominus excogitandam esse aio: nec tamen aliam (meo quidam iudicio) excogitari posse quàm hanc quæ à me margini est adscripta, *Hæc vt animaduertit quod à viro factum erat.* Sed tu (dices fortasse) ita interpretando, præpositionem ἐκ cum ποιῆσαι iungis, perinde acsi dictum esset ποιῆσαι ὑπὸ τοῦ ἀνδρός. Atque planè nouum in Græca lingua hoc esse arbitror. At ego, quidquid tibi & plurimis fortasse aliis in ea nouũ est, mihi nouum esse nego: atque adeo talis vsus præpositionis huius exempla tibi iam nunc duo, duobus è locis, cedo. Vnus est, ex pagina in vltimo versu, εἴπ οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτῆς ἐδωρήσῃ. Alter autem legitur pag. 54, non procul ab initio, οὐ γὰρ δὴ ἐπίστατο τὸ πρὸς ταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου. Animaduerti autem & Dionem, Herodoti imitatione, aliquoties hac præpositione ita esse vsum. Iam considera lector quantum errorem inducat interdum ignoratus tam paruæ particulæ extraordinarius (vt ita dicam) vsus. Sed libet obiter & aliud de iis quæ in eodem sequuntur loco addere. Quum igitur hæc subiungãtur, οὔτι ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, & hæc ita vertantur à Valla, *neque præ pudore exclamauit*, quasi pudor efficere debuerit vt exclamaret: ego, qui aliam atque adeo contrariam, esse video mẽtem Herodoti, ita eam expressi, *neque exclamauit, vtpote pudore retenta.* Quinetiam, vt lectori hanc esse mentem Herodoti subindicarem, inter ἀνέβωσεν & αἰσχυνθεῖσα, interpunctionẽ posui. Illa autem verba, οὔτι ἔδοξε μαθεῖν, quæ vertit, *neque visa est percepisse*, maluissem vt vertisset, *neque visa est animaduertisse:* aut neque *præ se tulit animaduertisse:* vt habes margini à me cum præcedentibus adscriptum.

Alia exempla maioris in hac posteriori editione accurationis (& quidem nõnulla haud minus fortasse insignia) circa emendationes interpretationis Vallæ, ipsemet editionem hanc cum altera conferens, aut annotationes meas legens, inuenies: atque in iisdem plurimarum eius emendationum, margini adscriptarũ (quarum pleraſque & prior editio habuit) quæ alioqui dubitationem tibi mouere possent, reddetur. Simul verò & de quibusdam quæ in ipsa Herodoti dictione (vulgo textum vocamus) vel emendata sunt, vel videntur emendanda, in illis differetur. De emendationibus autem loquor siue iis quas iam prior editio exhibuit, siue iis quas ista nunc exhibet. Emendata porro fuerunt ex veteris quidem exemplaris autoritate plurima, vel potius veterum exemplarium (nam rarò absque duorum saltem consensu id facere sum ausus) verùm & vnus interdum locus ex collatione cũ aliis. Sic enim pag. 19, ἐς Ἄβας pro ἐς Σάβας, alio è loco: & in fine pag. 117, pro τῇσι repositum τῇ Ἴσι fuit, alio itidem è loco. Dicitur autem Ἴσι pro Ἴσιδι. Verùm & quædam (ac non paucæ fortasse) emendationes coniecturales in illis annotationibus proponentur: & quidem nonnullæ quæ noua etiã vocabula Herodoto dabunt: (noua voco quæ antea apud illum non comparebant in illis quæ vsquam comparebant exemplaribus) ex quibus sunt ἀλλογνώσας & διατοσωμόμενον. sed de illo quidem ἀλλογνώσας vix vlla dubitatio relinquitur: at de hoc διατοσωμόμενον relinqui mihi dubitationem fateor. Reponetur autem hoc διατοσωμόμενον pro διατασμόν, quod legitur pag. 24, adiunctum participio κατηχόμενον interposito particulæ καὶ vinculo. Iam verò & ex Plutarcho atque aliis qui locos huius scriptoris citant, emendationes depromentur. Horum autem in numero est Eustathius suis tum in Homerum tum in Dionysii de situ orbis poëmatium commentariis. Quinetiam ex ipso interprete Valla nonnullæ emendationes sumẽtur: quarum tales sunt nonnullæ vt quod in nostra lectione affirmatur, id lectio eius neget, aut vice versa.

Qvod verò ad eam scripturæ inconstantiam attinet, de qua me verba facturum promisi, (vnde nimirum fit vt eadem vocabula non vbique eam literæ aut literarum mutationem habeant quam dialectus Ionica poscit aut poscere videtur) eam inconstantiam non Herodoto sed librariis, dialecti qua ille vtitur, sæpe obliuiscentibus, imputandam esse aio: aut certè nonnullis qui alicubi vocũ quæ Ionicè scriptæ erant scripturam à lingua communi receptam margini ap-

posuissent. Vt enim à mētione verbi ἐκπλώσω (quod sermonis huius occasionē mihi præbuit) initiū sumam, quis credat Herodotū ita inconstantē fuisse vt modò πλώσω, aut ἐκπλώσω, aut ἀποπλώσω, modò πλεῦσω, vel ἐκπλεῦσω vel ἀποπλεῦσω diceret? Atque, vt de hac ipsa litera ω loqui pergā, in eiusdē formæ vocabulis, aut etiam iisdē, modò literam illam ω, modò ο habemus. haud enim χρέωντας tantùm, sed χρέοντας etiam legitur: itidémque ὀρέωντες & ὀρέοντες. illud, pag. 252: hoc, pag. 300. Ac scimus tamen à Corintho scribi, Iones ὁρέω pro ὁράω, itidémque ἐχρέοντο pro ἐχρέωντο dicere. Quinetiā modò hæc litera α, modò η, in vno eodēq; verbo occurrit. nam & χρᾶσθαι & χρῆσθαι legitur. Sic ἐχρᾶτο & ἐχρῆτο. Ac quamuis θεήσασθαι & θεήσεται pro θεάσασθαι & θεάσεται scriptum sit, cùm alibi cùm pag. 4, itidémq; θεησάμενος, nō θεασάμενος, p. 24, itē alibi ἀξιοθήητον pro ἀξιοθέατον: quúmque in his non alia sit mutatio quàm literæ α in η, tamen ἐθηήτο, non ἐθεᾶτο, alicubi nostris se oculis offert, mutato etiam ε in η. Atque, vt in mentione mutationis literæ α in aliam maneam, quamuis μέγαθος pro μέγεθος tot loci nobis exhibeant, eodémque modo alicubi ὑπερμεγάθεας pro ὑπερμεγέθεας legamus: tamen & μέγεθος locis aliquot scriptum est: vt pag. 25. Sic etiam πάιμω dicit, pro πίμπω, vocali α locum vocalis ε tribuens: sed ne hæc quidem mutatio vbique fit.

A vocali α vt veniam ad ε, quum hæc Ionico more auferri à principio quorūdam vocabulorum dicatur, & ἐκεῖνος inter illa ponatur, tanquam κεῖνος non ἐκεῖνος, Ionicum sit: tamen ἐκεῖνος quoque hunc apud scriptorem sæpe occurrit. Sic non solùm ὤρεον pro ἐώρεον, sed etiam hoc ipsum ἐώρων apud eum legimus. Ac ne ὀρτὴ quidem pro ἑορτὴ constanter scriptum est. Vtque loquar de iis quoque locis vbi contrà inseritur hæc vocalis, præter morem linguæ communis, sciēdum est, non μηχανεώμενος tantùm sed μηχανώμενος etiam, itidémque μηχανῶντας, legi.

Ab ε ad η transiens, mutari quidem & hanc vocalem η dico in aliam, Ionico more: sed ne hîc quidem constantiam seruari. nam quum vox νηὸς Ionicæ dialecto assignata sit, non minus tamen νεὸς, vel νέα seu νέας, quàm νῆα seu νῆας apud eum esse scriptum videmus. Ac pro ἤστων & ἠστωθήναι legimus ἔστων & ἐστωθῆναι multis quidem in locis, (in quorum vno ita est allucinatus Valla interpres, vt pag. 446, ex genitiuo plurali ἑστόνων, dicto pro ἠστόνων, fecerit gentem quæ Hessones diceretur) sed non tamen in omnibus. Quúmque pro οἰκεῖος scribi debeat οἰκήϊος, tamē & illud interdū occurrit. Sic etiam μαντεῖον pro μαντήϊον: nec solū ἀτρεκηίη, sed & ἀτρεκίη. Atque adeo p. 266, ἀσφαλείης, nō ἀσφαληίης, legitur.

Ad vocalem ι quòd attinet, alicubi nec in ipsa lex Ionicæ dialecti seruatur. Nā haud tantùm εἰμὴ sed ἐσμὴ quoque apud eum habemus. Ac initio Terpsichores πεπλήστος, pro πεπλήιστος vt alibi κατηφάστος. Ac, quum ι sæpe ab Ionibus inseratur, veluti quum ξεῖνος pro ξένος dicitur, in omnibus tamen eiusmodi vocabulis id factum non videmus. Quúmque vicissim in multis detrahatur ι, veluti in ἀπτιήδεος (item in ἔων, in ἐώθεσαν, atque aliis) tamen & ὀπτιήδεια legitur. Et alicubi αὐίεις, alicubi αὐῖτε legitur. Vocalē ο plerique loci habēt in pronominibus ἐμέο & σέο, sed illam (tanta est scripturæ inconstantia) eadē pronomina non minus frequenter coguntur relinquere, eius locum occupantibus ἐμεῦ & σεῦ. Eodémque modo participii ποιεόμενος locum sæpe à ποιεύμενος occupari, idémque in aliis huiusmodi participiis, quinetiam in ipsis verbis, fieri videmus.

Vocalis υ nō minus habet & ipsa quod queratur. Quum enim quodā suo iure debeat cum vocali ο, ad efficiendam diphthongum, coalescere, in plerisque vocabulis, è quorū numero est οὔνομα pro ὄνομα, (quod idem iuris cum ὀνομαίνω & ὀνομάζω, communicat:) en tibi nihilominus ὀνομάζων, non οὐνομάζων, pag. 18.

Nec melior est vocalis ω, quàm aliarum cōditio: quum eam ex verbo πλόω, superueniens ε sæpe expellat, vt dictum est: nec ζωὴ semper, sed plerunque ζόη, scribatur.

In vltima vocali vltimus sit meus hoc de genere inconstantiæ, qua leges Ionismi violantur, sermo: (alioqui enim, quo plura de illa dico, eo plura supereſſe dicenda video) donec non solùm has lectiones διφασίας (vt Herodoti vocabulo vtar) proferre, sed de iis iudicium ferre vacet. Vale.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἡδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστά, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησάν ἀλλήλοισι. Περσέων μὲν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς αἰτίους. Τούτους μὲν ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τὸν χῶρον τὸν καὶ νῦν οἰκέουσι, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσιν ἐπιθέσθαι. ἀπαγινέοντας δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. Ἦν δὲ τὰ Ἄργος τότε τὸν χρόνον τοῦτον προέχον πάσης τῆς ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο, ἀποθέσθαι τὸν φόρτον. πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπ' ἧς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι σχεδὸν πάντων, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναῖκας, ἄλλας τε πολλάς, καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγατέρα. Τὸ δὲ οἱ οὔνομα εἶναι κατὰ τωὐτὸ τὸ καὶ Ἕλλησι λέγεται, Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου. Ταύτας στάσας κατὰ πρύμνην τοῦ νηός, ὠνέεσθαι τῶν φορτίων τὰ σφὶν ἦν θυμὸς μάλιστα· καὶ τοὺς Φοίνικας ἁμαχέλθουσι μούσους ὁρμῆσαι ἐπ' αὐτάς. Τὰς μὲν δὴ πλοῦνας τὰς γυναικὰς ἀποφυγέειν, τὴν δὲ Ἰοῦν σὺν δέλῃσιν ἁρπασθῆναι. ἐσβαλομένους δὲ ἐς τὴν νέα, οἴχεσθαι ἀποπλέοντας ἐπ' Αἴγυπτον. οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέ-

HERODOTI Halicarnassei historia: siue Historiarum libri nouem, Musarum nominibus inscripti.

LIBER PRIMVS, qui inscribitur CLIO.

HERODOTI Halicarnassei [a] historiæ explicatio hæc est: vt neque ea quæ gesta sunt, ex rebus humanis obliterentur [b] ex æuo, neque ingentia & admiranda opera vel à Græcis edita vel à barbaris, [c] gloria fraudentur, cùm alia, tum verò [d] qua de re isti inter se belligerauerunt. Persarum [e] eximii memorant dissensionum autores extitisse Phœnices, qui à mari quod rubrum vocatur, in hoc nostrum [f] proficiscentes, & hanc incolentes regionem quam nunc quoque incolunt, longinquis cõtinuò nauigationibus incubuerunt: faciendisque AEgyptiarum & Assyriarum mercium vecturis, cùm in alias plagas, tum etiam Argos peruenerunt. Argos etenim ea tẽpestate omnibus ciuitatibus regionis quæ nũc Græcia nominatur, antecellebat. Hucporro appulsos Phœnices mercimonia exposuisse: & quinto sextóve quã appulissent die, cũctis fere diuẽditis, fœminas ad mare venisse cũ alias multas, tũ verò regis filiã, cui nomen esset idem quod Græci tradũt, Io filiam Inachi. Dúmque hæ fœminæ puppi nauis assistentes ea mercarẽtur quæ cuiusque auiditas maximè ferebat, in eas Phœnices sese adhortatos impetum fecisse: & ipsarũ plerisque aufugientibus, Io cũ aliis aliquot raptam fuisse: eísque in nauẽ impositis Phœnices in AEgyptum vela fecisse. Hunc itaque in modũ Io in AEgyptum peruenisse me-

a.b.c.d.e. Historiæ editio. *Totum hoc principiũ posset ita reddi*, Hæc est historia ab Herodoto Halic. edita: vt nec ea quæ facta sunt, ex hominũ memoria temporis longinquitate deleãtur, neque magnorum & admirandorũ facinorũ, quæ partim Græci partim barbari ediderũt, famaextinguatur, cùm circa alia *quæ de ijs cognitu digna sunt*, tũ verò *circa hoc*, quænã belli inter eos causa fuerit. Persarum quidẽ certè sermones memorant diss. *Legit autem hic interpres* λόγιοι *pro* λόγοι.

f Profecti, & positis sedibus in ea regione quã, &c.

morant Perſæ, non quemadmodum [a] Græci: & hoc iniuriarum principiũ extitiſſe. Poſt hæc Græcorum quoſdam, quorũ nomina non poſſunt dicere, Tyrum appulſos, filiam regis rapuiſſe Europam: (fuerunt autem iſti Cretenſes) [b] illiſque par pari repenſum. Verùm poſtea Græcos ſecundæ iniuriæ autores extitiſſe. longa enim naue [c] in ora Colchidis & ad Phaſim fluuium, quum cætera tranſegiſſent quorum gratia venerant, illinc rapuiſſe filiam regis Medeam. Ad quam repoſcẽdam, pœnáſque de raptu petendas, quum rex Colchorum caduceatorem miſiſſet, Græcos reſpõdiſſe, vt illi de rapta Io Argiua pœnas ſibi nõ dediſſent, ita ne ſe quidem illis daturos. Secũda dehinc ætate, ferunt, Alexandro Priami filio, quum iſta audiſſet, cupidinem inceſſiſſe vxoris ſibi per rapinam è Græcia comparãdæ, certum habenti omnino ſe pœnas non penſurum, quas nec illi pependiſſent. Ita quum is Helenam rapuiſſet, viſum eſſe Græcis, primùm miſſis illuc nunciis & Helenam repetere, & pœnas de raptu petere. Illos verò [d] tergiuerſantes mentionem feciſſe de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dediſſent, nec rapinam repoſcentibus reddidiſſent, quomodo vellent ab aliis ſibi pœnas dari. Hactenus igitur inter eos mutuis ſolis rapinis actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, Græcos præcipuè autores extitiſſe, qui priores in Aſiam quàm ipſi in Europam copias ducere incepiſſent. Se quidẽ ſentire iniuriorum virorumfactũ eſſe rapere fœminas: amentium verò, raptis vlciſcendis operam dare: prudentium autẽ, [e] pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ, niſi voluiſſent, haud dubiè raptæ non fuiſſent. [f] Eóque ſuarum fœminarum ex Aſia raptarum Perſæ negant vllã ſe habuiſſe rationem: Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia ingẽtem comparaſſe claſſem, deinde in Aſiam profectos, imperium Priami euertiſſe: atque ex eo tempore ſemper exiſtimaſſe

a Phœnices. *Sed alteram lect. ſequimur.*

b Et iſta quidem pari compẽſatione inter eos eſſe facta.

c Æam Colchicam aduectos.

d Medeæ raptũ ipſis obieciſſe, iſta prætexendo, quũ nec ipſi pœnas, &c.

e Raptas nihil curare.

f Se itaque Aſianos raptarũ mulierum nullam rationem habuiſſe dicunt Perſę: Gr.

A γεισι Πέρσαι, οὐκ ὡς Ἕλληνες· κατὰ τὰ ἁρπάγματα τοῦτο ἄρξαι τοιῆσαι. μετὰ δὲ ταῦτα, Ἑλλήνων λυγὰς (οὐ γὰρ ἔχουσι τοὔνομα ἀπηγήσασθαι) φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον τοὺς χόας, ἁρπάσαι τὰ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. (εἰκόσι δὴ αὐτοῖσι Κρῆσι) ταῦτα δὴ ἴσα σφι τοῖς ἴσα γενέσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηῒ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐ- Φοίνικες.

B πὶ Φᾶσιν ποταμὸν, ἐνθεῦτεν, ἄλλα τε ἐπεξελθόντας τοὺς ἕνεκεν ἀπίκοντο, ἁρπάσαι τὴν βασιλέος θυγατέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχων βασιλέα ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέειν τε δίκας τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα· τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης 2

ἔδοσάν σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς· οὐδὲ ὧν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι. δευτέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκόότα ταῦτα, ἐθελῆσαι οἱ ἐκ τῆς Ἑλλά- C δος δι' ἁρπαγῆς γυναῖκα, εἰδότα μάλιστα πολλῶν ὅτι οὐ δώσοντες δίκας· οὔτε γὰρ ἐκείνους διδόναι. οὕτω δὴ ἁρπάσαντος αὐτὸν Ἑλένην, ἔδοξε σφίσι Ἕλλησι δόξαι, πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν τε Ἑλένην, καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν. τοῖσι δὲ, προφερομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν· ὡς οὐ δόντες αὐτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων, βουλοίατο σφι πρὸ D ἄλλων δίκας γενέσθαι; μέχρι μὲν ὧν τούτων, ἁρπαγὰς μούνας εἶναι πρὸς ἀλλήλων· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, Ἕλληνας δὴ μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. πρώτους γὰρ ἀρξαι στρατεύσαντας ἐς τὴν Ἀσίην, πρότερον ἐς τὴν Εὐρώπην. Τὸ μὲν νῦν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον νομίζειν εἶναι· τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι συμφορέειν, ἀνοήτων· τὸ δὲ μηδεμίην ὥρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλεατο, E οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. σφέας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης λέγουσι Πέρσαι ἁρπαζομένων τὴν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι. Ἕλληνας δὲ Λακεδαιμονίης εἵνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν συναγείραι, καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ἀσίην, τὴν Πριάμου δυναμιν κατελεῖν· ἀπὸ τούτου τ' αἰεὶ ἡγήσασθαι τὸ

τὰ δ' μὲν δὴ

τὰ δ' ἀπὸ τοῦ τὸ αἰεὶ

Ἑλλωικὴν σφίσιν εἶ) πολέμιον. τὴν γὰρ A
Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα
οἰκειοῦνται ⓐ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ
τὸ Ἑλλωικὸν νομίζουσι κεχωρίσθαι. οὕτω
μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ ἀπὸ τῆς
Ἰλίου ἁλώσιος δι' εἰσκοισι σφίσιν ἐοῦσαν τὴν
ἀρχὴν τῆς ἐχθρης τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας.
περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσησιν οὕτω Φοίνικες. οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσιν ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Ἄργεϊ ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νηός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα, αἰδεομένη τοὺς τοκέας, οὕτω δὴ ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς ἂν μὴ καταδηλος γένηται. ταῦτα μέν νυν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσιν. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἐρέω ἐρέων ὡς οὕτως ἢ ἄλλως πως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῆγμα ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου, ὁμοίως μικρὰ καὶ C
μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων ἐπεξιών. τὰ γὰρ πάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν σμικρά. τὴν ἀνθρωπηίην ὦν ἐπιστάμενος εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν ὠυτῷ μένουσαν, μνήσομαι ἀμφοτέρων ὁμοίως.

Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν τὸ γένος, παῖς δὲ Ἀλυάττεω· τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ, ὃς ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων, ἔξεισι προς Βορέω ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον πόντον. οὗτος ὁ Κροῖσος, βαρβάρων τῶν τοὺς μὲν ἡμεῖς ἴδμεν, τοὺς δὲ οὐ κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγήν, τοὺς δὲ, φίλους προσεποιήσατο. κατεστρέψατο μὲν Ἰωνάς τε καὶ Αἰολέας, καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ· φίλους δὲ προσεποιήσατο Λακεδαιμονίους. πρὸ δὲ τῆς Κροίσου ἀρχῆς πάντες Ἕλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι. τὸ γὰρ Κιμμερίων στράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰωνίδα ἀπικόμενον, E
Κροίσου ἐὸν πρεσβύτερον, οὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγή. ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω προσῆλθε, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. ἦν δὲ Κανδαύλης, τὸν οἱ

sibi hostes esse Græcos. Siquidem Asiã & barbaras gẽtes quæ illam incolunt, [a] putant Persæ sibi necessitudine coniunctas, Europam verò & Græcos à se esse disiũctos. Hũc in modũ Persæ rem gestã esse memorant, & Ilii excidium sibi discordiæ cũ Græcis extitisse principium comperiũt. Cum quibus non cõsentiunt de Io Phœnices, quam negant se in AEgyptum abduxisse raptu vsos, sed eã apud Argos cum nauclero nauis ipsorum rem habuisse: & quũ se grauidam esse comperisset, veritam parentes, [b] sic voluntariã cũ Phœnicib⁹ nauigasse, ne detegeretur. Et hæc quidem Persæ Phœnicésque referunt: ego verò, vtrum sic gesta sint nécne, [c] non pluribus persequar. Cæterùm quem ipse noui primùm cœpisse inferre Græcis iniuriam, [d] hũc indicabo, longius oratione pergens, tã paruas vrbes ciuitatésque cõmemorando quàm magnas. Nam quæ olim magnæ erãt, earũ permultæ factæ sũt paruæ: rursus, quæ mea memoria magnæ fuerunt, prius fuerãt paruæ. Igitur quum sciam humanam felicitatem nequaquã in eodẽ tenore perstare, [e] vtriusque fortunæ mẽtionem habebo.

a *Vel*, in necessitudinem suam recipiunt: cum Europa verò & Græcis nullam sibi societatem intercedere existimant. *Vel*, nihil sibi esse commune.

b Tum demum vltro cum Ph.

c Dicere non constitui. *Q. d.* nõ me comparo ad dicendum.

d Hunc vbi indicauerim, vlterius progrediar, tam p.

e De vtrisque ment.

Croesvs genere quidem fuit Lydus, patre autem Alyatte: earum verò nationum [f] tyrannus quæ intra Halym amnẽ sunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra vẽtum Aquilonem, in mare quod vocãt Euxinum euoluitur. Hic Crœsus, è barbaris quos cognitos habem⁹, primus Græcorũ [g] alios ad tributũ pendendum adegit, alios sibi amicos conciliauit. Subegit quidem Iones, AEoles, & qui sunt in Asia Dores: amicos autem sibi fecit Lacedæmonios, quum ante eius imperium vniuersi Græci liberi fuissent. Nam Cimmeriorũ aduersus Ioniam expeditio, vetustior illa quidem Crœso extitit, non tamẽ [h] vrbes expugnauit, sed per incursiones prædas abegit. Cæterùm principatus quum esset Heraclidarum, ad genus Crœsi, qui vocabantur Mermnadæ, sic peruenit: Candavles, is quẽ

f Regnator. *Vel* rex. *aut*, dominator. *Sic & alijs in locis.*

g *Vel*, Alios subactos, *siue* [subiugatos] pendere sibi tributum coegit.

h Vrbes subiugauit. *Vel*, pati iugum coegit.

Græci Myrſilum nominant, Sardiũ fuit [a] tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriũdus. Siquidem Heraclidarum primus, Sardium rex extitit Argõ, Nini filius, Beli nepos, Alcæi pronepos: nouiſſimus, Candaules Myrſi filius: quũ ante Argonẽ qui in ea regione regnauerant, fuiſſent oriundi à Lydo Atyis filio, à quo totus is populus cognominatus eſt Lydius, quum Meon antea vocaretur. Ab his [b] ſuccedentes Heraclidæ, imperium ex oracuło adepti ſunt, Iardanæ ancilla & Hercule geniti: idque per quingentos & quinque annos, duas & viginti virorũ ætates, tenuerunt, filius patri deinceps ſuccedens, vſque ad Cãdaulem Myrſi filium. Hic igitur Cãdaules vxorem adamabat, eámque præ amore arbitrabatur omnium fœminarũ eſſe pulcherrimã. Hoc ita eſſe ſibi perſuadens, apud Gygem, Daſcyli filium, ex ſatellitibus ſuis (erat enim is maximè ipſi acceptus, [c] eóque miniſtro in rebus magis arduis vtebatur) ſpeciem vxoris ſupra modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore (neceſſe nanque erat ei malè euenire) inquit his verbis, Gyges, [d] neque enim videris mihi fidem habere referenti de cõiugis ſpecie: (quòd magis incredulæ ſunt hominibus aures quàm oculi) fac illam conſpicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quémnam, inquit, here ſermonem profers haudquaquam ſanum, qui me iubes inſpicere heram meam nudâ? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Iam olim hominibus ſunt honeſta excogitata, [e] vnde diſcere debemus: ex quibus hoc vnum eſt, Quæ ſua ſint, quẽque inſpicere debere. Ego verò tibi fidem habeo, illam eſſe fœminarum omniũ ſpecioſiſſimã, téque oro ne me ores illicita. Atque hęc dicendo Gyges repugnabat, pertimeſcẽs nequid ſibi ex ea re mali cõtingeret. Cui viciſſim ille his verbis, Fidens, inquit, eſto Gyges: caue timeas aut me, tãquam hoc te ſermone tentantem, aut vxorem meam, nequid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim [f] ſic ego machinabor, vt illa

a *Subſtitue eandem interpretationem quam paulo ante.*

b Autem educati Heracl.

c Eíque res magis ſerias commu nicabat) ſpec.

d Quia non videris m.

e Vnde diſcere oportet. *Q.d. Iã olim compertum fuit quænam honeſtate eſſent conſentanea, & inde nobis petenda diſciplina eſt. Vnum autem eorum eſt,*

f Tali artificio vtar, vt

A Ἕλληνες Μυρσῖλον καλέουσι, τύραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Ἀλκαίου τοῦ Ἡρακλέος. Ἄργων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρώτος Ἡρακλειδέων, βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων· Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου, ὕστατος. οἱ δὲ πρότερον Ἄργωνος βασιλεύσαντες τούτης τῆς χώρης, ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος· ἀπὸ τευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον Μῆων καλεόμενος. τούτων δὲ Ἡρακλεῖδαι ὑπεραφθέντες, ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίου, ἐκ δούλης τε τῆς Ἰαρδάνου γενόμενοι καὶ Ἡρακλέος· ἄρξαντες ὑπὲ δύο καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχήν, μέχρι Κανδαύλεω τοῦ Μύρσου. οὗτος δὴ ὦν ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός· ἐρασθεὶς δὲ, ἐνόμιζέ οἱ εἶναι γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην. ὥστε δὲ τοῦτα νομίζων ἐώ γὰρ οἱ τὸν αἰχμοφόρων Γύγην ὁ Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα· τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ κατεπειγέστατα τῶν πρηγμάτων ἐπετρέπετο ὁ Κανδαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπῃνέων. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος (χρεὼν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς) ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε, Γύγη, οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος τῆς γυναικός· (ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν) ποίεε ὅκως ἐκείνην θήσεαι γυμνήν. ὀῦ, μέγα ἀμβώσας, εἶπε, Δέσποτα, τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, κε λεύων με δίκαιον εἶναι τὴν ἐμὴν θήσασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ σευ ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. ἐν τοῖσιν ἓν τόδε ἔστι, Ἴδια σκοπέειν πρὸ τὰ ἑωυτοῦ. ἐγὼ δὲ πείθομαί ἐκείνην εἶναι πασέων γυναικῶν καλλίστην· καὶ σέο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων. ὁρῶ δὴ, λέγων τοιαῦτα, ἀπεμάχετο, ἀρρωδέων μήτι ἐξ αὐτέων γένηται κακόν. ὁ δὲ ἀμείβετο τοιάδε, Θάρσει Γύγη, καὶ μὴ φοβέο μήτε ἐμέ, ὡς σέο πειρώμενον λόγον τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν ἐμὴν, μή τί τοι ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. ἄρχω γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαί οὕ-

ἀπ' ὀνομάζουσι

ἀπ' Ἀργεω

ἀπ' Ἀργωνος

ἀπ' ἀπογόνου ὄντες

ἀπ' σκοπέειν τινά

ἀπ' ὀρρωδέων

ἀπ' ἀμείβετο

ἀπ' πειρώμενος λόγον

» τως ὥστε μηδὲ μαθεῖν μὲν ὀφθεῖσθαι τὸν A deprehẽdere quidem posſit se abs
» στεῖ. ἐγὼ γὰρ σε ἐς ὃ οἴκημα ὅκη τοῦ κοιμῶ- te fuisse inspectam. Te nãque se-
» μεθα, ὄπισθε τῆς αὐλοιγομένης θύρης θήσω. cũdum fores cubiculi in quo cu-
» μετ' οὐ ἐμὲ ἐσελθόντα, πρόσεχε καὶ ἡ γυνὴ ἡ bamus, quũ apertæ fuerint, col-
χοῖτον. » ἐμὴ ἐς "κοιτῶνα. κεῖται δὲ ἀγχοῦ τῆς ἐσό- locabo. Vbi ergo fuero ingressus,
» δου θρόνος· ὃν ἐπὶ τῶνδε τῶν ἱματίων κατ' ὃν ἕν ἕ- aderit & vxor mea in cubiculum:
» κασον ἐκδυόυσα θήσει, καὶ κατ' ἡσυχίαν iuxta cuius introitum sella posita
» πολλὴν πρόξεξι τοι θησάσθαι. ἐπεὰν δὲ ἀπὸ est, super quã vestes illa, vt quam-
» τοῦ θρόνου στείχῃ ἐπὶ τὴν βύβλον, κατ' νώτου τε que exuet, reponet, sese per mul-
» αὐτῆς γλυφῆ, σοὶ μηδέτω ὃ ἐνθεῦτεν ὄκως μή tum otium spectãdam præbens:
» σε ὄψεται ἰόντα διὰ τῶν θυρέων. ὁ μὲν δὴ, B quæ quum à sella cubitum per-
ὡς οὐκ ἠδυνάτο διαφυγέειν, ἕω ἕτοιμος. get, [a] ostendens inuicem terga, a Et ei fueris à tergo, curæ ti.
ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ ἐδόκεεν ὥρη τῆς κοίτης curæ tibi sit deinceps ne te per fo-
εἶη, ἦγε Γύγεα ἐς ὃ οἴκημα· καὶ μετὰ res abeuntem conspiciat. Gyges
ταῦτα αὐτίκα πρόσω καὶ ἡ γυνή. ἐσελθοῦσαν igitur, vbi effugere nó potuit, fuit
δὲ καὶ πίθεσθαι τὰ εἵματα ἐθηεῖτο ὁ Γύ- paratus: quem Cãdaules, posteaquam hora cubandi visa est adesse, in cubiculũ duxit: statímque
γης. ὡς δὲ κατ' νώτου ἐγλύφετο, ἰοῦσης τῆς γυ- pòst & vxor adfuit. quam intro-
ναικὸς ἐς τὴν κοίτην, ὑπερδὺς ἐχώρεεν ἔξω. euntem ac vestimenta deponen-
τẽ Gyges intuitus, vbi auersa fuit
illa cubitum vadens, ipse è loco
prorepens foras abiit: & inter ex-
eundum à muliere cõspectus est.
καὶ ἡ γυνὴ "ὁρᾷ μὲν ἐξιόντα. μαθοῦσα δὲ ἐπόεσε [b] Hæc, vt didicit à viro quid actũ b Vel, Hæc vt ani maduertit quod à viro factum erat, neque exclamauit, vtpote pudore retenta, neque præ se tulit animaduertisse.
ὃ ποιηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε αἰδῶσαν, ἀνα- esset, neque præ pudore exclama-
χωθεῖσα, οὔτε ἔδοξε μαθεῖν, ὡς νόῳ ἔχουσα C uit, neque visa est percepisse, ha-
τίσασθαι Κανδαύλεα. ὧδε γὰρ bens in animo Candaulem vl-
τοῖσι Λυδοῖσι, μᾶλλον δὲ καὶ ὧδε τοῖσι ἄλλοισι ciscí. Apud Lydos enim, & fere a-
βαρβάροισι, καὶ ἀνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, pud cæteros quoq; barbaros, ma-
"ἀναιδείῃ μεγάλῃ φέρει. τότε μὲν δὴ οὕ- gno probro est etiam virum cõ-
τως, σιγὴν δηλώσασα, ἡσυχίην "εἶχεν· ὡς δὲ spici nudum. Ita tunc nihil ape-
ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τοὺς riens mulier, silentiũ tenuit: mox
μάλιστα ἑωυτῇ πιστοὺς ἐόντας ἑωυτῇ, ἑτοίμους autem vbi dies illuxit, quos do-
ποιησαμένη, ἐκάλεε τὸν Γύγεα. ὁ δὲ, οὐδὲν mesticorum maximè sibi fideles
δοκέων αὐτῷ τῶν πρηχθέντων ἐπίσασθαι, intelligebat esse, quum præparas-
ἦλθε καλεόμενος. ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθεν, ὅκως D set, Gygem accersit. Hic eam ni-
ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτέων. ὡς δὲ ὁ Γύ- hil suspicans scire eorum quæ a-
γης ἀπίκετο, ἔλεγεν ἡ γυνὴ τάδε, Νῦν τοί cta erant, accersitus venit: quip-
» δυοῖν ὁδοῖν προτεουσέων, Γύγη, δίδωμί σοι αἵρεσιν, pe qui antea solitus esset ad reginã
» ὁκοτέρῃ βούλεαι πρησσέσθαι. ἢ γὰρ Κα- concedere, quoties ab ea vocare-
» νδαύλεα ἀποκτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν βασι- tur. Vt venit, ad eum his verbis
» ληίην ἔχε τὴν Λυδῶν, ἢ αὐτόν σε αὐτίκα οὕ- mulier inquit, [c] Nunc duabus ti- c Nunc quũ duæ viæ in tua sint potestate, G.
» τως ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μὴ πάντα πει- bi præsentibus viis, Gyges, offero
» θόμενος Κανδαύλῃ, τὰ λοιπὰ ἴδῃς τὰ μή σε electionem, in vtram malis diuer
δεῖ. ἀλλ' ἤτοι κείνόν γε τὸν ταῦτα "βουλευ- tere. Aut enim me pariter ac re-
» σάμενον δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σε τὸν ἐμὲ γυ- E gnũ Lydorũ habe, vbi Candaulẽ
» μνὸν θησάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζό- interfeceris, aut teipsum cõtinuò
» μενα. ὁ δὲ Γύγης τέως μὲν ἀπεθώμαζε occumbere sic oportet: ne in o-
4 τὰ λεγόμενα· μετ' δὲ, ἱκέτευε μή μιν ἀναγ- mnibus Candauli obsequendo,
καίῃ ἐν δεῖν δυσχερίην τοιαύτῃ αἵρεσιν. οὐκων [d] posthac scias quæ te scire nõ de- d Posthac videas quæ te videre nõ decet.
δὲ ἔπειθεν, ἀλλ' ἐώρα ἀναγκαίῃ ἀληθέος cet. sed aut illum qui ista consu-
luit, interire opus est: aut te, qui
nudam me es conspicatus, & il-
licita feciſti. Ad hæc verba Gy-
ges primùm obstupefactus, post-
ea obsecrare illam ne se ad ta-
lem necessitatem adigeret alter-
utrum eligendi. Vbi non persuadet, sed vtique propositam sibi necessita-

tem cernit aut interimendi herũ, aut per alios pereundi, elegit vt ipse supereſſet: atque ita percontans illam, inquit, Quandoquidẽ me adigis inuitum ad herũ meũ occidẽdum, age, audiam quo pacto illum adoriemur. Excipiens illa, Ex eo, inquit, loco adoriẽdus erit vnde ille me nudam oſtendit. in ſopitum autem impetus dabitur. Poſteaquam igitur inſidias inſtruxerũt, & nox aduenit, Gyges [a] nihil cunctatus eſt: quippe cui nulla deuitandi facultas eſſet, ſed neceſſe aut perire, aut Cãdaulem perimere. mulierem in thalamum ſequitur, quẽ illa, dato pugione, ſubter eaſdem fores occulit. Vnde poſtmodum iſte procedens, quieſcẽtem Candaulem obtruncat, vxoréque eius & regno potitus eſt. [b] Cuius *rei* meminit & Archilochus Parius, qui per idem tempus fuit, in iambo trimetro. Obtinuit autẽ regnum Gyges & in eo fuit confirmatus ex Delphico oraculo. nam quum Lydi indigno animo ferrent Cãdaulis caſum, atque in armis eſſent, conuenit inter hos ac factionem Gygianam, vt, ſi oraculum reſpondiſſet hunc eſſe regem Lydorum, ipſe regnaret: ſinminus, principatum Heraclidis reſtitueret. Accepto igitur oraculo Gyges ita regnauit. [c] Sed demũ Pythia loquuta, Heraclidarum vltionem in atnepotem Gygis eſſe venturã. quod carmen neque Lydi neque ipſorum reges vllius momẽti fecerunt, priuſquam exitu cõprobatum eſt. Hunc in modum obtinuere tyrannidem Mermnadæ, ſublatis Heraclidis. Gyges, [d] tyrãnide occupata, Delphos donaria miſit non pauca, [e] vbi quæ ex argento donata viſuntur, eorum pleraque iſtius ſunt. Et præter argentum, immenſam vim auri dedicauit: poſuítque cùm alia, tũ verò (quod præcipua mentione dignum eſt) pateras aureas, numero ſex, pondo triginta talẽtorum: quæ in Corinthiorum theſauro collocata ſunt. licet is theſaurus (ſi vera loqui volumus) non Corinthii populi ſit, ſed Cypſeli Eetionis filii. Ita Gyges, barbarorum quos ipſi nouimus pri-

a Vt qui non dimitteretur, nec vllam effugiendi facultatem haberet, ſed cui neceſſe eſſet aut per.

b Cuius, *videlicet Gygæ*, mem.

c Sed id demum tamen Pythia erat loquuta,

d regno occupato.

e Sed cũ alia plurima ex argento Delphis ſunt ab eo poſita, tum verò etiam præter arg.

A τῷ ἐκείνῃ μοίρῃ, ἢ τὸν δεσπότεα ἀποκτεῖναι, ἢ αὐτὸν ἐς τὸν ἀπόλυσθαι. αἱρέεται αὐτὸς τὸν δεσπότεα μὴ θανεῖν. ἐπηρώτα δὴ λέγων τάδε, Ἐπεί με ἀναγκάζεις δεσπότεα τὸν ἐμὸν κτείνειν, οὐκ ἐθέλοντα, φέρε ἀκούσω τέῳ τρόπῳ ἐπιχειρήσωμεν αὐτῷ. ἡ δ', Ἐν τῷ αὐτῷ μοι χωρίου ἡ ὁρμὴ ἔσται ὁθενπερ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξατο γυμνώ· ὑπνωμένῳ δέ οἱ ἐπιχειρήσεις ἔσται. Ὡς ἠρτύσατο τὸ βουλεύμενα, νυκτὸς γενομένης, (οὐ γὰρ μετίετο ὁ Γύγης, οὐδέ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμίη, ἀλλ' ἔδεε ἢ αὐτὸν ἀπολωλέναι, ἢ Κανδαύλεα) εἵπετο ἐς τὸν θάλαμον τῇ γυναικί. καί μιν ἐκείνη, ἐγχειρίδιον δόσασα, κατακρύπτει ἐν τῷ αὐτῷ θύρῃ. καὶ μετὰ ταῦτα, ἀναπαυομένου Κανδαύλεω, ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην Γύγης· τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονώς, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. ἔσχε δὲ τὴν βασιληίην, καὶ ἐκρατύνθη ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίου. ὡς γὰρ δὴ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος, καὶ ἔνοπλοι ἦσαν, συνέβησαν ἐς τωὐτὸ οἵ τε τοῦ Γύγεω στρατιῶται καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοί, ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον αἱρέῃ μιν βασιλέα εἶναι τῶν Λυδῶν, τήνδε βασιλεύειν· ἢν δὲ μή, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν. αἱρέθη τε δὴ τὸ χρηστήριον, καὶ ἐβασίλευσε οὕτω Γύγης. τὸ μέντοι εἶπε ἡ Πυθίη, ὡς Ἡρακλείδῃσι πίσος ἥξει ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. τούτου τοῦ ἔπεος Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πρὶν δὴ ἐπετελέσθη. τὴν μέντοι δὴ τυραννίδα οὕτως ἔσχον οἱ Μερμνάδαι, τοὺς Ἡρακλείδας ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψε ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα· ἀλλ' ὅσα μέν οἱ ἀργύρου ἀναθήματά ἐστι οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι πάρεξ δὲ τοῦ ἀργύρου, χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν, ἄλλον τε, καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστί, κρητῆρες οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται. ἑξῆς δὲ οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, σταθμὸν ἔχοντες τεσσεράκοντα τάλαντα. ἀληθείῃ δὲ λέγῳ χρεωμένῳ, οὐ Κορινθίων τοῦ δήμου ἐστὶν ὁ θησαυρός, ἀλλὰ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος. οὕτω δὴ ὁ Γύγης, πρῶτος

ἀπολύναι,

ἐν ὅπλοις

βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελφοὺς ἀνέθηκεν ἀναθήματα, μετὰ Μίδεω τοῦ Γορδίεω, τὸν Φρυγίης ἐβασίλευε. ἀνέθηκε δὲ καὶ Μίδης τὸν βασιλήιον θρόνον, ἐς τὸν προσκατίζων ἐδίκαζεν, ἐόντα ἀξιοθέητον. κεῖται δὲ ὁ θρόνος ὅτος ἔνθα περ οἱ τοῦ Γύγεω κρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος ὁ ἄργυρος τε ὁ Γύγης ἀνέθηκεν, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας, ὅτι τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην. ἐστέβαλε μέντοι καὶ οὗτος στρατῷ, ἐπεί τε ἦρξε, ἐς τε Μίλητον καὶ ἐς Σμύρνην, καὶ Κολοφῶνος τὸ ἄστυ εἶλε. ἀλλ' οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυοῖν δέοντα τεσσερήκοντα ἔτεα. τοῦτον μὲν πρήσσομεν, πρὸς ὀλίγα τε ἐόντα.

Ἄρδυος δὲ τοῦ Γύγεω μετὰ Γύγεα βασιλεύσαντος μνήμην ποιήσομαι. οὗτος δὲ Πριηνέας τε εἶλε, ἐς Μίλητόν τε ἐστράτευσε. ἐπὶ τούτου τε τυραννεύοντος Σαρδίων, Κιμμέριοι ὑπὸ νομάδων ἐξαναστάντες, ἀπίκοντο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἷλον. Ἄρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἐνὸς δέοντα πεντήκοντα ἔτεα, ἐξεδέξατο Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος, καὶ ἐβασίλευσε ἔτεα δυώδεκα. Σαδυάττεω δὲ, Ἀλυάττης. οὗτος δὲ Κυαξάρῃ τε τῷ Δηιόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε, καὶ Μήδοισι· Κιμμερίους τε ἐκ τῆς Ἀσίης ἐξήλασε· Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷλε, ἐς Κλαζομενὰς τε ἐστράτευσε. ἀπὸ μὲν νεῶν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδέξατο ἐὼν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀξιαπηγητότατα τάδε· ἐπολέμησε Μιλησίοισι, παρὰ δὲ Ἀλυάττεω πόλεμον παρέλαβε τοῦ πατρός. ἐπελαύνων γὰρ ἐπολιόρκησε τὴν Μίλητον τρόπῳ τοιῷδε· ὁκόταν μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἀδρός, τηνικαῦτα ἐστράτευε τὴν στρατιήν. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ αὐλοῦ γυναικείου τε καὶ ἀνδρείου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οὔτε κατέκαλλεν, οὔτε ἐνεπίμπρη, οὔτε θύρας κατέαττε, ἐᾶ δὲ χωρὶς ἑστάναι· ὁ δὲ πάντα δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὁκόσα ἔφθειρεν, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. τῆς γὰρ θαλάσσης ἐόντες Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε πρὸς ἕδρης μὴ εἶναι ἔργον τῇ στρατιῇ τάς δὲ οἰ-

A mus, munera apud Delphos posuit, secundum Midam Gordii filium, Phrygiæ regem. Ná & Midas obtulit regiam sellam, in qua sedens iura solitus dicere erat, rē spectaculo dignam: [a] quod tribunal eodem quo Gyges obtulit loco, vocitatur à Delphis Gygadas, eius *videlicet* qui obtulit cognomine. Is igitur postquam imperio potitus est, arma intulit Mileto & Smyrnæ, vrbémque Colophonem vi cepit. Nec aliud vllum præclarum facinus ab eo gestum est, quū duodequadraginta annos regnauerit. Et hunc quidē nos, his duntaxat de eo commemoratis, missum facimus.

a Quæ sella eodem loco posita est quo Gygis pateræ: vocatúrque à Delphis hoc aurum & argentum à Gyge oblatum, Gygæum, eius *videl.*

B

Ardyis autem eius filii faciemus mētionem, qui post Gygem regnauit. Hic Prienenses expugnauit, & Miletum inuasit: quo [b] Sardium tyrannidem obtinente, Cimmerii à Scythis Nomadibus eiecti è sedibus suis, in Asiam transierunt, Sardísque præter arcem ceperunt. Quum autem vndequinquaginta regnasset annos, successit Sadyattes Ardyis filius, regnauítque annis duodecim. Sadyattæ successit Alyattes, qui cum Cyaxare Deiocis nepote bellauit & Medis: Cimmeriósque exegit ex Asia, Smyrnam etiam à Colophone conditam cepit, & Clazomenas inuasit. [c] Vnde nō quemadmodum optabat discessit, sed vehementer euentu frustratus. Alia quoque opera, quum in imperio fuit, dignissima memoratu edidit, quæ hæc sunt. Bello quod gessit cum Milesiis, à patre traditum, hac ratione Miletum illuc transgressus obsidebat: Dum fruges in regione erant adultæ, tunc exercitum immittebat, procedens in expeditionem ad cantum fistularum, fidiúmque, ac tibiæ tā muliebris quàm virilis. Quúmque in in agrum Milesium peruenerat, non ædificia quæ in agris erant, diruere, non incendere, non fores effringere, sed incolumes esse passim sinere: arboribus modò fructibúsque regionis peruastatis, rursus se recipiebat. Nam Milesii mare obtinebant, vt opus nō esset hosti illic considere. AEdificia

b Sardium regno potiente,

C

c Vnde nō cum eo quem optabat exitu discessit,

D

autem idcirco Lydus non excidebat, vt [a] & Milesii habẽtes vnde procederent, humum sererẽt colerẽntque: & quum hoc illi fecissent, ipse cum exercitu ingressus haberet aliquid quod popularetur. Hæc faciens, vndecim oppugnauit annis: per quos [b] duo ingentia vulnera accepere Milesii: vnum, in Limenio (quod est ipsorum regionis) pugna cõmissa, alterum in campo Mæandri. Horum vndecim annorum sex adhuc apud Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Milesiam tunc inuaserat, & idem bellum conflauerat: quinque reliquis eius filius Alyattes, bellum quod à patre acceperat (vt à me superius cõmemoratum est) intentius administrauit: in quo bello Milesios nulli ex Ioniis subleuauerunt, præter Chios, qui soli fuere auxilio: reddentes vicem [c] quòd aliquando Milesii Chiis bello quod cum Erythræis gerebant, auxilia tulissent. Duodecimo autẽ anno incensis ab exercitu segetibus, hoc rei fieri contigit: Segetes vt erant incensæ, [d] valido vigente vento, celerrimè peruaserunt Mineruæ tẽplum, cognomine Assesiæ, quo incendio templum deflagrauit. [e] Neque vllius momenti ea res in præsentia habita est: sed quum post exercitus reditum Sardis Alyattes decubuisset, diuturniúsq; ægrotaret, Delphos misit ad deũ de sua valetudine sciscitatum, siue alieno siue suopte consilio ad mittendum inductus. Nũnciis autẽ, quũ Delphos peruenissent, se reddituram responsum Pythia negauit, priusquam templũ Mineruæ reparassent, quod in terra Milesiorum apud Assesum concremassẽt. Ita actũ esse ego [f] Delphis accepi: sed Milesii his illa addunt, Periãdrum, Cypseli filium, quum audisset oraculum Alyatti redditum, misisse nuncium ad Thrasybulum, tunc [g] Milesiorũ tyrannum (cuius in primis erat familiaris) admonitũ vt aliquid prospiciẽdo sibi cõsuleret in præsens. Et Milesii quidem ita id gestum memorãt. Alyattes autem, vbi hæc ipsi nũciata sũt, cõfestim

a Vt posteà prodeuntes Milesii possent terram serere & colere: & quum, &c.

b Duas ingentes clades aco.

c Quòd antea Milesii cum Chiis bellum aduersus Erythræos gessissent.

d Vi venti adactæ, celerr.

e Neque res hęc eo ipso tempore cõsideratu digna visa est.

f Ego ex Delphis audiui.

g Milesiorũ regem (quocum illi hospitalis amicitia summa intercedebat) adm.

A χίας δ' κατέβαλλεν ὁ Αυδὸς, τῶνδε εἵνεκα, ὅκως ἔχοιεν ὁρμεώμενοι τὴν γῆν σπείρειν τε καὶ ἐργάζεσθαι ⓐ Μιλήσιοι· αὐτὸς δὲ, ἐκείνων ἐργαζομένων, ἔχοι τι καὶ σίνεσθαι ἐσβάλλων. ταῦτα ποιέων, ἐπολέμεε ἔτεα ἕνδεκα· ἐν τοῖσι πρώτοισι μεγάλα διαφάσια Μιλησίων ἐγλύετο, ἔν τε Λιμενηίῳ χώρης τῆς σφετέρης μαχεσαμένων, καὶ ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ. τὰ μὲν νυν ἓξ ἔτεα τῶν ἕνδεκα Σαδυάτης ὁ Ἀρδυος ἔτι Λυδῶν ἦρ-

B χε, ὁ καὶ ἐσβαλὼν τὴν νῆσον ἐς τὴν Μιλησίην τὴν γραπτὴν· (Σαδυάτης γὰρ οὗτος ὁ τὸν πόλεμον τῶι συνάψας) τὰ δὲ πέντε τῶν ἐτέων τὰ ἐπίλοιπα τοῖσιν ἐξ Ἀλυάτης ὁ Σαδυάτεω ἐπολέμεε. ὃς τῶν δοθέντα μῦθον (ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) τῶν δὲ παρὰ θεῶν ⓑ πόλεμον, προσεῖχε σφετερισάμενος. τοῖσι γὰρ Μιλησίοισι οὐδαμοὶ Ἰώνων τὸν πόλεμον τοῦτον συνεπελάφρυνον, ὅτι μὴ Χῖοι μοῦνοι. οὗτοι δὲ ὁμοίως αὐτὰ ποδιδόντες ἐ-

E ἐς αὐτὸν τὸν ποταμόν. τοῦτο μὲν δὴ ὁ τεῖχος, θωρηξ ὅστις. ἕτερον δὲ ἐόν θεν τεῖχος πρόσθεν, οὐ πολλῷ τέῳ ἀσθενέστερον τῶ ἑτέρου τείχεος, στεινότερον δέ. ἐν δὲ ἑκατέρῳ τῆς πόλιος ἐτετείχιστο ἐν μέσῳ, ἐν τῷ μὲν τὰ βασιλήια, πρόσβολόν τε μεγάλον καὶ ἰσχυρὸν. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Διὸς Βήλου ἱερὸν χαλκόπυλον, καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐὸν, δύο σταδίων, πρώτην ἐὸν τετράγωνον.

ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱεροῦ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται, σταδίου καὶ ὁ μῆκος καὶ τὸ εὖρος· καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων. ἀνάβασις δὲ ἐς αὐτοὺς ἔξωθεν κύκλῳ πως ἐπὶ πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα πεποίηται. μεσοῦντι δὲ πη τῆς ἀναβάσιός, ἔστι καταγωγή τε καὶ θῶκοι ἀμπαυστήριοι, ἐν τοῖσι καθίζοντες ἀμπαύονται οἱ ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ πύργῳ νηὸς ἔπεστι μέγας· ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κεῖται εὖ ἐστρωμμένη· καὶ ἡ τράπεζα παρακεῖται χρυσέη. ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον, οὐδὲ νύκτα οὐδεὶς διαυλίζεται αἰ Δεφίτων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τῶν ἐπιχωρίων, τὴν αἱ ὁ θεὸς ἕληται ἐκ πασέων, ὡς λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τούτου τοῦ θεοῦ. φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες) τὸν θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν τε ἐς τὸν νηὸν, καὶ ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι, ἐν τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι. καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖ τὴν κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαίος γυνή. ἀμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν οὐδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν· καὶ κατάπερ ἐν Πατάρῃσι τῆς Λυκίης, ἡ προφήτις τοῦ θεοῦ ἐπεὰν γένηται· οὐ γὰρ δὴ αἰεί ἐστι χρηστήριον αὐτόθι· ἐπεὰν δὲ γένηται, τότε ὦν συγκατακλήιεται τὰς νύκτας ἔσω ἐς τὸν νηόν. ἔστι δὲ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱεροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηός, ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον. καὶ οἱ τράπεζα μεγάλη παράκειται χρυσέη, καὶ ὁ βάθρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι· καὶ, ὡς ἔλεγον οἱ Χαλδαῖοι, ταλάντων οκτακοσίων χρυσίου πεποίηται ταῦτα. ἔξω δὲ τοῦ νηοῦ, βωμός ἐστι χρύσεος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων. ἐπὶ μὲν τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν ὅτι μὴ γαλαθηνὰ μούνα. ἐπὶ δὲ τοῦ μείζονος βωμοῦ καὶ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι, τότε ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι τῷ θεῷ τούτῳ. ἐν δὲ τῷ τεμένεϊ τούτῳ ἔτι καὶ ἕτερον ἐστὶν ἱρὸν ἀνδριὰς δυώδεκα πήχεων, χρύσεος, στερεός. ἐγὼ μὲν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλ-

A [a] In ſacri medio turris ſolida, craſſitudine ſimul & altitudine ſtadii, cui alia rurſus ſuperimpoſita turris & huic ſubinde alia, ad octauam vſque. His forinſecus ſcalæ ſũt in circuitu adhibitæ, per quas ad ſingulas conſcenditur turres. [b] In mediis gradibus ductus, ſellæque in hoc factæ, in quibus [c] aſcenſuros liceat ſedere ac conquieſcere. In poſtrema turri ſacellũ eſt aliud, in quo lectus eſt ſplendidè ſtratus, & appoſita mẽſa aurea. Statua tamen in hoc ſacello nulla eſt: neque hîc noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem vnam ex indigenis, quam ex omnibus deus delegerit, vti narrant Chaldæi huius dei ſacerdotes. Narrant enim illi (tametſi mihi parum credibilia referre videntur) deum ipſum ingredientẽ templum, in hoc cubili conquieſcere, perinde atque Thebis AEgyptiacis, vt ferunt AEgyptii. Ibi enim in Thebani Iouis fano mulier quoque cubat: [d] quæ vtraque mulier cum viris putatur nõ habere conſuetudinem: ſicut etiam dei antiſtita Pataris Lyciæ ciuitate, [e] quando ita accidit. Neque enim oraculum ibi celebratur perpetuò: vbi autem id futurum eſt, antiſtita noctu in templum concluditur. [f] Porro in Babylonis tẽplo aliud etiam eſt ſacellum inferius, quod [g] magnam habet Iouis ſtatuam, eámque aureã, [h] ponè menſam, & ipſam auream, ſimul & ſuſtentaculum cum ſella, omniáque aurea: adeo vt Chaldæi octingentorum talentorum auri opus æſtiment. Extra ſacellũ altare eſt, & ipſum aureum: atque præter hoc, aliud altare ingẽs, in quo integræ ætatis [i] hoſtiæ immolantur: quandoquidem ſupra aureum illud non licet [k] hoſtias mactare, præterquam lactẽtes. Inſuper in hoc maiuſculo altari Chaldæi quotannis centum millia talentorum libanoti adolent, quando huic ſuo deo [l] ſacra faciunt. Erátque in hoc templo etiamdum illo tẽpore ſtatua duodecim cubitorum è ſolido auro: quanquam ego hanc non viderim, ſed ea referam quæ à Cha-

a In templi m. & *impraced.*

b In med. gr. ſtatio.

c Aſcendentes.

d Quarum mulierum vtraque cum v.

e *Intellige, Quãdo contingit & antiſtita debeat fungi munere.*

f Porro illo Bab.

g Magnum hab. Iouis ſimulacrum ſedens. *Vel* ſedentis, legendo καθημένου.

h Et illi magna menſa adiacet aurea: cuius ſcamnũ & ſella ſunt ex auro.

i Pecudes imm.

k *Vel*, Quotannis libanotum ad pondus centum mill. tal. adolent.

l Feſtum diem celebrant.

47

dæis referuntur. Hanc ſtatuã Darius Hyſtaſpis filius inſidioſè captans, non auſus tamen fuit diripere: ſed eam poſtea Xerxes Darii filius abſtulit, ſacrifico, qui prohibuerat ſtatuam loco dimouendam, interempto. Atque illud templum hocpacto conſtructum fuit ornamentis: etiamſi alia ſint peculiaria pleraque eiuſdē donaria.

Huius Babylonis multi quoque aliquādo reges extitêre, (quorum in exponendis rebus Aſſyriis mentionē faciam) qui & muros ornauerunt & templa: & inter eos duæ fœminæ. Harū prior, quæ quinque ętatibus ante poſteriorem regnauit, vocata eſt SEMIRAMIS. Hæc per planitiē aggeres extruxit ſpectaculo dignos, quum antehac fluminē eā omnem reſtagnare ſolitus eſſet. Poſterior regina, NITOCRIS nomine, extitit ſuperiore ſolertior. cuiuscùm alia monumenta extiterunt, quæ ego cōmemorabo, tū verò hoc, quòd animaduertens imperium Medorū ingens ac pacatum, ſubactáque ab his multa oppida, & inter hæc Ninum, præmuniuit ſe omnibus quàm potuit maximè. Ante omnia fluuiū Euphratem, qui prius mediam ipſorum vrbē interfluens, rectus erat, tortuoſū reddidit, foſſis ſuperius depreſſis, adeo vt quēdam Aſſyriæ pagum, nomine Ardericam, ter influat, & qui nūc è mari per Euphratem Babylonem verſus ſubuehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idque triduo. Et hūc quidem talem reddidit. Aggerem verò ex vtroque fluminis labro aggeſſit viſu mirādū: tantæ eſt & magnitudinis & ſublimitatis. Multo ſupra Babylonem, aliquantulum ſeorſum à flumine, effodit [a] paludis eluuiem, profunditate quidem [b] ad aquā vſque ſemper ducta: latitudine verò eius quoquouerſus [c] trecentorum viginti ſtadiorū. Hac foſſitia humus ad fluminis ripas aggeſta eſt. Quē locū vbi depreſſit, crepidinē ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo,

a Paludis receptaculum.

b *Id eſt, Quoad aqua fodiendo inueniretur.*

c Quadringentorum vig.

A δαίων, τῶνδε λέγω. τοῦτο τὸ μὲν αἰδρηιάτι Δαρεῖος μὲν ὁ Ὑστάσπεος ὑπιούλθουσαν, οὐκ ἐτόλμησε λαβεῖν· Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου ἔλαβε, καὶ ἱρέα ἀπέκτεινε, ἀπαγορεύοντα μὴ κινέειν τὸν αἰδριάντα. ὁ μὲν δὴ ἱρὸν τοῦτο οὕτω κεκόσμηται. ἔστι δὲ καὶ ἴδια ἀναθήματα πολλά.

Τῆς δὲ Βαβυλωνίου τούτης πολλοὶ μὲν καὶ καὶ ἄλλοι ἐβασίλευον βασιλῆες, (τοὺς ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμης ποιήσο-
B μαι) οἱ τά τε τείχεά τε ἐπεκόσμησαν καὶ τὰ ἱερά· ἐν δὲ δὴ καὶ γυναῖκες δύο· ἡ μὲν πρότερον ἄρξασα, τῶν ὕστερον ἐλθεῖν πέντε γενεῶν πρότερον ἐλθοῦσα, τῇ οὔνομα ἦν ΣΕΜΙΡΑΜΙΣ. αὕτη μὲν ἀπέδεξατο χώματα ἀξιά τοῦ πεδίου ἐόντα ἀξιοθέητα· πρότερον γὰρ ἐῴθεε ὁ ποταμὸς αἰεὶ τοῦ πεδίον πολλῷ πελαγίζειν. ἡ δὲ δὴ δευτέρην ἐλθοῦσα τούτης βασίλεια, τῇ οὔνομα ἦν ΝΙΤΩΚΡΙΣ (αὕτη γὰρ στενωτέρη ἐλθοῦσα τῶν πρότερον ἐξ-
C ξάσης) τοῦτο μὲν, μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ ἐγὼ ἀπηγήσομαι· τοῦτο γάρ, τὸν Μήδων ὁρῶσα ἀρχὸν μεγάλων τε καὶ οὐκ ἀτρεμίζοντα, ἀλλά τε ἀραιρηκότα ἄστεα αὐτῶν, ἐς δὲ δὴ καὶ τὸν Νῖνον, πρόσεφυλάξατο ὅσα ἐδύνατο μάλιστα· πρῶτα μὲν τὸν ΕΥΦΡΗΤΗΝ ποταμόν, ἐόντα πρότερον ἰθύν, ὃς σφι ῥέοντα
μέσης τῆς πόλιος μέσης ῥέῃ, τορτὸν, αὖθις διὼ ρυχας ὀρύξασα, οὕτω δή τι ἐποίησε σχολιόν, ὥστε δὴ τεις ἐς τὸν τινα κωμέων τὸν ἐν τῇ
D Ἀσσυρίῃ ἀπικνέεται ῥέων. τῇ δὲ κώμῃ οὔνομα ἐστὶ ἐς τὸν ἀπικνέεται ὁ ΕΥΦΡΗΤΗΣ, Ἀρδερικά. καὶ νέων οἱ αὖ κομίζονται ἀπὸ τὴν θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα, καταπλέοντες ἐς τὸν ΕΥΦΡΗΤΗΝ ποταμόν, τεις τε ἐς τὸν αὐτὸν τοῦτον κώμην τρεῖς γίνονται, καὶ ἐν τεισὶ ἡμέρῃσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο ἐποίησε. χώματα δὲ πρὸ ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ ὁ χεῖλος, ἄξιον θώματος, μέγαθος καὶ ὕψος ὅσον τι ἐστί. κατύπερθε δὲ πολλῷ
E Βαβυλῶνος ὤρυξε ἑλυδόν λίμνης, ὀλίγον τι πλατεύουσα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, βάθος μὲν ἐς ὃ ὕδωρ ἀεὶ ὀρύσσουσα, εὖρος δὲ ὅσον τε ἐπὶ μέγα αὐτὴν ποιοῦσα, εἰκοσί τε καὶ τετρακοσίων σταδίων. τὸν δὲ ὀρυσσόμενον χοῦν ἐκ τούτου τοῦ ὀρύγματος αἰεισίμου πλησίον τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ πλάσσοντες ἐπείχον. ἐπεί τε δὲ οἱ ὦρυκτο, λίθους ἀραμένη, κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὸν ἤλασε. ἐποίεε δὲ

ἀμφότερα

ἀμφότερα ταῦτα, τόν τε ποταμὸν σχολιὸν, καὶ τὸ ὄρυγμα πᾶν, ἔλεγε, ὡς ὁ, τε ποταμὸς βραδύτερος εἴη, ἐς καμπὰς πολλὰς ἀγόμενος, καὶ οἱ πλόοι ἐῶσι σχολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα· ἔκ τε τῶν πλόων ἐκδέκηται ἡ ἔσοδος τὴν λίμνης μακρή. κατὰ τοῦτο ὦν εἰργάζετο τῆς χώρης τῇ αἱ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ στόμα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα. ταῦτα μὲν δὴ ἐκ βάθεος ἐξεβάλετο. τοιῶνδε δὲ ἔξ αὐτῶν προβεβλήκεε ἐποιήσατο· τῆς πόλιος ἐούσης δύο φαρσέων, διὰ δὲ ποταμὸς μέσον ἔρχοντος, ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων ὅκως τις ἐθέλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου φάρσεος ἐς τοὔτερον διαβαίνειν, χέρῃ πλοίῳ διαβαίνεν. καὶ ἰῶν (ὡς ἐγὼ δοκέω) ὀχλέεσθαι τοῦτο· αὐτὴ δὲ καὶ τοῦτο προεῖδε. ἐπεί τε γὰρ ὦρυξε τὸ ἔλυδρον τὴν λίμνην, μνημόσυνον τόδε ἄλλο ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου ἐλίπετο· ἐξήμητο λίθους προσμήκεας· ὡς δὲ οἱ ἦσαν οἱ λίθοι ἕτοιμοι, καὶ τὸ χωρίον ὠρώρυκτο, ἐκ περάσασα τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον πᾶν ἐς τὸ ὤρυξε χωρίον, ἐν τῷ ἐπιμπλατο οὗτος, ἐν τούτῳ ἀπεξηραμμένου τοῦ ἀρχαίου ῥέεθρου, τοῦτο μὲν τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν πόλιν καὶ κατὰ διόδους τὰς ἐκ τῶν πυλίδων ἐς τὸν ποταμὸν φερούσας, ἀνοικοδόμησε πλίνθοισι ὀπτῇσι κατὰ ὦν λόγον τῶν τείχεϊ· τοῦτο δὲ, κατὰ μέσην κου μάλιστα τὴν πόλιν, τοῖσι λίθοισι τοῖσι ὠρύξατο, οἰκοδόμεε γέφυραν, δέουσα τοῖς λίθοις σιδήρῳ τε καὶ μολίβδῳ. ἐπετείνεσκε δὲ ἐπ' αὐτῇ, ὅκως μὴ ἡμέρη γίνοιτο, ξύλα τετραόγωνα, ἐπ' ὧν διαβαίνειν ἐπιβῶντο οἱ Βαβυλώνιοι. τὰς δὲ νύκτας τὰς τὰ ξύλα ταῦτα ἀπαιρέεσκον, τῶνδε εἵνεκα, ἵνα μὴ φοιτέοντες τὰς νύκτας κλέπτοιεν ἀλλήλων. ὡς δὲ τὸ, τε ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγένετο καὶ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν γέφυραν ἐτετέκτοτο, τὸν ΕΥφρήτην ποταμὸν ἐς τὰ ἀρχαῖα ῥέεθρα ἐκ τῆς λίμνης ἐξάγαγε· καὶ οὕτω δὴ ὀρυχθὲν ἕλος γηρόμβρον, ἐς δέον ἐδόκεε γενέσθαι. καὶ τοῖσι πολίτῃσι χέρεα ἐμηχανήσατο, ἐπεὰν αὐτὴ βασιλέα καὶ ἀπάτορα τοιῶνδε τινα ἐμηχανήσατο· κατὰ τὰς μάλιστα λεωφόρους πυλέων τῶν ἀστεος, πάρος ἐοῦσαν κατεσκευάσατο μετέωρον ὑπερβολὴν αὐτέων τῶν πυλέων. ἐπεκέλευε δὲ ἐς τὰ πάρος

A vt flumen flexuosum & lacuna tota, fossa esset, ideo fecit vt fluuius per multos anfractus retentus, sedatior mearet, & nauigationes Babylonem versus essent tortuosæ, & ex ipsis nauigationibus longus ambitus lacunæ exciperetur. [a] Ad hæc, quæcunque erat regio ad inuadendum opportuna, & compēdiaria ex Medis via, hanc interseпsit, ne Medi cōmercio Assyriorum ipsius negotia cognoscerent. [b] Et hæc quidem ex profundo circumiecit. Cæterùm ex eis talem fecit communitionē, Quum sit vrbs in duas diremptа regiones, fluuio medium tenente, quoties aliquis ex altera in alteram regionem transire volebat sub regibus superioribus, is necesse habebat nauigio transire: quod erat (vt reor) molestum. Huic autem etiam rei ista prospexit. siquidem vbi effodit [c] effluuium paludis, aliud opere eodem monumētum sui reliquit. Lapides prægrādes incîdit, qui vbi parati fuerūt, & locus depressus, in locū ipsum quem depresserat, omnem fluminis cursum auertit. Qui locus effossus dum impleretur, interea pristino aluco arefacto, oras fluminis intra vrbem, ac descensus qui ex portulis ad flumen ferunt, extruxit coctis lateribus, eadem qua muros ratione. Extruxit itē circa mediam fermè vrbem pontem ex iis quos effoderat lapidibus, ferro eos ac plūbo deuinciens. Hunc sublicis quadratis, per quas Babylonii transirent, interdiu committebat, easdem noctu tollebat: hac videlicet causa ne per noctem transeuntes mutua furta exercerēt. Vbi porro lacuna repleta fuit flamine, & opus pontis exornatū, tunc fluuium EVphratem ex palude in pristinum alueum reuocauit: atque ita palus quam effoderat, [d] visa est necessariò facta, & pons in vsum ciuium extructus. Eadē autē regina hūc etiā machinata est dolū: Supra portas vrbis celeberrimas, loco edito atq; cōspicuo, sepulcrū sibi extruxit, atq; his

a Hæc autē extruxit qua parte aditus erāt & viæ compendia quæ ex Medis ducit; ne Medi, &c.

b Et his quidē munitionibus ab imo vsque vrbem circumdedit. Sed & has munitiones obiter ad hūc vsum accommodauit: Quum sit, &c.

c Receptaculū

d Cōperta fuit opportunè facta; & pons, &c.

48

τῶν ῥέεθρα

τῶν ἀπαίρεσκον

τῶν διαφοίτεσκον

literis inscripsit, SICVI REGVM BABYLONIS POSTME FVTVRORVM FVERIT PECVNIAE PENVRIA, APERTO SEPVLCRO SVMITO QVANTVNCVNQVE LIBVERIT PECVNIAE. NE TAMEN NISI INDIGVERIT, ALIOQVI APERITO. NON ENIM IN REM EIVS FVERIT. Hoc sepulcrum tam diu fuit immotum dum regnum peruenit ad Darium. Is indignum esse ratus se neque vti quippiam his portis, (ideo autem non vtebatur, [a] quòd supra caput ipsius transeuntis mortuus situs esset) neque sumere pecunias repositas, & eas quidem ipsum prouocãtes, reserauit monumentum: in quo non quidem pecunias inuenit, [b] sed literas ita dicẽtes, NISI PECVNIAE ESSES INEXPLEBILIS ET TVRPIS LVCRI CVPIDVS, DEFVNCTORVM SEPVLCRA NON APERVISSES. Talis extitisse hæc regina memoratur.

a Quod trãsiens habiturus esset cadauer supra caput suum situm.

b Sed cadauer, & literas quibus hoc dicebatur,

γράμματα λέγοντα τάδε, Τῶν τις ἐμεῦ ὕστερον γινομένων Βαβυλωνος βασιλέων, ἢν σπανίσῃ χρημάτων, ἀνοίξας τὸν τάφον, λάβετω ὁκόσα βούλεται χρήματα. μὴ μέντοι γε μὴ σπανίσας γε, ἄλλως ἀνοίξῃ. οὐ γὰρ ἄμεινον. οὗτος ὁ τάφος ἐπὶ ἀκίνητος, μέχρι οὗ ἐς Δαρεῖον περιῆλθε ἡ βασιληίη. Δαρείῳ δὲ καὶ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι τῇσι πύλῃσι τούτῃσι μηδὲν χρέεσθαι, καὶ χρημάτων κειμένων, καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλεομένων, μὴ δύνασθαι λαβεῖν αὐτά. τῇσι δὲ πύλῃσι τούτῃσι οὐδὲν ἐχρᾶτο τῶνδε εἵνεκα, ὅτι μὴ κεφαλῆς οἱ ἐγίνετο ὁ νεκρὸς διεξελαύνοντι. ἀνοίξας δὲ τὸν τάφον, εὗρε χρήματα μὲν οὔ, νεκρὸν δὲ, καὶ γράμματα λέγοντα τάδε, Εἰ μὴ ἄπληστός τε ἦσθα χρημάτων, καὶ αἰσχροκερδὴς, οὐκ ἂν νεκρῶν θήκας ἀνέῳγες. αὕτη μὲν νυν ἡ βασίλεια, τοιαύτη τις λέγεται γενέσθαι.

Aduersus cuius filium Labynitum, patris nomẽ & Assyriæ imperium habentem, Cyrus exercitum duxit. [c] Ducit autem rex magnus exercitum, probè domi comparata re frumentaria atque pecuaria. Portatur etiam aqua ex flumine Choaspe, Susa præterfluente, ex quo vno ex omnibus fluminibus rex potat. Cuius Choaspis aquam decoctam, & in argẽtea vasa diffusam, ferentes permultæ carrucæ quatuor rotarũ, mulis trahentibus, assiduè comitantur quocunque ille proficiscitur. Cyrus igitur Babylonẽ tendens, vbi venit ad Gyndẽ amnẽ (qui in Mantienis ortus montibus, [d] per Dardaneos in Tigrim alterum amnem fluit, qui Opin vrbem præterlabẽs, rubro infunditur mari) conabatur hũc traiicere, quum non posset nisi nauibus traiici. Interim ei quidam è sacris equis candidis petulãter ingressus fluuiũ, transire conabatur.

c *Hæc verba*, Ducit autẽ rex, &c. *vsque ad*, Cyrus igitur, &c. *paulo inferius videntur collocanda.*

d Per Darneos. *Darnam enim numerat Ptolemæus inter Assyriæ vrbes mediterraneas.*

Ὁ δὲ δὴ Κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τοῦ παιδὸς τὸ οὔνομα Λαβυνήτου καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἀρχήν. στρατεύεται δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτοισι δὴ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴκου, καὶ ποτοῖσι· καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται τῷ στρατῷ σοῦσα ῥέοντος, τοῦ μόνου πίνει βασιλεύς, καὶ ἄλλου οὐδενὸς ποταμοῦ. τούτου δὲ τοῦ Χοάσπεω τὸ ὕδατος ἀπεψημμένου πολλαὶ κάρτα ἅμαξαι τετρακύκλοι ἡμιόνειαι χωρίζουσαι ἐν ἀργυρέοισι ἀγγείοισι, ἕπονται ὅποι αἰεὶ ἐλαύνοι ἑκάστοτε. ἐπεί τε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐγίνετο ἐπὶ Γυνδῃ ποταμῷ, τοῦ ἀπὸ μὲν πηγαὶ ἐν Μαντιηνοῖσι οὔρεσι, ῥέει δὲ διὰ Δαρδανέων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγρην, ὁ δὲ, παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων, ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδιδοῖ· τοῦτον δὴ τὸν Γυνδὴν ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος, ἐόντα νηυσὶ πορπητὸν, ἐνθαῦτά οἱ τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο.

ὁ δὲ μὶν συμψήσας, ἔστορύχιον οἰχώκεε φέρων. χαίρτα δὲ δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ ὁ Κῦρος τούτῳ ὑβρίσαντι· καὶ οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δὴ μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τὸν λοιπὸν καὶ γυναῖκας μιν εὐπετέως, τὸ γόνυ μὴ βρεχούσας, διαβήσεσθαι. μετὰ δὲ τὴν ἀπειλὴν, μετιεὶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα στρατείην, διαίρεε τὸν στρατὸν δίχα. διελὼν δ', κατέτεινε σχοινοτενέας ἔστο-
49 δέξας διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, πρὸς ἑκάτερον τὸ χεῖλος τῦ Γυνδέω τεταμμένας πυκνὰ ξυν. διατάξας δὲ ὁ στρατὸν, ὀρύσσειν ἐκέλευε. οἷα δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἔργα ξοιλύα, ἤνυτο μὲν τὸ ἔργον, ὅμως μέντοι τὴν περιεῖσαν πᾶσαν αὐτῦ ταύτην διέτειψαν ἔργα ξοιλύοντες. ὡς δὲ ὁ Γυνδέω ποταμὸν ἐπάγετο Κῦρος, ἐς τεσσερεσκαίδεκα καὶ ἑξήκοντα μὶν διώρυχας διαλαβών, ἐς τὸ δὲ τέταρτον ἔαρ ὑπέλαμπε, οὕτω δὴ ἤλασε ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα. οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἐκ στρατευσάμενοι, ἔμενον αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἐγγύτερο ἐλαύνων ἀγχοῦ τῆς πόλιος, στρατόπεδόν τε ἐποιήσαντο Βαβυλώνιοι, καὶ ἐσπεσόντες τῇ μάχῃ, κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ. οἷα δὲ ἐξεπισταμένοι ἐπὶ πολέμου Κῦρον οὐκ ἀτρεμίζοντα, ἀλλ' ὀρέοντες αὐτὸν πάντα ἔθνεα ὁμοίως ἐπιχειρέοντα, πολεμάξαντο σῖτα ἐτέων καὶ πολλῶν. ἐνταῦτα οὗτοι μὲν λόγον εἶχον τῆς πολιορκίης οὐδένα· Κῦρος δὲ ἀπορέοντι ὑπεκίνεε, εἴτε χρόνου τε ἐγκυλινδομένου συχνοῦ, αὐτέρῳ ὁ νόος ἐν τῷ φρονήματι τῶν ἐνοικεόντων. εἴτε δὴ ὦν ἄλλος οἱ ἀπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴτε καὶ αὐτὸς ἔμαθε τὸ ποιητέον οἱ ἦν, ἐποίεε δὴ τοιόνδε· τάξας τὴν στρατιὴν ἅπασαν ἔξω ἐμβολῆς τῦ ποταμοῦ, τῇ ἐς τὴν πόλιν ἐσβάλλει, καὶ ὀπίσω αὖτις τῆς πόλιος τάξας ἑτέρους, τὴν ἐξιῆ ἐκ τῆς πόλιος ὁ ποταμὸς πρόσπτε ὁ στρατῷ, ὅταν βαθὺν τὸ ῥέεθρον ἴδωνται γενόμενον, ἐσιέναι ταύτῃ ἐς τὴν πόλιν. οὕτω δὴ τάξας, καὶ κατὰ ταῦτα πρήνεσας, ἀπῆλαυνε αὐτὸς σὺν τῷ ἀρχαίῳ τῦ στρατῦ. ἀπικόμενος δὲ ὅτι τὴν λίμνην, ταύτῃ ἦν τὴν Βαβυλωνίων βασίλεια ἐπείησε κατά τε τὸν ποταμὸν καὶ κατὰ τὴν λίμνην, ἐποίεε καὶ ὁ Κῦρος ἕτερα τοιαῦτα. ὁ γὰρ ποταμὸν διώρυχα εἰσαγαγὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος, τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον ἀβατὸν ἐποίησε, ἔστονοσήσαντος τῦ ποταμοῦ. ἁλομένου δὲ τῦ τοιούτου, ὁ Πέρσαι

A Hunc fluuius vorticibus contorquens, submersũ abripuit. Cyrus autem perquam ægrè ferens hãc fluminis iniuriam, illi comminatus est, se sic redditurum eum tenuem vt in posterum facilè vel à mulieribus transiri posset, ne genua quidem tingẽtibus. Hæc minatus, expeditione in Babylonẽ intermissa, copias suas bifariam diuisit. Dehinc alueos ad funiculum designauit centenos & octogenos, vtrinque ad Gyndis labra omnino conuersos: quos distributis copiis effodi iussit. Et opus quidem, vt quod à tanta multitudine fieret, perficiebatur: tamẽ in eo faciendo eam æstatem triuerunt. Cyrus ergo quum Gyndem mulctasset in trecentos & sexaginta riuos diductum, & alterum ver illuxisset, ita porro ire Babylonem pergit, Babyloniis eum producto exercitu præstolãtibus. Qui, vbi propius vrbem ille promouit, cum eo conflixerunt, prælioque fugati, in oppidum cõpulsi fuerunt. Ii tamen, quia Cyrum iampridẽ animaduerterant inquietum esse, viderántque omnes pariter gentes aggredientẽ, comportauerant permultorum annorum commeatus: ideoque tunc obsidionem nihili faciebãt. Et Cyrus, quum iam longo tempore nihil admodum res ipsius proficerent, inops consilii erat. Tandem, siue alius ei anxio suggessit, siue ipsi in mentem venit quid in rem esset, sic statuit faciẽdum: Instructis vniuersis copiis partim quâ fluuius vrbem ingreditur, partim à tergo quâ egreditur, præcipit vt, quum cernerent alueum posse transiri, illac vrbem inuaderent. Ita instructis atque admonitis suis, cum inutiliori exercitus parte abiit ad paludem. Eò vbi peruenit, quæ Babyloniorum regina fecerat circa flumen & circa paludem, eadem & ipse fecit. [a] Nam reuocato flumine, alueum eius pristinum vado transibilem reddidit. Quod quum ita factum esset, Persæ

a Nam fluuio in paludem, *siue stagnum*, ducta fossa immisso, pristinũ eius alueum, fluuio subsidente, *vel abscedẽte*, peruium reddidit.

qui ad hoc ipsum instructi erant, per alueũ vnde fluuius EVphrates abscesserat, [a] mediorum ferè femorum tenus fortiter Babylonem introierunt. Quos Babylonii, si factũ Cyri prius aut audissẽt aut sensissent, haud dubiè [b] contempto eorum ingressu, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis, conscensisque septis, ipsi pro ripis stãtes illos progressos veluti in cauea excepissent. Nunc ex inopinato eis Persæ astiterũt: & quum capti essent [c] qui media vrbis incolebant Babylonii, propter eius tamen magnitudinem non sentiebatur (vt fertur) ab iis qui circa extrema habitabãt. Sed quòd fortè dies festus eis esset, exercendis choreis atque oblectationibus operam dabant, donec planè hoc resciuerunt. Atque ita primò capta est Babylon.

a Mediorum femorum tenus, ad summum, fortit.

b Ingredi non permisissent, sed pess..

c Nunc ex inopinato illis Persæ superuenerunt. Tantáque vrbis erat magnitudo, vt (quemadmodũ narrant accolæ) quum captiessent qui extremas vrbis partes incolebant, ii qui mediam vrbem incolerent, id nescirent. Sed quòd, &c.

Evius ciuitatis quãta sit potentia, cùm ex aliis multis declarabo, tum verò ex hoc. Quum regi magno omnis plaga cui imperat, sit [d] distributa in ipsius atque exercitus eius alimentũ, præter tributa, ex duodecim quibus annus constat mensibus, quatuor regio Babylonica, octo reliquis eũ omnis Asia alit. Ita huius regionis potẽtia tertiã Asiæ partẽ æquiparat, & eius principatus, (quem satrapiam Persæ vocant) omniũ prouinciarum lõgè est optimus, adeo vt Tritæchmæ Artabazi filio ([e] qui pro rege tributum hoc exigebat) singulis diebus singulæ argenti plenæ artabæ penderentur. Est autem artaba mensura Persica, capacior quàm Atticus medimnus, tribus chœnicibus Atticis. Ad hæc erant ei peculiares equi, præter bello destinatos, admissarii octingenti, cum equarum à quibus admittebãtur, sexdecim millibus. nam singuli à vicenis admittebãtur. Præterea canum Indicorum tanta alebatur multitudo, vt ad præbenda eis cibaria, quatuor in eadem planitie magni vici attributi essent, aliorum tributorum immunes. [f] Atque hæc præsidis Babylonis peculiaria erant.

d *Intelligit, singulis regionibus indies solitum quid alendo regi & eius copiæ persolueret.*

e (Quem rex huic tractui præfecerat)

f Atque hæc ad eum qui Babylonis præfectus erat, pertinebant. Porro, &c.

οὕτω ἐτετάχατο ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ ῥέεθρον τῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ, ὑποπεσόντος αὐδρείως ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κη, καὶ τῇ ἐσήεσθαι ἐς τὴν Βαβυλῶνα. εἰ μὲν νυν προεπύθοντο ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι τὸ ἐκ τῦ Κύρου προβούλευμα, οὐδ' ἂν προεῖδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, διέφθειραν κάκιστα. καταληπόντες γὰρ ἂν πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τὰς αἰμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τῦ ποταμοῦ ἑλληναμβύας, ἕλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν χύρτῃ· νῦν δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου σφι παρέστησαν οἱ Πέρσαι. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν τὰ αὐτὰ οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἑαλωκότων, τοῖσι δὲ μέσον οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων, οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας, ἀλλὰ (τυχεῖν γὰρ σφι ἐοῦσαν ὀρτὴν) χορεύειν τε τὸν τότε χρόνον, καὶ ἐν ὑπερπλήσι εἶναι. ἐς ὃ δὴ καὶ τὸ κάρτα ἐπύθοντο. καὶ Βαβυλὼν μὲν οὕτω πρῶτον ἀνῃρέτο.

Τὴν δὲ δυνάμιν τῦ Βαβυλωνίων πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι δηλώσω ὅσην τινὰ ἔχει, ἐν δὲ καὶ τῷδε· βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἐς ἐφόρια αὐτῷ τε καὶ τῇ στρατιῇ διαιρήσεται πάρεξ τῦ φόρου γῆ πᾶσα ὅσης ἄρχει. δυώδεκα ὧν μηνῶν ἐόντων ἐς τὸν ἐνιαυτόν, τοὺς τέσσερας μῆνας φέρει μούνη ἡ Βαβυλωνίη χώρη, τοὺς δὲ ὀκτὼ τῶν μηνῶν ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀσίη. ἔστω δὴ τριτημορίη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης. καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης ταύτης, τὴν οἱ Πέρσαι σατραπηίην καλέουσι, ἔστι ἀπὸ σέων τῶν ἀρχέων πολλόν τι κρατίστη, ὅκου Τριταίχμῃ τῷ Ἀρταβάζῳ ἐκ βασιλέος ἔχοντι τὸν νομὸν τοῦτον, ἀργυρίου μὲν προσιὸν ἑκάστης ἡμέρης ἀρτάβη μέτρῳ ἡ δὲ ἀρτάβη, μέζον ὀκτὼ Περσικοῦ χοινίκων· ἵππους δὲ οἱ αὐτῷ ἑπτακισχιλίους τοὺς ἐπιλέκτους, παρεξ τῶν πολεμιστηρίων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλείας, ὀκτακόσιοι· οἱ δὲ βαινόμεναι, ἑξακισχίλιαι καὶ μύριαι. ἀνέβαινε γὰρ ἕκαστος τῶν ἐρσένων τούτων εἴκοσι ἵππους. κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν τοσοῦτον δή τι πλῆθος ἐτρέφετο, ὥστε τέσσαρες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κώμας μεγάλας, τῶν δὴν ἐοῦσαν ἀτελέας, τοῖσι κυσὶ παρεσιτέατο σιτία παρέχειν. τοιαῦτα μὲν τῷ ἄρχοντι τῆς Βαβυλῶνος ὑπῆρχε ἐόντα.

πρῶτον ἀνῃρέτο

χρόνον ἐόν Π.

χωρέει

χρόνον Ἀτθικῆς

χρόνον πολεμιστέων,

Ἡ δὲ ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ γῆ ὀλίγον, καὶ τὸ ἐκ βέθρου τὴν ῥίζαν ἔχον σῖτον, ὅτι τοῦτο ἀρδόμενον μούνοισι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀδρύνεται τε ὃ λήϊον, καὶ καρπὸν ἐκφέρει ὁ σῖτος, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, αὐτῇ δὲ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος ἐς τοὺς ἀρόσεας, ἀλλ' ἀχερσί τε καὶ κηλωνίοισι ἀρδόμενος. Εἰ γὰρ Βαβυλωνίη χώρη πᾶσα, καθάπερ ἡ Αἰγυπτίη, κατατέτμηται ἐς διώρυχας· καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ὅσοι νηυσὶ περητός, πρὸς ἥλιον τετραμμένη τὸν χειμερινόν. ἐσέχει δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς τὸν Τίγριν, παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἰκέατο. ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἁπασέων μακρῷ ἀρίστη, τὰς ἡμεῖς εἴδομεν, Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν· τὰ γὰρ δὴ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πειρᾶται ἄρχειν φέρειν, οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον, οὔτε ἐλαίην. τὸν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρει ἐστί, ὥστε ἐπὶ δεκάκις μοῦνον τοῦ σπόρου ἀποδιδόναι· ἐπεὰν δὲ ἄριστα αὕτη ἐωυτῆς ἐνείκῃ, ἐπὶ τεκαιεικοσίοις ἐκφέρει. τὰ δὲ φύλλα αὐτόθι τῶν τε πυρῶν καὶ τῶν κριθέων ὃ πλάτος γίνεται τεσσάρων ὑπερτείων δακτύλων. ἐκ δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρου μέγαθος γίνεται, ὀξέως εἰσάμενος, μνήμιον οὐ ποιήσομαι· ὃ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὸν Βαβυλωνίην χώρην, καὶ τὰ εἰρημένα καρπὸν ἐχόμενα, ἐς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖκται. χρέωνται δὲ οὐδὲν ἐλαίῳ, ἀλλ' ἐκ τοῦ σησάμου ποιεῦντες. εἰσὶ δὲ σφι φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον, οἱ πλεῦνες αὐτέων καρποφόροι· ἐκ τοῦ καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται. τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι· τά τε ἄλλα, καὶ φοινίκων τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τοῦτον τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόρῃσι τοῦ φοινίκων, ἵνα πεπαίνηται σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδυνών, καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος. ψῆνας γὰρ δὴ φέρουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, καθάπερ δὴ οἱ ὄλωπες. ὃ δὲ ἁπάντων θωῦμα μέγιστόν μοι ὅδε ἐστὶ τῶν αὐτῶν, μετὰ γε τὴν πόλιν αὐτήν, ἐρχομαι φράσων.

Τὰ πλοῖα αὐτοῖσι ὅσα ἐστὶ κατὰ τὸν ποταμὸν πορευόμενα ἐς τὴν Βαβυλῶνα ἐόντα κυκλοτερέα, πάντα σκύτινα. ἐπεὰν γὰρ ἐν τοῖσι Ἀρμενίοισι τοῖσι κατύπερθε Ἀσσυρίων οἰκημένοισι νομέας ἰτέης ἁμάξιους ποιήσωνται, ὑλοτομήσαντες τὴν ἰτέην, τὰ μὲν πρῶτα ἐκτείνουσι ἐν μέσῳ τὸν ὑπόπεδον, ἐκ πλαγίων δὲ περιτείνουσι τὰς ἁμαξίδας ἐκτὸς, ἐπιβάλλοντες ἐπὶ τὸν ὑπόπεδον· ποιήσαντες δὲ τὸν τρόπον τοῦτον, ἐπιπλοΐζουσι τὰ πλοῖα ἐπὶ τὸν ποταμὸν, φορτία ἐπιτιθέντες. ἐμβατεύει δὲ τὰ πλεῦνα ἐς τὸν ἐπιπλοΐζεται ἐκ τῆς Ἀρμενίης ἄνω, ἐόντα φορτηγὰ μάλιστα, καὶ ἐπὶ τούτων τὸν κυβερνήτην ἀνάγκη ἐστὶ ἐμβατεύειν. ἐπεὰν δὲ ἐς τὴν Βαβυλῶνα ἀπίκηται σὺν τῷ πλοίῳ, καὶ τὸ φορτίον ἐκπεραιωθῇ, τὰς ἁμαξίδας πάσας ἐξαιρέουσι τὰς ἐκ τῶν πλοίων, καὶ τὸν ὑπόπεδον, καὶ τὰς ἁμαξίδας ἐπὶ τῶν ὄνων ἐπιθέντες, ἐξελαύνουσι ἐς τὴν Ἀρμενίην ἄνω· ἐκ γὰρ τοῦ ῥόου ἀδύνατα ἐστὶ ἀναπλέειν διὰ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ῥεύματος· διὰ τοῦτο καὶ τὰ πλοῖα οὐκ ἐκ φορμίσκων ποιεῦνται, ἀλλὰ ἐκ σκυτίνων. ἐπεὰν δὲ ἐκ τῆς Ἀρμενίης ἄνω ἐλάσαντες ἀπίκωνται, ἐς τὴν Ἀσσυρίην καὶ τὴν πόλιν ταύτην, καὶ διὰ χρόνου ὀλίγου ἐκ τοῦ ῥεύματος ἀπαλλαχθῇ τὸ ὕδωρ, τὰς μὲν βύρσας ἑκάστας ἐξαιρέουσι, καὶ ἐπὶ τῶν ὄνων ἐπιθέντες, ἐξελαύνουσι ἐς τὴν Ἀρμενίην ἄνω, αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τῶν ὑπολοίπων ἀσκῶν ἐπιβάντες, ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα κατίθενται· ἐπὶ τοιούτων δὲ ἀσκῶν πάντα τὰ πλοῖα κατίθενται.

[a] Porro in Assyriorum terra parum pluit. Quod in ea frumenti germinat, id demum est quod ex flumine irrigatur. Irrigatur autē seges prouenitque frumentū, nō quemadmodum in AEgypto, flumine sua sponte in arua ascendēte, sed manibus [b] atq; scrobibus irrigatum. Etenim Babylonica regio omnis (quemadmodū AEgyptiaca) dissecta est in fossas, quarū maxima nauibus transiri potest, [c] ad solē hybernum vergens: [d] exit autem ex Euphrate in Tigrim alterum flumen, ad quod vrbs Ninus sita erat. Hæc regio omniū quas nos vidimus, [e] longè optima est, duntaxat ferendo frumento. Nam in arboribus ferēdis, ficu, vite, olea, nequaquam de principatu contendit. Cereris autē fructu procreādo adeo ferax est vt nusquā non ad ducena reddat: vbi autē bonitate sese ipsa vincit, etiam ad tricena. Quaternum autē digitorum maximorū latitudo est tritici atque hordei foliis. [f] Milii verò ac sesami proceritatē instar arborū, etsi mihi cōpertā, tamē memorare supersedeo, probè sciens, iis qui nunquā Babylonicam regionem adierūt, quæ de frugiferis dicta sunt, perquā incredibilia visum iri. Oleo autem non vtuntur nisi quod ex sesamis faciunt. Sunt eis passim per omnē regionē palmæ sua spōte nascentes, pleræque fructiferæ: ex quibus & cibos & vinū & mel conficiunt, colentes ficuum more. Harum, vt aliarum arborum, Græci masculas vocant, quarum fructum iis quæ palmulas ferunt alligant, vt illinc prodiens culex, palmulas penetrans cōgat matureſcere, alioqui occasuras. Masculæ enim in fructu culices [g] ferunt, quemadmodum caprificī. Venio ad id quod ex omnibus quæ sunt in ea regione, secūdum ipsam vrbem, mihi summo miraculo est differendum.

[h] Nauigia illorum quæ per flumē cōmeant Babylonē, omnia sūt orbiculata atque coriacea, quæ pecuarii Armenii, qui supra Assyrios incolūt, excæsis salicib⁹ faciūt,

a Porro in Assyriorum regione parū pluit: & hoc ipsum est quod frumēti radicem alit: seges tamen fluuio rigata fit lætior: prouenitque, &c.

c *Id est, Ad solstitium hybernum.*

d Pertingit autem ab Euphrate.

e Longè præstātissima est ferēdo quidem certè frumento. Nam alioqui arbores ne ab initio quidem ferre potest: veluti ficum, vitem, oleam. Cereris, &c.

f In quam autē altitudinem milium & sesamum arboreſcant, etsi probè norim, tamen id non referam: quum scīā, iis qui n.

g Producunt.

h *Hūc locum ita vertit Bayf. in lib. De re Nauali,* Nauigia illis sūt quæ secundo flumine deferuntur Babylonem versus, omnia circularia forma, eáq; ex aluta. Vbi enī Armenii qui supra Assyrios habitāt, ligna circularia è salice coaptarunt, obtē-

dunt extrorsus tegumenta è pellibus, quibus soli vice vtuntur carinæque loco, nulla neque puppis neque proræ forma discreta, verùm scuti instar, in orbem composita: deinde stipula referciunt, illúdque nauigium flumini permittunt, mercibus onustũ: præcipuè autem bicosè palmarum foliis comportãt vino refertos. Regunturautem gubernaculis duobus, cum totidem hominibus qui stant: quorum alter introrsum trahit, alter extrinsecus propellit. Fiúntque hæc nauigia valde magna, nonnulla & minora: eorum autem maxima ferunt onus talẽtorum quinque millium. Ineſt & in vnoquoque nauigio asinus viuus, in maioribus etiam plures. *Pro Bicos è palmarum foliis, alij Dolia palmea interpretantur.*

instruúntque pellibus, nudo illarum extrinsecus posito in modũ soli: neque puppe discreta, neque prora acuminata, sed in speciem clypei magis orbiculata. Tale nauigium stramentis stipatum fluuio deferendum permittũt, cùm aliis rebus, tum verò doliis è palmularum vino onustum, dirigentibus illud duobus, cum totidem palis: quorum alter introrsum palum trahit, alter exterius pellit. Fiunt autem nauigia hæc & magna admodum & minora: quorum maxima quæque ferunt pondus quinque millium talentorum, singula singulos asinos viuos intus habentia, maiora etiam plures. Postquam igitur nauigantes Babylonem peruenerunt, onúsque exposuerunt, lignis nauigii atque omnibus stramentis venundatis, pelles asinis imponunt, cósque in Armeniam agitant. aduerso enim flumine nauigari præ illius rapiditate nullo pacto potest. Propterea enim non ex lignis, sed ex pellibus nauigia fiunt. Iidem, vbi asinos agitando in Armeniam redierũt, alia ad eundem modum nauigia comparant. Et naues quidem eorum tales sunt.

Amictu autem tali vtuntur: Duabus amiciuntur tunicis, vna linea vsque ad pedes demissa, cui alteram laneam superinduunt: postremò candidam penulam circumiiciunt. Calceos gerunt gentis more, soleis Thebanis penè similes. Capita habentes comata, mitris redimiunt, vnguentis toto corpore delibuti. Annulũ signatorium singuli gestant, & sceptrum affabrefactum, cui superstat aut malum, aut rosa, aut lilium, aut aquila, aut aliud quippiam. Nam absque insigni gestare sceptrum ipsis nefas est. Atque hic eorum corporis est cultus.

Leges verò quæ constitutæ ab ipsis, hæc sunt: Vna quidem, prudentissima, altera autem (quantũ ego sentio) qua Enetos qui sunt ex Illyriis, audio vti per singulos pagos. Semel enim quotannis ista fiebant. Vbi virgines effectæ

A τοιτεύνοισι τούτοισι διφθέρας γεγαστρίδας
ἔξωθεν, ἐδάφεος δίκην, οὔτε πρύμνῃσι ἀ-
ποκρίνουσας, οὔτε πρῴρῃσι σινὰ ἔχουσας,
ἀλλ' ἀσπίδος δίκην κυκλοτερέα ποιησάμ-
τες, ἐς καλάμης πλήσαντες πρῶτα τὸ πλοῖ-
ον τοῦτο, ἀπιᾶσι κατὰ τὸν ποταμὸν φέρεσθαι,
φορτίων πλήσαντες· μάλιστα δὲ, βίκησι
φοινικηίοισι κατάγουσι οἴνου πλέους. ἰθύνε-
ται δὲ ὑπὸ τε δυοῖν πλήκτροιν, καὶ δύο ἀν-
δρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων. καὶ ὁ μὲν ἕσω ἕλκει τὸ
B πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. ποιέεται δὲ καὶ
κάρτα μεγάλα ταῦτα τὰ πλοῖα, τὰ μὲν ἐλάσσω
τὰ δὲ μέζονα αὐτέων, καὶ πεντακισχι-
λίων τὰλάντων φόρτον ἔχει. ὑπὲρ ἑκάστῳ δὲ
πλοίῳ ὄνος ζωὸς ἔνεστι, ὑπὲρ δὲ τοῖσι μέζοσι, πλεῦνες. ἐπεὰν οὖν ἀπίκωνται πλέοντες ἐς
τὴν Βαβυλῶνα, καὶ διαθέωνται τὸν φόρ-
τον, νομέας μὲν τοῦ πλοίου καὶ τὴν κα-
λάμην πᾶσαν ἀπεκπυρῶσαι· τὰς δὲ διφθέρας
ἐπισάξαντες ὅπισθε τοὺς ὄνους, ἀπελαύνουσι
C ἐς τοὺς Ἀρμενίους. αὐτὰ μὲν γὰρ δὴ
οὐκ οἷά τε ἐστὶ πλέειν ὀπίσω ἐς τοῦτο
τὰχος τοῦ ποταμοῦ. διὰ γὰρ ταῦτα, καὶ οὐκ
ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ δι-
φθερέων· ἐπεὰν δὲ τοὺς ὄνους ἐλαύνοντες ἀ-
πίκωνται ὀπίσω ἐς τοὺς Ἀρμενίους, ἄλλα
τρόπῳ τῷ αὐτῷ ποιεῦνται πλοῖα. τὰ μὲν δὴ
πλοῖα αὐτοῖσι ἐστὶ τοιαῦτα.

Ἐσθῆτι δὲ τοιῇδε χρέωνται· χιτῶνι πο-
δηνεκεῖ λινέῳ· καὶ ἐπὶ τούτῳ ἄλλον ἠμιέσεον
D χιτῶνα ἐπενδύτην. καὶ χλανίδιον λευκὸν περι-
βαλλόμενοι, ὑποδήματα ἔχουσι ἐπιχώρια, τῷ-
περ πλησίαι τῇσι Βοιωτιχῇσι ἐμ-
βάσι. κεκμῶντες δὲ τὰς κεφαλὰς, μίτρῃσι 51
αἱμαδέοισι, μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα.
σφρηγῖδα δ' ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον
χειροποίητον· ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔ-
πεστι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρί-
νον, ἢ αἰετὸς, ἢ ἄλλο τι. οὐθὺ γὰρ ὑπο-
σήμου οὔ σφι νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον.
αὐτὴ μὲν δὴ σφι ἀρτίσις τοῦ τὸ σῶμά
E ἐστι.

Νόμοι δὲ αὐτοῖσι ὧδε κατέστασι· ὁ μὲν
σοφώτατος ὅδε, κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην,
ὡς καὶ Ἰλλυριῶν Ἐνετοὺς πεῦθόμενοι χρῆ-
σθαι· κατὰ κώμας ἑκάστας ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἑκά-
στου ἐποιέετο τάδε· ὡς αἱ παρθένοι ἡλικίαν

γάμων ὡραίας, ταύτας ὅπως σύνοικον λάβοιεν A πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας· πέριξ δὲ αὐτὰς ἵστατο ὄμιλος ἀνδρῶν. ἀνιστὰς δὲ κατ' μίαν ἑκάστην κήρυξ πωλέεσκε, πρώτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην ἐκ πασέων· μετὰ δὲ, ὅπως αὐτὴ εὐεῖδσα πολλὸν χρυσίον πραθείη, ἄλλην ἀνεκήρυσε, ἣ μετ' ἐκείνην ἔσκε εὐειδεστάτη. ἐπωλέοντο δὲ ὀπόταν συνοικήσειν. ὅσοι μὲν δὴ ἔσκον εὐδαίμονες τῶν Βαβυλωνίων ὀπύγαμοι, ἐπρηδάλλοντες ἀλλήλοις ἐξωνέοντο ταὶ καλλιστευούσας· ὅσοι δὲ τῶν δήμου ἔσκον ὀπύγαμοι, οὗτοι δὲ εἶδος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ, οἱ δ' αὖ χρήματά τε καὶ αἰσχίονας παρθένους ἐλάμβανον. ὡς γὰρ δή οἱ ἐξελθοι ὁ κήρυξ πωλέων ταὶ εὐειδεστάτας τὰς παρθένων, αὐτίκα αὖ τὴν ἀμορφοτάτην, ἢ εἴ τις αὐτέων ἔμπηρος ἦε. καὶ ταύτην ἀνεκήρυσε, ὅστις θέλοι ἐλάχιστον χρυσίον λαβών, συνοικέειν αὐτῇ· ἐς ὃ τῶν ἐλαχίστου ὀπυιομένῳ τοσοῦτος ἐπεκείτο. τὸ δὲ αὖ χρυσίον ἐγίνετο ἀπὸ τῶν εὐειδέων παρθένων. καὶ οὕτω αἱ εὔμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους ἐξεδίδοσαν. ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα ὅτεῳ βούλοιτο ἕκαστος, οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ αὖ ἐλκυστέων ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον χωρὶς ἐγγυητάς χρῆν καταστήσαντα, ἢν μὴν συνοικήσειν αὐτῇ, οὕτω ἀπάγεσθαι· εἰ δὲ μὴ συμφερέοιτο, ἀποφέρειν τὸ χρυσίον ἔκειτο νόμος. ἐξῆν δὲ καὶ ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν βουλόμενον ὠνέεσθαι. ὁ μὲν δὴ κάλλιστος νόμος, οὗτός D σφι ἐγένετο· νῦν δὲ μέντοι καὶ οὗτος διατέλεε ἐών. ἄλλο δέ τι ἐξεύρηκαν οἱ νεωστὶ ἡμέαν, ἵνα μὴ ἀδικοῖεν αὐτάς, μηδ' ἐς ἑτέρην πόλιν ἀπάγωνται. ἐπεί τε γὰρ ἁλόντες ἐκακώθησαν καὶ οἰκοφθορήθησαν, πᾶς τις τῶν δήμου βίᾳ ἀσαρίζων καταπορνεύῃ τὰ θήλεα τέκνα.

Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε· τοὺς κάμνοντας ἐς τὴν ἀγορὴν ἐκφορέεσκον (οὐ γὰρ δὴ ἰητροῖσι) προσιόντες δὲ πρὸς τὸν κάμνοντα, συμβουλεύοισι περὶ τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτον ἐπαθε οἷόν περ οὗτος ἔχει ὁ κάμνων, ἢ ἄλλον εἶδε παθόντα. ταῦτα προσιόντες συμβουλεύοισι, καὶ παραινέοισι ἅσα αὐτὸς ποιήσας ἐξέφυγε ὁμοίην νοῦσον, ἢ ἄλλον εἶδε

essent nubiles, eas quum cõgregassent, vniuersas vnum in locũ recipiebant, quas circumsistente virorum frequentia, surgens præco sigillatim vẽdebat: sed primùm pulcherrimam omnium, [a] secũdum hanc (vt quamplurimo vẽditur auro) aliam euocabat quæ post illam esset speciosissima. Vẽdebatur autem in cõtubernium. Babylonii igitur qui locupletes, & iidem cælibes erãt, pulcherrimas quasque mercabantur, vtquisque licitando alterum superauerat. At iis ex plebe qui essent cælibes, his nõ opus erat pulchra forma: ideo turpiores virgines simúlque pecunias accipiebant. Nam præco, vbi virginum speciosissimarũ peregisset venditionem, [b] excitabat deformissimam, siquis illorum mercari volens existeret: edicebátque quisquis vellet quamminimo auri sumpto eam in matrimonium habere, donec illi qui minimo contentus esset, fœmina addiceretur. Ita aurum ex speciosis virginibus conficiebatur, & sic speciosæ deformes ac [c] debiles collocabant. [d] Quarum nullam cuique emptori fas erat sine fideiussoribus abducere, sed datis fideiussoribus de ducenda illa in vxorem, ita demum licebat abducere. si de hoc non conueniebat, lex lata erat vt aurum illi redhiberet. Quinetiam ex alio pago venientibus licebat vxorem mercari si vellent. [e] Hæc apud eos honestissima lex erat, quæ tamẽ nõ perseuerauit. Sed nouissimè aliud quiddam excogitauerunt, ne quis fœminas iniuria afficiat, néue quis aliam in vrbem abducat. Nã posteaquam expugnati malè accepti sunt, rémque domesticam absumpserunt, vnusquisque plebeius qui victus inopia premitur, filias suas adigit ad quæstum corpore faciẽdum. Alteram item sapienter condiderunt legem, ægrotos efferendi in forum: (neque enim medicis vtuntur) vt de eorum languore consulant [f] qui eos adeunt, siquis & ipse eundem passus est morbum, aut alium vidit patientem. Hæc viri qui illos adeunt consulunt, hortantúrque ad ea quæ ipsi faciendo effugerint similem morbum, aut alium nouerint

a Vbi autem hęc auro multo vendita erat, aliã addicebat, quæ secundum illã esset spec. Vendebantur autem ea conditione vt vxores essent *emptoribus*. Babylonii igitur qui, *&c.*

b Surgere iubebat.

c Debilitatas aliqua parte corporis. *Vel*, Quæ aliquo vitio corporis laborarent.

d Nec verò cuique suam filiam collocare licebat cui vellet, neque emptori sine fid.

e *Videntur in Gr. exemplaribus præposterè collocata esse quædam verba, & esse hic sensus*, Et hæc quidẽ apud illos honestissima consuetudo erat, ne iniurias illas afficerẽt, neque in aliam vrbem abducerent. Verùm ad hæc vsque tẽpora nõ permansit: sed nouissimè aliud q. excogitauerunt. Nam posteaquã in *suæ vrbis* expugnatione vexati fuerunt & bonis euersi, vnusquisq.

f Accedentes igitur ad ægrotũ siqui aut eodem morbo laborauerint, aut laborantem alium viderint, de illo consilium dant, hortant.

effugisse. Nec fas est cuiquam ægrotantes præterire silentio, nec antequam exploraverit quónam ille morbo laboret. Sepulcra eis dé in melle sunt: luctus funebres AEgyptiacis persimiles. Quoties autem cum vxore miscetur vir Babylonius, adhibito thymiamati assidet, & ex altera parte mulier idem facit. Quinetiam sub diluculum abluuntur ambo, nullum vas priusquam se abluerint tacturi. Eadem & hæc Arabes faciunt. Vna iisdem Babyloniis lex est omnibus modis fœda. nempe omnibus mulieribus indigeniscómune est, semel in vita ad Veneris templum desidentibus, cũ externis viris cõsuetudinem habere. Cæterùm quum pleræque sint diuitiis tumentes, [a] quæ sui copiã facere recusent, hæ vehiculis cameratis vectæ, pro templo consistũt, relicta interim à tergo magna famulitii turba. Pleræque etiam hunc in modum faciũt. Ad templum Veneris sedent nodis corollisque tẽpora reuinctæ multæ mulieres, è quibus aliæ accedunt, aliæ discedunt. Nam diuerticula vndecunque sic funiculis distincta aditum præbent externis ad mulieres illas, quam cuique libuerit deligendam. Porro quum semel illic cõsederint, non prius domum regrediũtur quàm hospitum aliquis pecuniam mulieri in sinum iniecerit, & cũ eadẽ à fano seorsum abducta rem habuerit. Hospitem autem illũ qui pecuniam obtulit, dicere oportet, Ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittã enim Assyrii Venerem appellant. Ac verò pecuniam illam, quantulacunque sit, non fas est reiicere, [b] siquidem in sacrum conuertitur vsum. Neque mulieri etiã permittitur hospitem aliquẽ repudiare: sed quicunque is est qui pecuniam obiecerit primus, hunc illa sequitur citra delectum. Postremò vbi iã congressa fuerit cũ externo muliер, [c] dea expiata, domũ reuertitur. At deinceps [d] haud ita multo conduxeris. Iam, quæ forma sunt elegantiori, citius discedunt: quæ verò deformes, diutius coguntur desidere pro tẽplo antequã legi faciãt satis. Fitq; interdũ vt vno atque altero anno aut etiã triennio atque diutius expectare oporteat miseras. [e] Alicubi, nẽpe in Cypro,

a Quæ se aliis immiscere dedignãtur, hæ veh.

b Siquidem illa sit sacra.

c Rite factis deę sacris.

d Nihil tã magnum est quod dato potiri illis possis.

e Sed & in aliqua Cypri parte simil.

A οὐκ φυγόντα. σιγῇ δὲ παρεξελθεῖν καὶ κάμνοντα οὕτω σφι ἔξεστι, πρὶν ἂν ἐπείρηται ὑπ' ἄνδρα ὁκόθεν ἐστὶ τὸν νοῦσον ἔχει. Ταφαὶ δὲ σφι εἰσὶ μέλιτι. Θρηϊκῶν δὲ τοῖσι ἐγγὺς Ἀπολλωνίης τοῖσι ἐν Ἀγρίῃ. ὁσάκις δ' ἂν μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος, πυρὶ θυμίημα καταιθάλμενον ἵζει, ἑτέρωθι δὲ ἡ γυνὴ τοῦτο τὸ ποιέει. ὄρθρου δὲ ἡμαθύου, λοιῶνται ἀμφότεροι· ἄλλεος γὰρ οὐδενὸς ἅπτονται πρὶν ἂν λουσώνται. Ταυτὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀραβίοι ποιέουσι. ὁ δὲ δὴ αἴσχιστος τῶν νόμων ἐστὶ τοῖσι

B Βαβυλωνίοισι, ὅδε· δεῖ πάσῃσι γυναιξὶ ἐπιχωρίοισι ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ μίσγεσθαι ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἀπάξ ἐν τῇ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. πολλαὶ δὲ καὶ οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλλῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφερεύσας, ἵστανται ἐπὶ ζευγέων κατάκομοι ἐσκαμαρῆσι ἑλκόμεναι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑσᾶσι. πολλὸς δὲ σφι ἕπεται πολλὴ θέσπιν. αἱ δὲ πλοῦσαι ποιεῦσι ὧδε· ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατέαται στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θωμηκὸς πολλαί γυναῖκες. αἱ μὲν γὰρ προσέρχονται, αἱ δὲ

C ἀπέρχονται. φοινικηίη δὲ δι' ὁδοῦ πάντα τόπον ὁδὸς ἔχουσι ἀπὸ τῶν γυναικῶν, δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέγονται. ἔνθα ἐπεὰν ἵζηται γυνή, οὐ πρότερον ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία, πρίν τις οἱ ξείνων ἀργύριον ἐμβαλὼν ἐς τὰ γοῦνατα, μιχθῇ ἔξω τοῦ ἱροῦ. ἐμβαλόντα δὲ δεῖ εἰπεῖν τοσόνδε, Ἐπικαλέω σε τὴν θεὸν Μύλιτταν. Μύλιττα δὲ καλέουσι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. Τὸ δὲ ἀργύριον, μέγαθος ὁκόσον ἰσχυρόν ὦν. οὐ γὰρ μὴ ἀπώσηται. οὐ γὰρ θέμις ἐστί. γυνὴ γὰρ ἱρὴν

D τοῦτο τὸ ἀργύριον· τῷ δὲ προσφάτῳ ἐμβαλόντι ἕπεται, οὐδὲ ἀποδοκιμᾷ οὐδένα· ἐπεὰν δὲ μιχθῇ, ἀποσωσαμένη τὴν θεόν, ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία· καὶ τῷ ἀπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις ὥς μιν λάβῃς. ὅσαι μὲν νυν εἶδός τε ἐπαγωγὸν εἰσὶ καὶ μεγάθεος, ταχὺ ἀπαλλάσσονται· ὅσαι δὲ ἄμορφοι αὐτέων εἰσί, χρόνον πολλὸν τοὺς μνῶιοισι, οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι· καὶ γὰρ τριηκόσιαι καὶ τετρακόσιαι μετεξέτεραι

E χρόνον μνῶιοισι. ἐνιαχῇ δὲ καὶ τῆς Κύπρου

§2

ὅστ' ὠδὲ πλήσιος τούτῳ νόμος. νόμοι μὲν A similis quædam lex est. Hæc
δὴ τοῖσι Βαβυλωνίοισι οὗτοι κατέστασι. sunt Babyloniorum instituta.
Εἰσὶ δὲ αὐτέων πατριαὶ τρεῖς, αἱ τοὺς ἄλ- quorum tres sunt [a] familiæ, quæ [a] Tribus
λους σιτέονται εἰ μὴ ἰχθῦς μοῦνον· τοὺς ἐπεί τε nullo alio nisi piscibus victitant.
αἰ θηρεύσαντες αὐήνωσι τοῖς ἥλιον, ποιεῦσι τάδε. quos captos vbi arefecerunt ad
ἐς γάλλοισι ἐς ὅλμον, καὶ λεήναντες solem, hoc faciunt: In pilam
ὑπέροισι, σῶσι διὰ σινδόνος. καὶ ὃς μὲν αἰ coniiciunt, ac pistillis pinsunt:
βούληται αὐτέων, ἄτε μάζαν μαξάμενος [b] deinde linteis conseruant, vn- [b] *Legit* σώζοισι, *quum* σῶσι *vera sit scriptura. id est,* incernunt per linteum.
ἔχει· ὁ δὲ, ἄρτου τρόπον ὀπτήσας. de quisquis vult conspergit, of-
famque facit quam in modum
panis torreat.

Ὡς δὲ τῷ Κύρῳ, καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος κατέργα- Cyro, post hanc gen-
σο, ἐπεθύμησε Μασσαγέτας ἑωυτῷ ποιήσασθαι. B tem ab eo subactam, incessit
ὃ δὲ ἔθνος τοῦτο, καὶ μέγα cupido Massagetas
λέγεται εἶναι καὶ ἄλκιμον, οἰκημένον δὲ πρὸς in suam potestatem redigendi.
ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολάς, πέρην τοῦ Ἀράξεω Quæ gens fertur & magna esse &
ποταμοῦ, ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων ἀνδρῶν. strenua, ad auroram solisque or-
εἰσὶ δὲ οἵτινες καὶ Σκυθικὸν λέγουσι τοῦτο ὃ tum sita, trans Araxem fluuium
ἔθνος εἶναι. ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων regione Issedonorum. Sūt etiam
καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἴστρου· νήσους δὲ ἐν αὐτῷ qui eam Scythicæ nationis esse di
Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίας συμ- cāt. Araxes Istro maior & idē mi-
μάχας φασὶ εἶναι. ἐν δὲ αὐτῇσι, αὐθήμερον οἱ nor esse memoratur: & in eo fre-
σιτέονται μὲν ῥίζας ὃ θέρος ὀρύσσοντες πολ- C quētes insulæ Lesbo pares magni-
λάς· καρποὺς δὲ ἀπὸ δενδρέων ἐξευρημέ- tudine: & homines qui illas inco-
νους σφι ἐς φορβὴν κατατίθεσθαι ὡραίους, lūt, æstate vesci radicibus quibusli
καὶ τούτους σιτέεσθαι τὸν χειμερινόν. ἄλ- bet quas ipsi euellunt: arborū autē
λα δὲ σφι ἐξευρῆσθαι δένδρεα καρπούς fructus quos maturos comperiūt,
τοιούς δέ τινας φέρεσθαι, τοὺς, ἐπεί τε αὐ ἐς in cibum reponere, quo per hye-
τὠυτὸ συνέλθωσι καὶ εἴλας, καὶ πῦρ αἰθα- mem vescantur. Ab illis inuentas
καύσωνται, κύκλῳ περιζομένους ὀπιθάλ- etiam esse arbores talem fructum
λειν ἐπὶ τὸ πῦρ· ὀσφραινομένους δὲ καπνοῦ ferentes, qui iactus ab illis in ignē
θαλιζομένου τοῦ καρποῦ τοῦ ὀπιεδομένου, quem turmatim collecti accen-
μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, κατάπερ Ἕλληνας D derint, odore suo eos circumqua-
τοῦ οἴνου. πλῆθος δὲ ὀπιεδομένου τοῦ καρ- que considentes perinde inebriat
ποῦ, μᾶλλον μεθύσκεσθαι. ἐς ὃ ἐς ὄρχησίν τε ac vinum Græcos: & eo vehemē-
ἀνίσασθαι, καὶ ἐς ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι. τούτων tius quo plus eius fructus fuerit
μὲν αὕτη λέγεται διαίτα εἶναι. ὁ δὲ Ἀ- iectum, donec ad tripudiandū
[c] Μαντιηνῶν ράξης ποταμὸς ῥέων μὲν ἐκ [c] Μαντιηνῶν, cantandúmque consurgant. At-
ὁρμώμενος δὲ ἐκ τῶν Γορδυαίων ὀρέων, ὃς δὲ E que hæc fertur eorum esse viuen-
ἐς τὰς διώρυχας τὰς ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας διέλαβε ὁ Κῦ- di consuetudo. Araxes porro
ρος· τόμαισι δὲ ἐξερεύγεται τεσσεράκοντα, fluuius à Mantienis quidem, vn-
τῶν τὰ πόρτα πλὴν ἑνός, ἐς ἕλεά τε καὶ de & Gyndes (quem Cyrus in tre-
τενάγεα ἐκδιδοῖ. ἐν τοῖσι αἰθήσσουσι καὶ centos ac sexaginta diduxit riuos)
τοιεῦσι ἐν τοῖσι ἰχθῦς ὠμοὺς σιτεομένους, fluit, sed per sexaginta ora prorūpens, quæ, vno excepto, in palu-
ἐνθῆτα δὲ νομίζουσι χρᾶσθαι φωκέων δέρ- des eluuiēsque euoluuntur. vbi fe-
μασι. ὃ δὲ ἓν τῶν τομάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέῃ runtur homines habitare qui
ἐς τὴν καθαρὸν ἐς τὴν Κασπίην θάλασσαν. crudis victitent piscibus, & pro
vestibus vtantur vitulorum mari
norum pellibus. Reliquum illud
per apertū fluit in mare Caspiū,
quod mare per sese est, nec vllo
cum alio commiscetur. Nam &
illud quod Græci omne pernaui-
gant, & id quod extra columnas
est, Atlanticum dictum & ru-

ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα ἐστὶ ἐπ' ἑωυτῆς, οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. τὴν μὲν γὰρ Ἕλληνες ναυτίλλονται πᾶσαν. τὴν δὲ ἔξω στηλέων θάλασσαν τὴν Ἀτλαντίδα καλεομένην,

brum idé eſt mare. Caſpiũ verò eſt alterum, ac per ſeipſum, longitudinis quindecim dierũ, curſui nauis quæ remis vtatur: latitudinis, vbi ſpatioſiſſimum eſt, octo dierum. Eſt autem, qua ex parte ad veſperum vergit, Caucaſo prætentum monte, cuius cùm maxima vaſtitas tum ſumma eſt altitudo, multáſque atque omnifarias gentes habet, ac pleraſque omnes agreſti materia victitãtes: vbi arborum frõdes [a] iis quæ ſunt apud nos ſimiles ferũtur eſſe. quibus contuſis & aqua dilutis illi animalia in ſuis veſtibus pingere dicuntur: eáque animalia núquã elui, ſed perinde ac ſi ab initio eſſent intexta, ſic cum reliqua lana veteraſcere. Horum quoque hominum concubitus, ſicuti pecorum, in propatulo eſſe. [a] Et huius quidem maris quod Caſpium vocatur, partem quæ ad veſperam vergit, Caucaſus diſterminat: qua verò parte vergit ad auroram orientémque ſolem, planities excipit proſpectu immenſæ magnitudinis. Quam ſpatioſam planitiem non ex minima parte Maſſagetæ poſſident, quibus bellum Cyrus inferre cupiebat, multis ac magnis ſolicitatus incitatúſque cauſis. Primùm ſua genitura, quòd videbatur maius quiddam homine eſſe: ſecundo loco, felicitate qua fuerat vſus aduerſus hoſtes. quãcunque enim gentẽ Cyrus inuaſerat, ea gens nullo pacto poterat euadere.

a *Græca verba ſuſpecta hic ſunt.*

Erat autem Maſſagetarum regina defuncto viro, TOMYRIS nomine, [b] ad quam in coniugiũ petendam Cyrus miſit verbo dũtaxat, volens eam habere vxorẽ. at illa animaduertens non ſe in coniugium, ſed regnum Maſſagetarum peti, acceſſum Cyro interdicit. Poſtea Cyrus, quum dolus non procederet, progreſſus vſque ad Araxem, apertè infeſto cũ exercitu in Maſſagetas tendit. Flumen pontibus iungit, quibus copias traiiciat, factíſque nauibus turres deſuper ædificat. Ad quem in hoc labore occupatum, Tomyris caduceatorem miſit, qui

b Hanc Cyrus per quoſdã quos miſerat, ſimulatis verbis ambiebat, vxorem ſibi habere volens. At Tomyris vbi nõ ſe ſed Maſſagetarum regnum ab illo ambiri animaduertit, acceſſ. &c.

A καὶ ἡ Ἐρυθρὴ, μία τυγχάνουσα ἐοῦσα· τὴ δὲ Κασπίη, ἔστι ἑτέρη ἐπ' ἑωυτῆς, ἐοῦσα μῆκος μὲν πλόου, εἰρεσίη χρεωμένῳ, πεντεκαίδεκα ἡμερέων· εὖρος δὲ, τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, ὀκτὼ ἡμερέων. καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἑσπέρην φέρονται τῆς θαλάσσης ταύτης ὁ Καύκασος ὄρεα πλατύτατά, ἐὼν ὀρέων καὶ πλήθει μέγιστος, καὶ μεγάθει ὑψηλότατος. ἔθνεα δὲ ἀνθρώπων πολλὰ καὶ παντοῖα ἐν ἑωυτῷ ἔχει ὁ Καύκασος· τὰ πολλὰ, πόα τὰ ἔξυλα ἀγελείης ζώοντα. ἐν τοῖσι καὶ δένδρεα φύλλα τοιῆσδε ἰδέης πρὸς ἔχοντα λέγεται, τὰ τείσαντά τε καὶ τῷ δαμίσαντας ὕδωρ, ζῶα ἑωυτοῖσι ἐς τὸν ἔπειτα ἐκλεαίνειν. τὰ δὲ ζῶα εἶναι μὲν ὁκοῖα ποικίλα, ἄλλα δὲ συγκαταγηράσκειν τῷ ἄλλῳ εἴδεϊ, καὶ περ ἐνυφανθέντα ἐξ ἀρχῆς. μίσγεσθαί τε τούτων τὰ ἀνθρώπων θηρία ἐμφανέα, καθάπερ τοῖσι πρόσθε ἔτεσι. τὰ μὲν δὴ πρὸς ἑσπέρην τῆς θαλάσσης ταύτης τῆς Κασπίης καλεομένης ὁ Καύκασος ἀπέργει· τὰ δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνατέλλοντα, πεδίον ἐκδέκεται, πλῆθος ἄπειρον ἐς ὄψιν. τῆς ὦν δὴ πεδίου τοῦ μεγάλου οὐκ ἐλαχίστην μοίρην μετέχουσι οἱ Μασσαγέται, ἐπ' οὓς ὁ Κῦρος ἔσχε πρόθυμίην στρατεύσασθαι. πολλά τε γάρ μιν καὶ μεγάλα τὰ ἐπαείροντα καὶ ἐποτρύνοντα ἦν. πρόσθεν μὲν ἡ γένεσις, τὸ δοκέειν πλέον τι εἶναι ἀνθρώπου· δεύτερον δὲ, ἡ δυτυχίη ἡ κατὰ τοὺς πολέμους γενομένη. οὐκη γὰρ ἐδύνατο στρατεύεσθαι Κῦρος, ἀμηχανέων ἐκεῖνο τὸ ἔθνος ὅκως φυγέῃ.

confestim eundum, & quod decretum esset peragendum. Eis concertantibus apparuerunt septem accipitrum paria, insectantium duo paria vulturum, cósque vellicantium atque infestantium. Quod intuentes septem Persæ, sententiam Darii comprobarunt: & mox freti auibus ad regiam cum fiducia perrexerunt. Vbi ad portas adfuerunt, prout Darius senserat, ita euenit. nam custodes reueriti Persarum primarios, nec aliquid huiusmodi suspicantes ex his fore, qui venirent diuina cum pompa, ne interrogauerunt quidem. Vbi in aulam introgressi sunt, offendunt eunuchos qui erant à nuntiis: & ab his qua gratia venirent interrogantur. Simúlque inter percontandum ianitoribus minitabantur quòd homines ingredi permisissent: atque vlterius pergere volentes eosdem prohibebant. Isti se mutuò cohortati, eductis gladiis, eos à quibus arcebantur, ibidem trucidant: iidémque cursu in conclaue contendunt, intra quod tunc fortè ambo magi agebant, & de iis quæ à Prexaspe erant acta consultabant. Qui quum vidissent tumultuantes eunuchos atque vociferantes, procurrerunt vterque: & quod fiebat animaduertentes, [a]ad vires conuersi sunt: quorum vnus occupat arcum, alter lanceam sumit. atque inde [b]miscentur inuicem. Verùm arcus ei qui illum sumpserat, quum hostes iuxta essent, nulli vsui fuit: alter qui se lancea tuebatur, tum Aspathmis femur percussit, tum oculum Intaphernis: oculóque ex vulnere Intaphernes, non tamen & vita priuatus est. Hos igitur alter magorum vulnerauit: alter verò, quando arcus ei nulli vsui erat, in thalamum qui erat conclaui contiguus, se proripuit, fores occlusurus. Sed illuc duo de septem cum eo irrumpunt, Darius & Gobryas: [c]quum autem Gobryas esset implicitus cum mago, Darius adhuc stans atque hærens, considerabat ne Gobryam feriret in tenebris.

a Vires suas aduersus illos experiri cœperũt. *Vel*, Pro viribus illis obsistere cœperunt.

b Manus conserebant.

c Quum autem pedem conferret cum m. *Vel*, Quũ autem manũ conseret. *Vel*, Quũ adortus esset Gobryas magum.

123

χρῆσμα

Eum cernens Gobryas otioſum ſtantem, interrogauit cur nō vteretur manu. Reſpondenti Dario, Diſpicio ne te feriam, Tu verò, inquit, vel per vtrūque exige gladium. Cui Darius obtemperans, pugionis ictu vibrato magū caſu percuſſit. Interfectis magis capita demunt, eáque geſtantes quinque eorum, duobus reliquis qui ſaucii erant illic relictis, tū quòd inualidi eſſent, tū arcis tuēdæ cauſa, foras procurrunt cū vociferatione ac tumultu: cæteróſq; Perſas compellando, rem geſtam exponebant, capita oſtentantes: & ſimul quicunque magorum ipſis occurrebat mactabant. Perſæ, cognito quod actum ab his erat, ac dolo magorum, & ipſi facienda ſibi eadem cenſuerunt: eductíſque gladiis, vt quenque reperiebant magum, interficiebāt: &, niſi noctis interuentu cohibiti fuiſſent, neminem magorum reliquiſſent. Hunc diem Perſæ maximè ſolennem publicè obſeruant, & in eo ingens celebrāt feſtum, vocantes id *μαγοφονίαν, id eſt, magorum cædem.* quo die nulli magorum fas eſt prodire in lucem, ſed cuncti ſe intra domū continent.

Vbi reſedit tumultus, dieſque quinque exceſſēre, ii qui magos inuaſerant, de omni rerum ſtatu cōſultabant. Quorum orationes etſi apud nonnullos Græcorum fide carent, tamē huiuſmodi fecerunt: Otanes hortabatur vt rem Perſicam in medium conſtituerent, ita inquiens, [a] Vnum è nobis principem fieri, amplius mihi non videtur: neque enim id aut iucundum eſt, aut bonum. [b] Nā & quò licētiæ Cambyſes proceſſerit, noſtis, & quò mag⁹. [c] Quid igitur nobis opus eſt monarchia, quā ſuſtulimus? in qua licet pro libidine agere omnia impunè? quæ virum, etiamſi optimus omnium fuerit, tamen, quum in ea poſitus eſt, extra conſuetos abiecerit ſenſus? Quippe quum præter inuidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præſentibus bonis inſolentia. [d] Itaque hæc duo mala habēs, nimirum omnē malitiam habet,

a Ego certè, vt poſthac noſtrūm vnus rerum ſolus potiatur, *vel*, vt totum imperiū vni noſtrūm poſthac deferatur, autor non fuerim. *Q. d. Non cenſeo poſthac de hoc cogitandum vt imperium vni deferatur. Neque enim dicit*, Poſthac deferatur, *quaſi iā antea delatū fuerit. Sic intelligendum paulo poſt μετίστας ἡμέας μοναρχίης.*

b Nā quò progreſſa ſit Cambyſis inſolētia vidiſtis, & magi inſolentiam experti eſtis.

c Quomodo autem monarchia ſit res bene ordinata, in qua licet pro lib. *&c. Vel*, Quomodo autē in monarchia res bene compoſitæ eſſe poſſint?

d Hæc autem duo habēs, omne vitium habet.

A ὀρέων δέ μιν ἀρχὴν ἐπεσεῶντα ὁ Γοβρύης, εἴρετο ὅτι οὐ χρῆται τῇ χειρί· ὁ δ' εἶπε, Γρομηθόμωος σέο, μὴ πλήξω. Γοβρύης δὲ ἀμείβετο, Ὦ ξεῖνε καὶ δι' ἀμφοτέρων τὸ ξίφος. Δαρεῖος δὲ πυθόμενος, ὥσπερ καὶ ἐγένετο, καὶ ἔτυχέ κως τοῦ μάγου. ἀποκτείναντες δὲ τοὺς μάγους, καὶ ἀποταμόντες αὐτέων τὰς κεφαλάς, τοὺς μὲν τρωματίας ἑωυτῶν αὐτοῦ λείπουσι, καὶ ἀδυνασίης εἵνεκεν, καὶ φυλακῆς τῆς ἀκροπόλιος· οἱ δὲ πέντε αὐτέων, ἔχοντες

B τοὺς μάγων τὰς κεφαλὰς, ἔθεον, βοή τε καὶ παταγῷ χρεώμενοι. καὶ Γέρσας τοὺς ἄλλους ἐπεκαλέοντο, ἐξηγεόμενοί τε τὸ πρῆγμα, καὶ δεικνύοντες τὰς κεφαλάς· καὶ ἅμα ἐκτείνον πρώτῳ τινὶ τῶν μάγων ὃν σὺν ποσὶ γινόμενον. Οἱ δὲ Πέρσαι, μαθόντες τὸ γεγονὸς ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ δόλῳ, καὶ τοὺς μάγους τιμωρέειν τῷ ἀπάτῃσι, ἐδικαίευν καὶ αὐτοὶ ἕτερά τοιαῦτα ποιέειν. ἀπασαμένοι δὲ τὰ ἐγχειρίδια, ἐκτείνον ὅκου τινὰ μάγον θύρεσκον. εἰ δὲ μὴ νὺξ ἐπελθοῦσα ἔσχε, ἔλιπον ἂν οὐδένα μάγον. Τούτῳ τῷ ἡμέρῃ θεραπεύουσι Πέρσαι κοινῇ μάλιστα τῶν ἡμερέων· καὶ ὑπ' αὐτῇ, κοινῇ

C ὀρτῇ μεγάλῃ ἀγρίοι, ἣν κέκληται ὑπὸ Περσέων μαγοφονίαι· ὑπὸ τῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανερῷ ἐς ὄφος, ἀλλὰ κατ' οἴκους ἑωυτοὺς οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην.

μαγοφονία.

Ἐπεί τε δὲ κατέσχε ὁ θόρυβος, καὶ ὑπὸς πέντε ἡμερέων ἐγένετο, ἐβουλεύοντο οἱ ἐπαναστάντες τοῖσι μάγοισι περὶ τῶν πρηγμάτων πρώτων· καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἄπιστοι μέν τισι Ἑλλήνων, ἐλέχθησαν δ' ὦν. Ὀτάνης μὲν ἐκέλευε ἐς μέσον Πέρσῃσι καταθεῖναι τὰ πρήγματα, λέγων τάδε, Ἐμοὶ δοκέει, ἕνα μὲν ἡμέων μούναρχον μοῦνον μηκέτι γενέσθαι· οὔτε γὰρ ἡδύ, οὔτε ἀγαθόν. εἴδετε μὲν γὰρ τὴν Καμβύσεω ὕβριν ἐπ' ὅσον ἐπεξῆλθε, μετεσχήκατε δὲ καὶ τῆς τοῦ μάγου ὕβριος. κῶς δ' ἂν εἴη χρῆμα κατηρτημένον μουναρχίῃ, τῇ ἔξεστι ἀνυπευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται; καὶ γὰρ ἂν ὁ ἄριστον ἀνδρῶν πάντων στὰς ἐς τοῦτο τὸ ἀρχεῖον, ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων στήσεται. ἐγγίνεται μὲν γὰρ οἱ ὕβρις ὑπὸ τῶν παρεόντων ἀγαθῶν, φθόνος δὲ ἐκ τῆς ἀρχῆθεν σύμφυτος ἀνθρώπῳ. ἔχων δὲ ταῦτα, ἔχει πᾶσαν κακότητα.

μουναρχίης.

μουναρχον μηκέτι

» τὰ μὲν γὰρ ὕβρει κεκορημένος ἔρδει πολλὰ A
» καὶ ἀθέμιστα· τὰ δὲ, φθόνῳ. καίτοι ἄνδρα
» γε τύραννον, ἀφθονον ἔδει εἶναι, ἔχοντά γε
» πάντα τἀγαθά· ὃ δὴ ὑπεναντίον τούτου
» ἐς τοὺς πολίτας πέφυκε· φθονερὸν γὰρ τοῖσι
» ἀρίστοισι τῶν ἀστῶν. ἥδιστα δὲ ἀ-
» ειστον ἐν δέκεσθαι ἡγέεται. ἀνάρμοστον
» δὲ πάντων· ἑνὸς τε γὰρ αὐτὸν μετείως θυ-
ἢ ἀπέχθεται » μάζης, " ἀχθεται ὅτι οὐ κάρτα θεραπεύ-
» εται· ἑνός τε θεραπεύης κάρτα, ἀχθεται ἄτε B
» θωπείαν ἠνορυμένος. τὰ δὲ δὴ μέγιστα ἔργα-
« μαι ἐρέων· νόμαιά τε κινεῖ πάτρια, καὶ βιᾶ-
» ται γυναῖκας, κτείνει τε ἀκρίτους. πλῆθος δ'
» ἄρχον, θαρσέοντα μὲν, οὐνομα πάντων κάλλι-
" στον ἔχει, ἰσονομίην· δεύτερα δὲ, τούτων τῷ ὁ
» μοιώ ἀρχης, ποιέει οὐδέν. πάλιν μὲν γὰρ
» ἀρχὰς ἄρχει, ὑπεύθυνον δὲ ἀρχὴν ἔχει,
» βουλεύματα δὲ πάντα ἐς ὃ κοινὸν ἀναφέ-
» ρει. πίθεσθαι ὦν γνώμῃσι, μετέντας ἡμέας
» μοναρχίῃ, ὃ πλῆθος ἀέξειν. ἐν γὰρ τῷ C
» πολλῷ ἔνι τἀγαθά. Ὀτάνης μὲν δὴ τοιού-
τῳ τῇ γνώμῃ ἐσέφερε. Μεγάβυζος δ'
ὀλιγαρχίην ἐκέλευε βουλεύεσθαι, λέγων τά-
» δε, Τὰ μὲν Ὀτάνης εἶπε, τυραννίδα παύων,
» λελέχθω καὶ μοὶ ταῦτα· τὰ δὲ ἐς ὃ πλῆ-
» θος ἄνωγε φέρειν ὁ κρατος, γνώμης τῆς ἀ-
124 » ίστης ἡμάρτηκε. ὁμίλου γὰρ ἀχρηίου οὐδὲν
» ἔστι ἀξυνετώτερον, οὐδὲ ὑβριστικώτερον.
» καὶ τυραννίου ὕβριν φεύγοντας αὐδρας, ἐς
» δήμου ἀκολάστου ὕβριν πεσεῖν, ἔστι οὐδα- D
» μῶς ἀναεκτόν· ὁ μὲν γὰρ, εἴ τι ποιέῃ, γινώ-
» σκων ποιέει· τῷ δὲ οὐδὲ γινώσκειν ἔνι. κῶς
» γὰρ ἄν γινώσκοι, ὃς οὔτ' ἐδιδάχθη, οὔτε οἱ δὲ
» καλὸν οὐδὲν, οὐδ' οἰκήιον· ὠθέει τε ἐμπεσὼν
» τὰ πρήγματα ἄνευ νόου, χειμάρρῳ ποτα-
» μῷ ἴκελος. δήμῳ μὲν νυν οἱ Πέρσησι κακὸν
» νοέουσι, οὗτοι χεάσθων. ἡμεῖς δὲ ἀνδρῶν τῶν
» ἀρίστων ἐπιλεξάντες ὁμιλέωμεν τούτοισι πε-
» ειθόμενοι ὃ κρατος. ἐν γὰρ δὴ τούτοισι καὶ
» αὐτοὶ ἐνεσόμεθα. Ἀείστων δὲ ἀνδρῶν εἰ- E
» κὸς ἄειστα βουλεύματα γίνεσθαι. Μεγά-
καὶ μὲν νυν » βυζος " μὲν δὴ τοιούτῳ γνώμῃ εἰσέφερε.

tum per insolentiã, quòd expletus omnibus rebus est, tum per inuidiam multa facinora admittens. Atenim vir tyrannus, vt qui omnia bona obtineat, debebat sine liuore esse: verùm ita natura comparatũ est [a] vt is sit aduersarius popularibus suis. siquidem eorum optimis quibusque qui superstites sunt atque viuũt, inuidet, [b] deterrimis delectatur: &, quod indecẽtissimum est, criminationes admittere optimum putat. Nam siue admireris eum modestè, offenditur quòd non effusè hoc facias: siue effusè facias, offenditur, quasi sibi assenteris. Et vt exequar dicendo quæ maxima sunt, iura patriæ labefactat, fœminis vim affert, indemnatos interimit. At quum dominatur multitudo, primùm quidem nomen obtinet omnium pulcherrimum, isonomiam, *id est iuris æquabilitatem*: deinde verò nihil eorum agit quæ monarchus: *hoc est vnicus princeps*. nam magistratus tum sorte deligũtur, tum administratorum rationem reddunt: omnia denique consilia in commune referuntur. [c] Itaque (vt meam dicam sententiã) censeo nobis monarchiæ deiectoribus statum multitudinis esse optandum. in multitudine enim omnia insunt. Otanes quidem hanc sententiã dixit. Megabysus autẽ ad oligarchiam. *i. ad statum paucorũ*, rẽ traducens, ad eam socios hortabatur, his verbis, Quæ Otanes dixit de abolenda tyrannide, ea sint pro dictis à me quoq;: sed quatenus hortabatur summam rerum deferri ad multitudinem, in hoc ab optima errauit sententia. Etenim populari multitudine nihil est neque insipientius, neque insolẽtius. Itaque eos [d] qui tyranni sæuitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere sæuitiam, nequaquam tolerandum est. Nam tyrannus, siquid facit, intelligens facit: [e] at plebi suum est nihil intelligere. quo enim pacto sciat, qui neque edoctus est, neque honestum nouit, ne domesticum quidem? & qui ad res agendas sine consilio præceps ruit torrenti fluminiꝰ similis? Quare siqui malè consultum Persis cupiunt, ii statu populari vtantur: nos verò cœtu virorũ optimorum delecto, ad eos imperium deferamus. nã inter eos & ipsi erimus, & ex optimis viris credibile est optima existere cõsilia. Hanc Megabysus sententiã dixit.

a Vt contrario modo se in populares suos gerat. *Vel*, Contrariis moribꝰ erga suos populares præditus sit. *Vel breuius*, Sed contràcõparatus est in ciues. *Θι ὑπεναντίον sumatur aduerbialiter.*

b Deterrimis delectatur: criminationibus etiã, *Vel calumniis*, locum dare optimũ putat. Et (quod est quiddam minimè omnium locum consentiẽs) siquidẽ eum mediocri, *Vel modica*, admiratione prosequaris, infensus est quòd non impensè colatur: sin impensè quis eum colat, eo cultu, tanquã assentatione, offenditur.

c Nobis igitur censeo, missam facientibus tyrannidem, euehendam, *Vel, proue hendam*, esse multitudinẽ. in multitud. *&c. Id est, missam facientibus de tyranni de deliberationem.*

d Qui tyranni insolentiã fugiũt, in plebis effrænæ insolentiam incidere, neq.

e At plebi nulla intelligẽtia ineſt. quomodo enim intelligat [*Vel*, vnde enim intelligentia ei adsit] qui nec edoctus est nec nouit honestum quicquã, ne in sua quidem familia: & qui ad res ag. *&c. Sed οἰκήιον potest & aliter expon.*

Tertio loco ſuam Darius, inquiens, Quæ Megabyzus dixit, quatenus ad ſtatum popularem pertinent, rectè mihi videtur dixiſſe: quatenus autem ad ſtatum paucorum, nō rectè. propoſitis enim tribus ſtatibus, & his omnibus optimis, vt optimè imperet populus, optimè pauci, optimè vnus, inter hæc multo antecellere vnius imperium ſentio. imperio enim vnius viri qui optimus ſit, nihil melius eſſe conſtat. [a]Quod qui ſentit, non immeritò ſtatum popularem miſſum faciat. vt taceam ſic præcipuè conſilia in aduerſarios trahi ſolere. At in ſtatu paucorum, quum plures virtuti incumbant in publicum, vehementiora priuatim odia excitari conſueuerunt. quum enim quiſque princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia vincere, ad ingētia inter ſe odia euadunt. Ex quibus ſeditiones exiſtunt, è ſeditionibus cædes, è cædibus ad vnius imperium deuenitur. vnde intelligi datur quanto ſit hoc illo præſtantius. Iam verò, plebe imperāte, fieri non poteſt quin malitia exoriatur: exorta malitia in republica inter malos, non odia fiūt, ſed amicitiæ validę. qui enim aduerſus rempublicam facinoroſi ſunt, mutuò ſe occultant: ídque tamdiu fit dum aliquis populo præpoſitus tales homines compeſcat, is videlicet quem populus inter cæteros admiretur. Hic quū admirationi eſt, tunc verè [b]monarchus oſtenditur, declarans in hoc monarchiam eſſe rem omnium præſtantiſſimā. Atque vt in ſummam omnia colligam, vnde nobis libertas extitit, & à quo data? à populóne, an ab oligarchia, an à monarcho? Ego igitur [c]ſentio, quum ſitis per vnum virum liberati, vos debere talem rem complecti, ne alioqui leges patrias diſſoluatis bene conditas: quod nequaquam ſatius eſt. Hæ tres dictæ fuerūt ſententiæ, quarum vltimæ quatuor reliqui aſſenſerunt. Otanes, qui iuris æquabilitatem facere Perſis ſtudebat, vbi ipſius ſententia reiecta eſt apud alios, ita in medium loquutus eſt, [d]Viri ſeditioſi, quoniam conſtat neceſſe eſſe vnum aliquem è nobis regem fieri, ſiue per ſortem, ſiue permiſſu Perſarum per multitudinis electionem,

a Nam qui hoc animo præditus ſit, ſine vlla reprehenſione multitudinem gubernauerit: vt tac. *Sequentia autem proximè loci ſcriptura mendi ſuſpecta eſt. Videtur tamē poſſe ſtare reddi.* Atque hac potiſſimum ratione [*Vel*, hoc potiſſimum modo] conſilia taceri apud aduerſarios queant.

b Monarchus euadit.

c Sentio, quum per vnum *nobis imperātem* ſimus liberati, hoc *Vnum imperium* nobis eſſe tuēndum. ac præterea, leges patrias non eſſe ſoluendas, quæ rectæ ſunt, *Vel, bonæ*. non enim conſultum *nobis hoc fuerit*. Hę tres dictæ.

d Cōſpirationis ſocii, *Vel, factionis*.

A τρίτος δὲ Δαρεῖος ἀπεδείκνυτο γνώμην, λέγων, Ἐμοὶ δὲ τὰ μὲν εἶπε Μεγάβυζος, ἐς « ὅ πλῆθος ἔφερε, δοκέει ὀρθῶς λέξαι· τὰ δὲ « ἐς ὀλιγαρχίην, οὐκ ὀρθῶς. τριῶν γὰρ πρηγ- « μάτων προκειμένων, καὶ πάντων τῶν λέγω ἀρίστων ἐόν- « των, δήμου τε ἀρίστου, καὶ ὀλιγαρχίης, καὶ « μουναρχίου, πολλῷ τοῦτο προφέρειν λέγω. ἀν- « δρὸς γὰρ ἑνὸς τοῦ ἀρίστου οὐδὲν ἄμεινον ἂν « φανείη. γνώμην γὰρ τοιαύτην χρεώμενος, ὅτε- « ρον ἂν ἀμαθέα ἀπώσεται; ἢ ὀργὴν ἐπιθήσεται « τοιαύτην, τὴν ἂν ἐπιθεῖτο ὁ ὄχλος; σιγῶντά « τε ἂν βουλεύματα ὅτι δυσμενέα αἴροιτο « οὕτω μάλιστα· ἐν δὲ ὀλιγαρχίῃ, πολλοῖσι « ἀρετὴν ἐπασκέουσι ἐς τὸ κοινὸν, ἔρδεα ἴδιά « ἰχυρὰ φιλέειν ἐγίνεσθαι. αὐτὸς γὰρ ἕκαστος « βουλόμενος κορυφαῖος εἶναι, γνώμησί τε νι- « κᾶν, ἐς ἔρδεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέον- « ται· ἐξ ὧν στάσιες ἐγίνοντο· ἐκ δὲ τῶν στα- « σίων, φόνος· ἐκ δὲ τοῦ φόνου, ἀπέβη ἐς μου- « ναρχίην. καὶ ἐν τούτῳ δηλοῖ ὅσον ἐστὶ τοῦτο « ἄριστον. δήμου τε αὖ ἄρχοντος ἀδύνατα μὴ « οὐ κακότητα ἐγγενέσθαι. κακότητος δὲ ἐούσης « ἐγγινομένης ἐς τὰ κοινὰ, ἔχθεα μὲν οὐκ ἐγγί- « νεται τοῖσι, φιλίας δὲ ἰχυρὰς. οἱ γὰρ κακοῦρ- « γοι τὰ κοινὰ, συγκρύπτοντες ποιέονσι. τοῦτο δ' « τοιοῦτο γίνεται, ἐς ὃ ἄν τις προστὰς τοῦ δήμου « τοὺς τοιούτους παύσῃ. ὑπ' ἐκείνου δὲ θωυμά- « ζεται ὁ τοιοῦτος· ἐν δὲ τῷ θωυμάζεσθαι « ὑπ' ἐκείνου τοῦ δήμου, θωύμαζόμε- « νος ἐστὶ, καὶ ἐὼν ἐφαίνη μουνάρχος ἐών. καὶ ἐν « τούτῳ δηλοῖ καὶ οὗτος ὡς ἡ μουναρχίη κράτι- « στον. ἔνι δὲ ἔπεα πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν, « πόθεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερίη ἐγένετο; ἢ τεῦ δόντος; « πότερα τοῦ δήμου, ἢ ὀλιγαρχίης, ἢ « μουνάρχου; ἐγὼ ὧν γνώμην, ἡμέας « ἐλευθερωθέντας ὑπὸ ἑνὸς ἀνδρὸς, τοιοῦτο « φυλάσσειν. χωρὶς τε τούτου, πατρίους νό- « μους μὴ λύειν ἔχοντας εὖ. οὐ γὰρ ἄμεινον. « γνώμας μὲν δὴ τρεῖς αὗται προεφέροντο. ἡ δὲ τέτορες τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν προσέθεντο ταύτῃ. ὡς δὲ ἑαυτῷ τῇ γνώμῃ ὁ Ὀτάνης, Πέρσησι ἰσονομίην ἀπεύδων ποιήσας, ἔλεξε

E ἐς μέσον αὖ τοῖσι τάδε, Ἄνδρες στασιῶται, δῆ- « λα γὰρ δὴ ὅτι δεῖ ἕνα γέ τινα ἡμέων βασι- « λέα γενέσθαι, ἤτοι κλήρῳ γε λαχόντων, « ἢ θυμῷ τῷ Περσέων πλήθει τὸν «

παρ' ἐκεῖνοι ἐλαττα, ἢ ἀλλῳ τινὶ μηχανῶ.

» αὐ" ἐκεῖνοι ἔλαττα, ἢ ἄλλῳ τινὶ μηχανῶ. ἐγὼ μὲν νυν ὑμῖν οὐκ ἀναγωνιοῦμαι. οὔτε
» γὰρ ἄρχειν οὔτε ἄρχεσθαι ἐθέλω. ὅπῃ τοί-
» τῳ δὲ ὑπεξίσαμαι τῆς ἀρχῆς, ἐπ' ᾧ τε
» ἐγὼ ὁδενὸς ὑμέων ἄρξομαι, οὔτε αὖ-
» τὸς ἐγὼ, οὔτε οἱ ἀπ' ἐμεῦ αἰεὶ γινόμενοι.
Τούτου εἰπόντος ταῦτα, σὺν ἐχώρεον οἱ ἑξ ὅπῃ
τούτοισι. οὗτος μὲν δὴ σφι οὐκ ἀνηγωνίζετο,
ἀλλ' ἐκ μέσου καθῆστο. καὶ νυῦ αὕτη ἡ οἰκίη
ἀρχὰ τελέη μουνὴ ἐλαυθέρη ἐοῦσα Περσέων,
καὶ ἄρχεται τοσαῦτα ὅσα αὐτὴ θέλῃ, νόμους B
οὐκ ὑπερβαίνουσα τοὺς Περσέων. οἱ δὲ λοι-
ποὶ τῷ ἑωϋτῶν ἐβουλεύοντο ὡς βασιλέα δι-
καιότατα ἥσονται· καί σφι ἔδοξε, Ὀτάνῃ μὲν
& τοῖσι ἀπὸ Ὀτάνεω αἰεὶ γινομένοισι, ἰῶ ἐς
ἄλλόν τινα τῷ ἑπτὰ ἔλθῃ ἡ βασιληίη, ἐξαί-
ρετα δίδοσθαι ἐσθῆτά τε Μηδικὴν ἔντεος ἑ-
κάστου καὶ τῶν πάσῃ δωρεῶν ἡ γίνεται ἐν
Πέρσῃσι λαμπροτάτη. τοῦδε δ' εἵνεκεν ἐβούλευ-
σάμην οἱ δίδοσθαι ταῦτα, ὅτι ἐβουλεύσατό τε
πρῶτος & πρῆγμα, καὶ σὺν ἔσχε αὖθις. C
Ταῦτα μὲν δὴ Ὀτάνῃ ἐξαίρετα. τάδε δὲ ἐς
τὸ κοινὸν ἐβούλευσάμην, πρὸ ἑναι ἐς τὰ βασι-
λήια πρώτα τὸν βουλόμενον τῷ ἑπτὰ αὖθι
ἐσαγγελέος, ἰῶν μὴ τυγχάνῃ βοῦδων μετ' γυ-
ναικὸς βασιλέος· γαμέειν δὲ μὴ ἐξῆναι ἀλ-
125 λοθεν τῶν βασιλέϊ ἢ ἐκ τῶν σὺν επέμψασάν-
των. περὶ δὲ τῆς βασιληίης ἐβούλευσάμην τοι-
όνδε· ὅτευ αὖ ὁ ἵππος ἡλίου ἐπέμψαντος
πρῶτος φθέγξηται ἐν τῷ προσαστείῳ, αὐ-
τῶν ὀπισθεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασι- D
ληίην. Δαρείῳ δὲ ἰῶν ἱππαγωγὸς, αὐτὴρ σο-
φὸς, τῷ οὐνόματα ἰῶ Οἰβάρης. πρὸς τοῦτον
Ⓜ αὐδρα, ἐπεί τε διελύθησαν, ἔλεξε Δα-
» ρεῖος τάδε, Οἰβάρης, ὑμῖν δέδοκται περὶ τῆς
» βασιληίης ποιέειν τε τάδε· ὅτευ αὖ ὁ ἵππος
» πρῶτος φθέγξηται ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι,
» αὐτῶν ἐπιμαθεβηκότων, τοῦτον ἔχειν τὴν βασι-
» ληίην. νυῦ ὦν εἴτινα ἔχεις σοφίην, μηχανῶ
» ὡς αὖ ἡμεῖς σῷμεν τοῦτο ὃ γῆρας, & μὴ ἄλλος
» τις. ἀμείβεται Οἰβάρης τοῖσδε, Εἰ μὲν δὴ, E
παρ' ὦ βασιλεῦ, ἐν τούτῳ τοι ἔστι ἡ βασιλέα εἶ-
» ὦ δέσποτα, ἐν τούτῳ τοι ἔστι ἡ βασιλέα εἶ)
» ἢ μὴ, θάρσεε τούτου εἵνεκα, χρῆ θυμὸν ἔχε ἀγα-
» θόν· ὡς βασιλεὺς σοὶ εἰς ἄλλος ἄλλῳ σεῦ ἔσῃ·
» τοιαῦτα ἔχω φάρμακα. λέγει Δαρεῖος, Εἰ
» τοίνυν τι τοιοῦτον ἔχεις σόφισμα, ὥρη μηχανᾶ-
» σθαι, & μὴ αἰσθησόμεθα· ὡς τῆς ἐπιούσης ἡμέρης ὁ ἀγὼν ἡμῖν ἔσται. ἀκούσας ταῦτα ὁ

siue qua alia ratione, equidem ego [a] vobis non refragor: quippe qui neque præesse volo, neque subesse. Et hac lege cedo vobis ius meũ imperii, vt nulli vestrûm aut ipse ego, aut vllus vnquam meorum subsit. Otane hæc loquuto, cæteri sex eius postulatis assenserunt. Ita hic aliis non refragatus, è medio abiit aliò sessũ.

[b] Cæteris autem septem de rege iustissimè deligendo consultantibus, visum est, si ad aliquem ex ipsorum numero regnum perueniret, Otanem donari debere peculiariter eiúsque deinceps posteros cũ omni alio magnificentiæ genere apud Persas honorificentissimo, tum Medica quotãnis veste. Quæ ideo decreuerunt ei donanda quòd primus rem agitauerat, & ipsos in cœtum coegerat. Et hæc quidem peculiariter Otani decreuerunt: illa verò in commune, vt regiam introire vnicuique è septem sine internuntio liceret, nisi fortè cum vxore cubaret rex: néue regi fas esset aliunde quàm è familia cõiuratorum vxorem ducere. De regno autem hunc in modum: vt sub ortum solis conscensis equis, dum in suburbanis vectarentur, cuius equus vocem primus edidisset, is regnũ Cambysis obtineret. Erat autem Dario quidam equiso, vir solers, nomine OEbares: ad quem Darius, postquam è cœtu digressi sunt, ita inquit, OEbares, de regni negocio sic inter nos conuenit: Sub ipsum statim solis ortum equis conscẽsis, vt cuius equus vocem primus ediderit, is regno potiatur. quare siquid solertiæ habes, nunc comminiscere, vt nos obtineamus hoc decus, & nemo alius. Ad eũ respõdens OEbares, Here, inquit, si in hoc versaris vt rex sis vel nõ, [c] huius rei causa confidere te iubeo, & bonum habere animum, ante te fore regem neminem: eiusmodi habeo medicamenta. Si igitur, inquit Darius, habes istiusmodi comẽtum, adest tempus comminiscendi, nec differendi rẽ, vt pote crastino die nobis futuro certamine. Hæc vt audiuit

a Vobiscũ non contendam. *i. Me competitorem non habebitis. Sic & paulo pòst* οὐκ ἀνηγωνίζετο.

b *Ante* Cæteris *adde*, Atque ad hunc vsque diem sola hæc familia inter Persas libertatem retinet, nec imperio *regũ* nisi quãtum ei visum fuerit, paret, leges Persarum nõ transgrediens.

c De hac resecurum esse te velim.

OEbares,ita facit: Vbi nox aduenit, vnam equarũ quã equus Darii maximè adamabat, in ſuburbana adducit, ibíque alligat: tum equum Darii eôdem ducit: eúmque circumagens, identidem equæ admouet, ac tandem admittit. Poſtero die, ſimulatque illuxit, ſex Perſæ ex cõuento adfuerunt equis inſidentes. & quum in ſuburbanis vltro citróque vectarentur, vbi ad locũ peruenerunt vbi ſuperiore nocte equa fuerat alligata, ibi Darii equus accurrés hinnitum edidit: & hinnitu edito, protinus fulgur ſereno cælo tonitrúque extitit. Hæc quũ Dario tanquam ex compoſito accidiſſent, eum compotem voti fecerunt. nam cæteri ex equis deſilientes, Darium adorauerunt. Sunt qui hoc dicant OEbarem fuiſſe machinatũ, ſunt qui aliud. vtroque enim modo refertur à Perſis. Volũt nanque OEbarem attrectatis manu huius equæ genitalibus, ipſam manũ intra ſubligaculum tenuiſſe abditã: & ſub ipſum ſtatim ſolis ortum, quum equi digreſſuri eſſent, eam naribus equi Dariani admouiſſe, equúmque ad odoris ſenſum infremuiſſe atque hinniſſe.

DARIVS itaque, Hyſtaſpis filius, declaratus eſt rex: eíque omnes Aſiani audienti dicto fuerunt, præter Arabes, qui à Cyro & rurſus à Cambyſe ſubacti, nũquam tamen in ſeruitutem redacti ſunt, ſed hoſpites extiterũt. [a] Hi Cambyſi aduerſus AEgyptũ præſto fuerant: quibus inuitis haudquaquam fuiſſent ingreſſi Perſæ AEgyptum. Darius matrimonia ex Perſis auſpicatus eſt, ductis duabus Cyri filiabus, Atoſſa, quæ Cambyſi fratri & rurſus mago nupſerat, & Artyſtona virgine. Præterea alteram Smerdis, filii Cyri, filiã, nomine Parmyn, necnon filiam Otanis duxit, quæ magum prodidit. Idem, viribus omni ex parte ſtabilitis, ante omnia ſimulacrum è lapide factũ ſtatuit, hominis equo inſidentis, inſcriptis in hæc verba literis,

a Quum Cambyſi aditũ in Ægyptum permiſiſſent.

A Οἰοβάρης, ποιέει τοιόνδε. ὡς ἐγίνετο ἡ νύξ, τῶν ἡλέων ἵππων μίαν, τὴν ὁ Δαρείου ἵππος ἔξεργε μάλιστα, ταύτην ἀγαγὼν ἐς ὃ προάστειον, κατέδησε, καὶ ἐπήγαγε τὸν Δαρείου ἵππον. καὶ τὰ μὲν πολλὰ περιήγαγε ἀγχοῦ τῇ ἵππῳ, ἐγχειμπτῶν τῇ ἡλέῃ, τέλος δέ, ἐπῆκε οἰχεύσας τὴν ἵππον. ἅμα ἡμέρῃ δὲ διεφωσκούσῃ, οἱ ἕξ, τῶν στρατηγοὶ, παρῆσαν ἐπὶ τῶν ἵππων. διεξελαυνόντων δὲ κατὰ τὸ προάστειον, ὡς κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐγένοντο ἐγένετο

B ἵνα τῆς προκατημένης νυκτὸς κατεδέδετο ἡ ἡλέη ἵππος, ἐνθαῦτα ὁ Δαρείου ἵππος προσδραμὼν ἐχρεμέτισε. ἅμα δὲ τῷ ἵππῳ τούτῳ ποιήσαντι, ἀστραπὴ ἐξ αἰθρίης καὶ βροντὴ ἐγένετο. ὑπὸ γινόμενα δὲ ταῦτα τῷ Δαρείῳ, ἐτελέωσε μιν, ὥστε ἐκ συνθέτου τευ γινόμενα. οἱ δὲ, καταθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, προσεκύνεόν μιν τὸν Δαρεῖον ὡς βασιλέα. οἱ μὲν δή φασι τὸν Οἰοβάρεα ταῦτα μηχανήσασθαι· οἱ δὲ, τοιάδε. (καὶ γὰρ ἐπ' ἀμφότερα λέγεται ὑπὸ Περσέων) ὡς τῆς ἵππου ταύτης τῶν ἀρθρων ὑπτιάσας τὴν χεῖρα, ἔχει αὐτὴν κρύψας ἐν τῇσι αἰδοίοισι· ὡς δὲ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι ἀπίεσθαι μέλλον τὸν ἵππους, οἱ Οἰοβάρεα τὸν ὀξείρροντα τὴν χεῖρα, πρὸς τὰ Δαρείου ἵππου τοὺς μυκτῆρας προσενεῖκαι. οἱ δὲ, αἰσθόμενον, φερμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι.

ΔΑΡΕΙΟΣ τε δὴ ὁ Ὑστάσπεος βασιλεὺς ἀπεδέδεκτο, καὶ οἱ ὑπὸ τὴν Ἀσίην πάντες κατήκοοι, πλὴν Ἀραβίων, Κύρου τε καταστρεψαμένου, καὶ ὕστερον αὖτις Καμβύσεω. Ἀραβίοι δὲ οὐδαμᾶ κατήκουσαν ὑπὸ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, ἀλλὰ ξεῖνοι ἐγένοντο, πρότερον Καμβύσεα ἐπ' Αἴγυπτον. ἀεκόντων γὰρ Ἀραβίων, οὐκ ἂν ἐσέβαλλον Πέρσαι ἐς Αἴγυπτον. χρώμενος τε τοῖσι παροῦσι ἐγάμεε Πέρσῃσι ὁ Δαρεῖος, Κύρου μὲν δύο θυγατέρας, Ἄτοσσάν τε καὶ Ἀρτυστώνην· τὴν μὲν Ἄτοσσαν, προσοικήσασαν Καμβύσῃ τε τῷ ἀδελφεῷ, καὶ αὖτις τῷ μάγῳ· τὴν δὲ Ἀρτυστώνην, παρθένον. ἑτέρην δὲ Σμέρδιος τοῦ Κύρου θυγατέρα ἔγημε, τῇ οὔνομα ἦν Πάρμυς. ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ὀτάνεω θυγατέρα, ἥ τὸν μάγον κατάδηλον ἐποίησε. δυ-

νάμιός τε πρώτης οἱ ὑπῆρχε τάδε. πρόπυλον μὲν νεὼ τύπον ποιησάμενος λίθινον, ἔστησε, ζῶον δὲ οἱ ἐπῆν, ἀνὴρ ἱππεύς. ἐπέγραψε δὲ γράμματα λέγοντα τάδε,

ΔΑΡΕΙΟΣ Ο ΥΣΤΑΣΠΕΟΣ ΣΥΝ ΤΕ ΤΟΥ ΙΠΠΟΥ ΤΗ ΑΡΕΤΗ, τὸ οὔνομα λέγων, ΚΑΙ ΟΙ ΒΑΡΕΟΣ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΟΜΟΥ, ΕΚΤΗΣΑΤΟ ΤΗΝ ΠΕΡΣΕΩΝ ΒΑΣΙΛΗΙΗΝ. ποιήσας δὲ ταῦτα ὁ Πέρσησι, ἀρχὰς κατεξήσατο εἴκοσι, τὰς ἀῦτὸι καλέουσι σατραπίας. καταξήσας δὲ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἄρχοντας ἐπιξήσας, ἐπέταξε φόρους οἱ τοῖσι ἔθνεά τε, καὶ τοὺς τοῖσι ἔθνεσι τοὺς πλησιοχώρους τοῖς παρέοντων, καὶ B 126 ὑπερβαίνων τοὺς παρέχεας, τὰ ἑκατέρω ἄλλοισι ἄλλα ἔθνεα νέμων. ἀρχὰς δὲ καὶ φόρων τοιῇδε ἐπέτριον καὶ τάδε διέλε. Τοῖσι μὲν αὐτέων ἀργύριον ἀπαγινέουσι εἰρητὸ Βαβυλώνιον ταλαντον ἀπαγινέειν· τοῖσι δὲ χρυσίον ἀπαγινέουσι, ΕΥβοϊκὸν. Ὁ δὲ Βαβυλώνιον τάλαντον δύναται ΕΥβοΐδας ἑβδομήκοντα μνέας. Ὅτε γὰρ Κύρου ἄρχοντος, καὶ αὖτις Καμβύσεω, ἠῶν κατεξηκὸς οὐδὲν φόρου πέρι, ἀλλὰ δῶρα ἀγίνεον. C Μετὰ δὲ ταύτην τὴν ὑπαξίην τὸ φόρου, καὶ τοιάδε πλησια ταύτῃ ἄλλα, λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος· Καμβύσης δὲ, δεσπότης· Κῦρος δὲ, πατήρ. ὁ μὲν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα· ὁ δὲ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος· ὁ δὲ, ὅτι ἤπιός τε, καὶ ἀγαθὰ σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Ἀπὸ μὲν δὴ Ἰώνων, καὶ Μαγνήτων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Αἰολέων, καὶ Καρῶν, καὶ Λυκίων, καὶ Μιλυέων, καὶ Παμφύλων, (εἰς γὰρ ἦν οἱ τε- D ταγμένος φόρος οὗτος) τεσσερακόσια τάλαντα ἀργυρίου. οὗτος μὲν δὴ πρῶτος οἱ νομὸς κατεξήκεε. Ἀπὸ δὲ Μυσῶν, καὶ Λυδῶν, καὶ Ἀλυσονίων, καὶ Καβαλίων, καὶ Ὑγεννέων, πεντακόσια τάλαντα ἀργυρίου· νομὸς δεύτερος οὗτος. Ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ὑπὲρ δεξιὰ ἐσπλέοντι, καὶ Φρυγῶν, καὶ Θρηίκων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ Παφλαγόνων, καὶ Μαριανδυνῶν, καὶ Συρίων, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος· νομὸς τρίτος οὗτος. Ἀπὸ E δὲ Κιλίκων, ἵπποι τε λευκοὶ ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιοι, ἑκάστης ἡμέρης εἰς γινόμενος, καὶ τάλαντα ἀργυρίου πεντακόσια. Τούτων δὲ τεσσερακόντα μὲν καὶ ἑκατὸν ἐς τὸν Φερουρέουσαν ἵππον τὸν Κιλικίλιον χώρῳ αἰανσιμοιῶτο, τὰ δὲ τριηκόσια καὶ ἑξήκοντα

DARIVS, HYSTASPIS FILIVS, TVM EQVI VIRTVTE, (cuius nomen legebatur) TVM OEBARIS EQVISONIS, PERSARVM REGNVM ADEPTVS EST. His apud Persas actis, viginti prouincias (quas ipsi satrapeias vocant) constituit: earúmque singulis præsides præfecit: taxato quod penderetur tributo per nationes,[a] aliis finitimos transcribens, aliis transferens, aliis remotiores gentes attribuens. distributo prouinciis hūc in modum tributo, quod exigebatur cū hoc edicto, vt qui argentum, ii Babylonici talenti pondere: qui aurū, ii EVboico pondere afferrēt. Valet autem Babylonicum talētum septuaginta minas EVboicas. Etenim sub Cyro atque deinde sub Cambyse nihildum fuerat circa tributa institutum, sed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordinationem & alia huiusmodi, Persæ aiunt Darium fuisse institorem: Cambysem autē, dominum: Cyrum verò, patrem. quoniam Darius res omnes quæstui habebat: Cambyses, asper erat ac morosus: Cyrus, mitis, & omni ratione de illis bene mereri studens. Ab Ionibus igitur & Magnetibus qui in Asia incolūt, & AEolibus & Caribus & Lyciis & Melyensibus & Pamphyliis (vnum enim erat idémque impositum his tributum) pendebantur quadringenta argenti talenta. Hæc erat ab eo prima portio instituta. A Mysis & Lydis & Alysoniis & Cabaliis & Hygennensibus quingena talenta. Secūda portio hæc erat. Ab Hellespontiis, qui ad dextram illuc nauigantium siti sunt, & Phrygibus & Thracibus qui Asiā incolūt, & à Paphlagonibus & Mariandenis & Syris, trecenta & sexagena talenta. Hæc erat tertia portio. A Cilicibus, equi albi triceni sexageni, in dies singulos singuli, necnon talenta argenti quingenta: quorum centena & quadragena erogabātur in eam Ciliciæ regionē quæ equos producebat: trecena autē & sexagena

a *Sunt qui ita hunc locum exponant*, Adiunctis ad nationes, *vel, gentes*, vicinarum regionum incolis, atque etiam transgressus vicinos, iis qui longius erant dissiti, aliis alias gentes tribuens. Distribuit igitur prouinciis hunc in modum tributū, quod quidē exigebatur, *&c. Vt legatur ἄλλοις ἄλλα ἔθνεα νέμων. ἀρχὰς δὲ, &c.*

Dario obueniebant. Hæc quarta portio. Ab vrbe Posideio, quam coloniam Amphilochus Amphiarai filius deduxit [a] in finibus Cilicum ac Syriorum, ab hac ad AEgyptum vsque, præter Arabum partem, (hæc enim erat immunis) trecenta & quinquagena erat tributũ. Quinta portio hæc. [b] cui annumeratur omnis Phœnicia & Syria quæ dicitur Palæstina, & Cyprus. Ab AEgypto & Libybus AEgypto conterminis, & Cyrena & Barca (in portione nanque AEgypti istæ ordinantur) septingenta prouenienbant talenta, præter pecuniã è piscario prouẽtu lacus Mœrios. Excepta hac pecunia & certo frumenti numero, septingenta talenta obueniebant. Nam cẽtum viginti millibus Persarum, qui in Albo muro Memphitico stationem habent, & eorum auxiliariis admetiuntur illi frumẽtum. Sexta portio hæc. Sattagydæ & Gãdarii & Dadicæ & Apparitæ, in idem constituti, cẽtena & septuagena talenta pendebant: Septima portio hæc. A Susis & cætera Cissiorum regione, trecenta: Octaua hæc portio. A Babylone verò cæteráque Assyria millena talenta argẽti proueniebãt, & præterea pueri castrati quĩgeni: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis & ab reliqua regione Medica & Parycaniis & Orthocorybantibus, quadringena & quinquagena talenta: Decima portio hæc. Caspii & Pausicę & Pãthimati & Daritæ simul conferentes, ducena talẽta afferebant. Vndecima hæc portio. A Bactrianis ad AEglos vsque, trecentorum & sexagenorum talentorum erat tributũ. Portio duodecima hæc. A Pactyica & Armeniis, corúmque conterminis, Euxino tenus ponto, talenta quadringenta. Tertiadecima hæc. A Sagartiis & Sarangæis & Thamãnæis & Vtiis & Mecis, & iis qui rubri maris insulas incolũt, vbi rex eos qui Relegati vocantur collocat: ab his omnibus sexcentorum talentorum proueniebat tributum:

[a] In montibus. *Valla legit ἐπ' οὔρεσι pro ἐπ' οὔρεσι.*

[b] Est autem in hac portione omnis Phœnicia. *Nã Valla in præcedentibus νομὸν* portionẽ *vertit.*

A Δαρείῳ ἐφοίτα· νομὸς τέταρτος οὗτος. ἀπὸ δὲ Ποσειδηΐου πόλεος, τὴν Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω οἴκισε ἐπ' οὔρεσι τοῖσι Κιλίκων τε καὶ Σύρων, ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης μέχρι Αἰγύπτου, πλὴν μοίρης τῆς Ἀραβίων (ταῦτα γὰρ ἦν ἀτελέα) πεντήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν. ἔστι δὲ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ Φοινίκη τε πᾶσα, καὶ Συρίη ἡ Παλαιστίνη καλεομένη, καὶ Κύπρος· νομὸς πέμπτος οὗτος. ἀπ' Αἰγύπτου δὲ, καὶ Λιβύων τῶν B προσεχέων Αἰγύπτῳ, Κυρήνης τε καὶ Βάρκης (ἐς γὰρ τὸν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται ἐκεκοσμέατο) ἑπτακόσια προσῄει τάλαντα, πάρεξ τοῦ ἐκ τῆς Μοίριος λίμνης γινομένου ἀργυρίου, τὸ ἐγίνετο ἐκ τῶν ἰχθύων· τούτου τε δὴ χωρὶς τοῦ ἀργυρίου, καὶ τοῦ ἐπιμετρεομένου σίτου προσῄει ἑπτακόσια τάλαντα. σίτου γὰρ δυώδεκα μυριάσι Περσέων τε τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ τῷ ἐν Μέμφι κατοικημένοισι καταμετρέουσι, καὶ τοῖσι τούτων ἐπικούροισι· C νομὸς ἕκτος οὗτος. Σατταγύδαι δὲ, καὶ Γανδάριοι, καὶ Δαδίκαι τε καὶ Ἀπαρύται, ἐς τὠυτὸ τεταγμένοι, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν τάλαντα προσέφερον· νομὸς ἕβδομος οὗτος. ἀπὸ Σούσων δὲ, καὶ τῆς ἄλλης Κισσίων χώρης, τριηκόσια· νομὸς ὄγδοος οὗτος. ἀπὸ Βαβυλῶνος δὲ, καὶ τῆς λοιπῆς Ἀσσυρίης χώρης, χίλιά οἱ προσῄιε τάλαντα ἀργυρίου, καὶ παῖδες ἐκτομίαι πεντακόσιοι· νομὸς εἴνατος οὗτος. ἀπὸ δὲ Ἐκβατάνων, καὶ τῆς λοιπῆς D Μηδικῆς καὶ Παρυκανίων, καὶ Ὀρθοκορυβαντίων, πεντήκοντά τε καὶ τετρακόσια τάλαντα· νομὸς δέκατος οὗτος. Κάσπιοι δὲ καὶ Παυσίκαι, Παντίμαθοί τε καὶ Δαρεῖται, ἐς τὠυτὸ συμφέροντες, διηκόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἑνδέκατος οὗτος. ἀπὸ Βακτριανῶν δὲ μέχρι Αἰγλῶν, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα φόρος ἦν· νομὸς δυωδέκατος οὗτος. ἀπὸ Πακτυϊκῆς δὲ, καὶ Ἀρμενίων, καὶ τῶν προσεχέων μέχρι E τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, τετρακόσια τάλαντα· νομὸς τρίτος καὶ δέκατος οὗτος. ἀπὸ δὲ Σαγαρτίων, καὶ Σαραγγαίων, καὶ Θαμαναίων, καὶ Οὐτίων, καὶ Μέκων, καὶ τῶν ἐν τῇσι νήσοισι οἰκεόντων τῶν ἐν τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, ἐν τῇσι τοὺς Ἀνασπάστους καλεομένους κατοικίζει βασιλεὺς, ἀπὸ τούτων πάντων ἑξακόσια τάλαντα ἐγίνετο φόρος·

γρ. Ὀρθοκορυβαντων

γρ. Μύκων.

νομὸς τέταρτος καὶ δέκατος οὗτος. Σάκαι δὲ καὶ Κάσπιοι πεντήκοντα καὶ διηκόσια ἀπαγίνεον τάλαντα. νομὸς πέμπτος καὶ δέκατος οὗτος. Πάρθοι δὲ, καὶ Χορασμίοι, καὶ Σογδοί τε καὶ Ἄριοι, τριηκόσια τάλαντα· νομὸς ἕκτος καὶ δέκατος οὗτος. Παικάνιοι δὲ, καὶ Αἰθίοπες οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης, τετρακόσια τάλαντα ἀπαγίνεον· νομὸς ἕβδομος καὶ δέκατος οὗτος. Ματιηνοῖσι καὶ Σαρπηδόνιοισι, καὶ Ἀλαροδίοισι διηκόσια ἐπετέτακτο τάλαντα· νομὸς ὄγδοος καὶ δέκατος οὗτος. Μόσχοισι δὲ, καὶ Τιβαρηνοῖσι, καὶ Μάκρωσι, καὶ Μοσυνοίκοισι, καὶ Μάρδοισι, τριηκόσια τάλαντα ἐπετέτακτο· νομὸς εἴνατος καὶ δέκατος οὗτος. Ἰνδῶν δὲ πλῆθός τε πολλῷ πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἀνθρώπων, καὶ φόρον ἀπαγίνεον ἐπὶ πολλῷ τοὺς ἄλλους, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος· νομὸς εἰκοστὸς οὗτος. τὸ μὲν δὴ ἀργύριον τὸ Βαβυλώνιον ἐπὶ τὸ Εὐβοϊκὸν συμβαλλόμενον τάλαντον, ἐστὶ τεσσεράκοντα καὶ πεντακόσια καὶ εἰνακισχίλια τάλαντα. τὸ δὲ χρυσίον τρισκαιδεκαπλάσιον λογιζόμενον, τὸ ψῆγμα θυρίσκεται ἐὸν Εὐβοϊκῷ τάλαντα ὀκτὼ καὶ ἑξακοσίων καὶ τετρακισχιλίων. Τούτων ὧν πάντων συλλεγομένων τὸ πλῆθος, Εὐβοϊκὰ τάλαντα συνελέγετο ἐς τὸν ἐπέτειον φόρον Δαρείῳ, μύρια καὶ τετρακισχίλια καὶ πεντακόσια καὶ ἑξήκοντα. τὸ δ' ἔτι τούτων ἔλασσον ἀπρεπείης, οὐ λέγω. ἔστι Δαρείῳ πρόσοδος φόρος ἀπό τε τῆς Ἀσίης, καὶ τῆς Λιβύης ὀλίγα χάθεν. προϊόντος μέντοι τοῦ χρόνου, καὶ ἀπὸ νήσων προσῆλθε ἄλλος φόρος, καὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μέχρι Θεσσαλίης οἰκεομένων. τοῦτον τὸν φόρον ἡσσωνέζει βασιλεὺς ὧδε τῷ τρόπῳ τοιῷδε. ἐς πίθους χαλκέους τήξας καταχέει. πλήσας δὲ ὁ ἄγγος, περιαιρέει τὸν κέραμον. ἐπεὰν δὲ δεηθῇ χρημάτων, κατακόπτει τοσοῦτον ὅσου αὐτοῦ ἑκάστοτε δέηται. αὗται μέν νυν ἀρχαί τε ἦσαν, καὶ φόρων ὑποτάξιες.

Ἡ Περσὶς δὲ χώρη μούνη μοι οὐκ εἴρηται δασμοφόρος. ἀτελέα γὰρ Πέρσαι νέμονται χώρην. οἵδε δὲ φόρον μὲν οὐδένα ἐτάχθησαν φέρειν, δῶρα δὲ ἀγίνεον Αἰθίοπες οἱ πρόσουρον

Quartadecima portio hæc. Sacæ & Caſpii ducena & quinquaginta talenta afferebant. Quintadecima portio hæc. Parthi Choraſmiíque & Sogdi & Arii, trecẽta talenta. Sextadecima portio hæc. Paricanii & qui ex Aſia ſũt AEthiopes, quadraginta talẽta. Decimaſeptima portio hæc. Mãtienis & Saſpiribus & Alarodiis ducena iniuncta talenta erant. Duodeuiceſima portio hæc. Moſchis & Tibarenis & Macronibus & Moſynœcis & Mardis trecenta talenta præcepta erant. Vndeuiceſima hæc portio. Indi, vt ſunt multitudine multo numeroſiſſimi inter omnes quos nouimus mortales, ita tributum ſuper cæteros omnes afferebant tricena ſexagena talenta aureorum ramẽtorum. Viceſima portio hæc. Quòd ſi Babylonica pecunia ad pondus Euboicum redigatur, fiũt nouies millena quingenáque & quadraginta talenta argẽti. [a] Aurum verò ſi terdecies tanto ramentorum taxetur, in ſumma reperietur ad rationem Euboicam eſſe ſex millia talentorum, ſexcentáque & octoginta. Quibus in vnum contractis ad Euboicum computum, exigebãtur in ſummam annui tributi à Dario, talẽtorum quatuordecim millia quingenta & ſexaginta. Minorem his ſummam omittẽdam mihi non referẽdam puto. Hoc tributum Dario ex Aſia obueniebat, & aliquantulum ex Libya: cæterùm procedente tempore & ab inſulis obuenit aliud tributum, & ab iis qui Europam Theſſalia tenus incolunt. Id tributum rex hunc in modum theſaurizat, *hoc eſt reponit.* Liquefactum aurum argentúmque in fictiles fidelias infundit: expletas mox fidelias ſubinde frangit: ex eóque auro argẽtóue, quoties pecunia indiget, tantum concidit quantum vſus poſtulat. Atque hæ quidem prouinciæ erant ac tributorum taxationes.

Sola autẽ Perſis ideo inter tributarias à me prætermiſſa eſt, [b] quòd eam minimè Perſæ colunt. Iſti autem ad ferendum vllum tributum non adigebantur, ſed munera portabant: AEthiopes AEgy-

a Aurum autem ramentitium inuenitur eſſe talẽtũm Euboicorũ quatuor millium ſexcentorum & octoginta, ſi ita ratio ineatur vt pſegma. *i. ramentum*, terdecies tãto argenti rependatur. His igitur omnibus in vnũ coagmẽtatis, Euboica talenta numero quatuorde cim millia quingenta ſexaginta annuo tributo colligebantur. *Ita Budæus hunc locum interpretatur lib. 4. De aſſe, admonẽs legendũ* τεσσαρακαιδεκάπλασιον. *quam lectionem & in Vet. cod. reperimus. Idẽ alsiũ verbis hunc locum ſtatim reddit circa initium eiuſdem libri*, Aurum verò ramẽtitium ſi terdecies expẽdatur ad argentum, in ſumma reperietur ad rationem Euboicã eſſe quatuor millia talentorum, ſexcentáque & octoginta. Quibus in vnum coactis, fit ſumma eorũ quæ quotannis colligebantur, quaterdecies millena quingena & ſexagena talẽta Euboica.

b Quòd Perſæ immunes agros colant. Iſti porro ad fer.

pto contermini, quos Cãbyſes in expeditione contra macrobios AEthiopes ſumpta ſubegit, quíq; ſacram Niſam incolunt, & Dionyſo dies feſtos agũt. Iſti AEthiopes eorúmque finitimi, eodẽ quo Indi Calandiæ ſemine vtuntur, ſubterraneáſque habent domos. horũ vtrique tertio quoque anno munera portabant, portántque ad meam vſque memoriam, [a] binos ſemodios auri rudis, & ducenos faſces ebeni, & quinos AEthiopes pueros, & vicenos grãdes elephãtorum dentes. Colchi quoque inter dona ferentes repoſiti erant, eorúmque finitimi ad mõtem vſque Caucaſum. Ad hunc enim mõtem imperitatur à Perſis. nam qui ad aquilonem Caucaſi habitant, eorum iã nulli Perſas curant. Iſti igitur dona ſibi imperata, etiam ad meam vſque ætatem, quinto quoque anno afferebant, centenos pueros, totidémque virgines. Afferebãt & Arabes millena quotannis talenta thuris. Hæc iſti dona, præter tributum, regi portabant. Sed Indi id aurum tam multum, vnde ramenta quæ dixi, regi afferũt, hac ratione comparant. Indicæ regionis id quod adſolẽ vergit, ſabuloſum eſt. nam Indi, duntaxat eorum quos ſcimus, de quibus aliquid pro certo narratur, primi ſunt hominum qui in Aſia ad auroram & ſolis ortum habitant.

a Binos chœnices auri ignẽ non experti.

INDORVM autẽ tractus qui auroram ſpectat, propter arenã vaſtus eſt. Eorum autem complures ſunt gẽtes, atque eæ lingua inter ſe diſſonæ: & corũ alii ſunt dediti rei pecuariæ, alii non: item alii in paluſtribus fluminis habitant, crudis victitantes piſcibus, quos aggreſſi ex arundineis nauigiis exceptant. Singula autem nauigia è ſingulis arundinis internodiis fiunt. Iſti ex Indis ferũt veſtem è tegete: quam vbi è flumine meſſuerũt inciderúntque, plectentes in modum ſtoreæ, tãquam thoracem ſibi induũt. His finitimi auroram verſus ſunt Indi pecuarii, carnibus crudis veſcentes, nomine Padæi, qui talibus vti moribus narrantur: Quoties ciuium [b] aliquis aliquãue ægrotat,

b Seu vir ſeu fœmina, ægr.

A ἐοι Αἰγύπτῳ, τοὺ Καμβύσης ἐλαύνων ἐπὶ τοὺ μακροβίους Αἰθίοπας, κατεστρέψατο· οἱ τοί τε Νίσαν τὴν ἱρὴν κατοίκηνται, καὶ τῷ Διονύσῳ αἰἀγισι τὰς ὀρτάς. οὗτοι οἱ Αἰθίοπες καὶ οἱ πλησιόχωροι τούτοισι, σπέρματι μὲν χρέωνται τῷ αὐτῷ τῷ B οἱ Καλαντίαι Ἰνδοί· οἰκήματα δ' ἔκτηνται κατάγαια. οὗτοι στεναμφότεροι ἀφ' τείτου ἔτεος ἀγίνεον, ἀγινέοισι δὲ κῆ ὅ μέζει ἐμεῦ, δύο χοίνικας ἀπύρου χρυσίου, καὶ διηκοσίας φάλαγγας ἐβένου, καὶ πέντε παῖδας Αἰθίοπας, C καὶ ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι. Κόλχοι δ' ἔταξαι οἱ ἐς τὸν δωρεὸν, καὶ οἱ προσεχέες μέχρι τῦ Καυκάσιος οὔρεος. ἐς τῦτο γὰρ τὸ οὔρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται. τὰ δ' πρὸς βορίῃ ἀνέμου τῦ Καυκάσιος, Περσέων ὀλίγον ἐπιφροντίζει. οὗτοι ὦν δῶρα τὰ ἐπάξιμα, ἔτι καὶ ἐς ἐμεῦ ἀφ' πεντετηρίδος ἀγίνεον, ἑκατὸν παῖδας, καὶ ἑκατὸν παρθένους. Ἀραβίοι δὲ χίλια τάλαντα ἀγίνεον λιβανωτοῦ ἀνὰ πῶν ἔτος. Ταῦτα μὲν ὦν οὗτοι δῶρα πρὸς τῷ φόρου βασιλέι ἐκόμιζον. Ἰνδοὶ δὲ χρυσὸν τῦτον τὸν πολλὸν οἱ Ἰνδοὶ, ἀπ' οὗ τὸ ψῆγμα τῷ βασιλέι τὸ εἰρημένον κομίζοισι, τῷδε κτέωνται. ἔστι τῆς Ἰνδικῆς χώρης τὸ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ψάμμος. τῶν γὰρ ἡμεῖς ἴδμεν, τῶν καὶ πέρι ἀτρεκές τι λέγεται, πρῶτοι πρὸς νότου καὶ ἡλίου ἀνατολῆς οἰκέοισι ἀνθρώπων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἰνδοί.

D Ἰνδῶν γὰρ τὸ πρὸς τὸν νότον ἔρημόν ἐστι, ἀφ' τὸν ψάμμον. ἔστι δὲ πολλὰ ἔθνεα Ἰνδῶν, καὶ οὐκ ὁμόφωνα σφίσι. καὶ τὰ μὲν αὐτῶν, νομάδες εἰσί· οἱ δὲ, οὔ· οἱ δὲ, ἐν τοῖσι ἕλεσι οἰκέοισι τῦ ποταμοῦ· καὶ ἰχθύας σιτέονται ὠμοὺς, τοὺ αἱρέοισι ἐκ πλοίων καλαμίνων ὁρμεώμενοι. καλάμου δὲ ἓν γίνῃ πλοῖον ἕκαστον ποιέεται. οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν φορέοισι ἐσθῆτα τε φλοίνεον, ἐπεὰν ἐκ τῦ ποταμοῦ φλοιὸν ἀμήσωσι, καὶ κόψωσι, E τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες, ὡς θώρηκα ἐνδυέοισι. ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν τοῖς ἦα οἰκέοντες τούτων, νομάδες εἰσὶ, κρεῶν ἐδέαι ὠμῶν. καλέονται δὲ Παδαῖοι. νόμοισι δὲ τοιοῖσδε λέγονται χρᾶσθαι. ὃς ἂν κάμῃ τῶν ἀστῶν, εἰ τε ἀνὴρ, εἰ τε γυνὴ,

128

τοῖς νομάδεσι

μὲν

τὸν ἄπαρνος

τὴν ἢ δὲ αὖ γυνὴ

τοὺς μὲν ἄνδρα ἄνδρες ὁμιλέοντες κτείνουσι, φάρμακον αὐτὸν, τηκόμενον τῇ νούσῳ, τὰ κρέα σφίσι διαφθείρειν· ὁ δὲ, ἀπονενόμενός ἐστι μὴ μὰ νοσέειν. οἱ δὲ, οὐ συγγιγνωσκόμενοι, ἀποκτείνοντες κατευωχέονται. αἱ δὲ γυναῖκες, ὡσαύτως αἱ ἐπιχειρέουσαι μάλιστα γυναῖκες ταῦτα τοῖσι ἀνδράσι ποιοῦσι. οἱ γὰρ δὴ ἐς γῆρας ἀπικόμενον θύσαντες, κατευωχέονται. ὀλίγοι δὲ τούτου τοῦ λόγου οὐ πολλοί τινες αὐτέων ἀπικνέονται· πρὸ γὰρ τοῦ ἐς νοῦσον πρήσσοντα πίπτοντα κτείνουσι. ἕτερον δὲ ἐστὶ Ἰνδῶν ὅτε ἄγριος θὼς· οὔτε κτείνουσι οὐδὲν ἔμψυχον, οὔτε σπείρουσι, οὔτε οἰκίας νομίζουσι ἐκτῆσθαι· πρόσφαγον δὲ, καὶ ἄγριοι ἐστὶ ὅσον κέγχρος· τὸ μέγαθος ἐν κάλυκι, αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον· τὸ συλλέξαντες, αὐτῇ τῇ κάλυκι ἕψουσί τε καὶ σιτέονται. ὃς δ' ἂν ἐς νοῦσον αὐτέων πέσῃ, ἐλθὼν ἐς τὴν ἔρημον κεῖται. φροντίζει δὲ οὐδεὶς οὔτε ἀποθανόντος, οὔτε κάμνοντος. μίξις δὲ τούτων τῶν Ἰνδῶν τῶν κατέλεξα πρώτων, ἐμφανὴς ἐστὶ, καθάπερ τῶν προβάτων. καὶ τὸ χρῶμα φορέουσι ὅμοιον πρώτοις καὶ τὸ μέγαθος πλησίον Αἰθίοψι. ἡ γονὴ δὲ αὐτῶν, τὴν ἀπίενται ἐς τὰς γυναῖκας, οὐ, καθάπερ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, ἐστὶ λευκὴ, ἀλλὰ μέλαινα, καθάπερ τὸ χρῶμα. παραπλησίως δὲ καὶ Αἰθίοπες ἀπίενται χολήν. οὗτοι μὲν τῶν Ἰνδῶν ἔσχατοί εἰσι πρὸς τῶν Περσέων οἰκέουσι, καὶ πρὸς νότου ἀνέμου· καὶ Δαρείου βασιλῆος οὐδαμῇ ὑπήκουσαν.

Ἄλλοι δὲ τῶν Ἰνδῶν Καασπατύρῳ τε πόλι καὶ τῇ Πακτυϊκῇ χώρῃ εἰσὶ πρόσουροι, πρὸς ἄρκτου τε καὶ βορέου ἀνέμου κατοικημένοι, καὶ τῶν ἄλλων Ἰνδῶν, οἱ Βακτρίοισι παραπλησίῃ ἔχουσι διαίτῃ· οὗτοι καὶ μαχιμώτατοί εἰσι Ἰνδῶν. οὗτοί εἰσι οἱ ἐπὶ τὸν χρυσὸν τὸν ἑλλόμενοι εἰσὶ οὗτοι· ἔστι γὰρ τοῦτο ἔρημον ψάμμου. ἐν δὴ ταύτῃ τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ γίνονται μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκων δὲ μείζονα. εἰσὶ γὰρ δὴ αὐτέων καὶ παρὰ βασιλέι τῶν Περσέων, ἐνθεῦτεν θηρευθέντες. οὗτοι ὦν οἱ μύρμηκες ποιεύμενοι οἴκησιν κατὰ γῆν, ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον καπάπερ οἱ ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες,

virum quidem suimaximè familiares interimunt: quòd dicant illum morbo tabescentem, carnes ipsis corrupturum: & licet se neget ille ægrotare, nihilominus isti non ignoscentes necant cum, epulantúrque. Mulieri verò, suæ maximè necessariæ, idem quod viri viro faciunt. Qui autem ad senium peruenit, eo itidem mactato pascuntur. Ideóque cũ hac de causa, tum quia omnes qui in morbum incidunt, necantur, nõ multi sanè eorum ad senectutem peruenium. Est aliorum Indorũ hæc diuersa consuetudo, vt nullam animantem interimant, vtque nihil serant, nec domos parandas existiment, atque herba victitent. Eitque eis semẽ quoddã milii instar, sua sponte nascens è terra, suo in calice: quod cum ipso calice lectum coquũt, edúntque. Eorum quisquis in morbũ incidit, is in locum desertum pergit, ibíque decumbit, eius vel decumbẽtis vel defuncti curam gerente nemine. Horum omnium quos recensui Indorum coitus in propatulo est, sicut pecorum: color similis ac proximus AEthiopico. genitura quã in mulieres emittunt, non alba, quemadmodum cæterorum hominum, sed atra, vt color corporis: qualem AEthiopes quoque emittunt. Hi Indi longius à Persis absunt, [a] & vẽto Austro obnoxii: eóque Dario neutiquam obtemperabant.

a Et versus Austrum ventum.

[b] Cæteri Indi Caspatyro vrbi & Pactyicæ regioni cõtermini sũt, ad ventum Aquilonem habitantes. Et ex aliis Indis ii qui proximam Bactrianis vitam degunt, pugnacissimi sunt, & qui [c] ad aurũ præcipuè mittunt. Circa hanc enim plagam vasta sunt propter arenam loca. in ea solitudine arenosa formicæ gignuntur, canum quidem magnitudine minores, vulpium verò maiores. Earum nonnullæ & apud eos & apud regẽ Persarũ visuntur, hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciẽdis sub terra domiciliis egerũt arenã, vt apud Græcos formicæ,

b Alii ex Indis Caspatyro vrb.

c Ad aurum *colligendum* præcipuè mittuntur. *In aliis edit. interpret. Vallæ legitur, Qui ad Austrum mittunt, pro, Qui ad aurum mittũtur. Vel, proficiscũtur.*

atque eodem modo, ipsa specie corporis simillima. Ea autē quæ egeritur arena, auracea est: [a] pro qua in desertum mittentes Indi, ternos singuli camelos iungunt: mares à lateribus, quos frænatos trahunt, fœminam in medio, in quam ipsi ascendunt: data opera vt à recentissimis fœtibus abstractas iungant. Etenim apud eos cameli cùm nihilo sunt minori pernicitate quàm equi, tum verò ad ferenda onera multo valentiores. Qualem autem habeat camelus speciē, Græcis, vtpote sciētibus, non puto scribendum: sed quod de eo animali nescitur.

Camelus in posterioribus crūribus gerit quatuor femora, & totidem genua, & veretrum inter posteriora crura caudam versus spectans. Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurum *legendum* tendunt, [b] vt quum feruentissimus fuerit æstus, sint in rapina. siquidem præ æstu formicæ sub terra se occultas tenēt. Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutinus, non quemadmodum aliis meridie, eousque efferuescens dū tempus est à foro discedendi: per quod spatiū multo magis vrit quàm meridianus in Græcia, adeo vt dicantur illi tum in aqua se abluere. Meridies verò ferè Indos vrit peræquè atque alios homines: declinante meridie, talis est illic sol qualis alibi matutinus: ac deinceps magis ac magis frigescens, dum ad occasum peruenit: quo tempore præcipuè friget. Vbi ad locū Indi peruenere, culeis quos attulere, arena completis, [c] raptissimè retrò se recipiunt. Quos protinus formicæ (vt à Persis fertur) olfactu perceptos insequuntur tanta pernicitate quāta in alio est nullo: ita vt nisi viam [d] ad quam formicę congregantur, anticipent Indi, nemo sit ipsorum inde euasurus. Ideóque camelos mares, quòd impares fœminis sunt in currendo, [e] ne trahantur, dissoluunt: sed non vtrunque pariter. fœmina verò, pulli quem reliquit memor, nihil sibi remittit.

a Ad quam *colligendam* qui in desertum mittūtur Indi, &c.

b Sic inita *timerē* ratione vt quū feruen. &c. *Vel, Hoc prudēter præuiso vt quū*, &c.

c Quamprimū. *Vel, primo quoque tempore.*

d Interim dum formicæ congregantur.

e Dissoluunt, si vnà non trahantur vtrique. *Vid est, Si vtrique assequi pari gradu non possint. Ita quidam hunc locū interpretātur: qui & aliam interpretationem admittere videtur.*

καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον. εἰσὶ δὲ καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατοι οὗτοι. λέγω δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη ὅτι χρυσῖτις. ὅτι δὴ τούτῳ τῷ ψάμμον σέλλονται ἐς τὸν ἔρημον οἱ Ἰνδοί, ζυγὰ ἅμα ἕκαστος καμήλους τρεῖς, συνεφόρεον μὲν ἑκατέρωθεν ἕρσενα προσέλκειν, θήλεα δέ, ἐς μέσον. ὅτι τούτῳ δὴ αὐτὸς ἀναβαίνῃ, ἐπιτηδεύσας ὅκως ἀπὸ τόκων ὡς νεωστὶ τῶν ἀπαράσας ζεύξῃ. αἱ γὰρ σφι κάμηλοι, ἵππων οὐκ ἧσσονες ἐς τὰ χυτὰ εἰσι. χωρὶς δὲ, ἀγεδὰ δυνατώτεραι πολλῷ φέρειν. ὃ μὲν δὴ εἶδος ὁκοῖόν τι ἔχει ἡ κάμηλος, ὅτι σαφέστερον τοῖσι Ἕλλησι οὐ γράφω. τὸ δὲ μὴ ὅτι σφέα αὐτῆς, τοῦτο φράσω. κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηροὺς, καὶ γούνατα τέσσερα· τὰ δὲ αἰδοῖα, πρὸς τῶν ὀπισθίων σκελέων, πρὸς τὸν ὄρχιν τράμμα. ὁ δὲ δὴ Ἰνδὸς ζεύξας τοιούτῳ καὶ ζεύξῃ τοιαύτῃ χρεώμενοι, ἐλαύνουσι ὅτι τάχιστα τὸν χρυσὸν λελογισμένως, ὅκως αὐ καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ. ὑπὸ γὰρ τοῦ καύματος οἱ μύρμηκες ἀφανέες γίνονται ὑπὸ γῆν. θερμότατος δὲ ὅσῃ ὁ ἥλιος τούτοισι τοῖσι ἀνθρώποισι τὸ ἑωθινὸν καὶ οὐ περὶ τοῖσι ἄλλοισι μεσαμβείης, ἀλλ' ὑπερτείλας μέγας οὐ λήγει δεινὸς· τότον δὲ τὸν χρόνον καὶ πολλῷ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβείῃ τὴν Ἑλλάδα· οὕτως ὥστε ἐν ὕδατι λόγος αὐτοῖσι ἐστὶ βρέχεσθαι τηνικαῦτα. μεσούσης δὲ ἡμέρης, σχεδὸν πεπλησίακε καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι καὶ τοῖσι Ἰνδοῖσι· ἀποκλινομένης δὲ τῆς μεσαμβείης, γίνεται σφι ὁ ἥλιος κατάπερ τοῖσι ἄλλοισι ὁ ἑωθινός. καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ὅτι ἐπὶ μᾶλλον ψύχει, ἐς ὃ ὅτι δεδμῆσι ἐών, καὶ τὸ κάρτα ψύχει. ἐπεὰν δὲ ἔλθωσι ἐς τὸν χῶρον οἱ Ἰνδοὶ, ἔχοντες ζυλάκια, ἐμπλήσαντες ταῦτα τῆς ψάμμου, τῷ τὰχιστα ἐλαύνουσι ὀπίσω. αὐτίκα γὰρ οἱ μύρμηκες ὀδμῇ, ὡς δὴ λέγεται ὑπὸ Περσέων, μαθόντες διώκουσι. εἰσὶ δὲ ταχυτῆτα οὐδενὶ ἑτέρῳ ὁμοίαν τοὐτῳ· ὥστε εἰ μὴ προλαμβάνοι τῆς ὁδοῦ τοὺς Ἰνδοὺς ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφέων ἀποσώζεσθαι. τοὺς μὲν νυν ἕρσενας τῶν καμήλων, (εἰσὶ γὰρ ἧσσονες θεῖν τῶν θηλέων) ἅτε ἁλυσκομένους, ἅμα ὁμοῦ ἀμφοτέρους ζεύξαντες ἄγουσι· τὰς δὲ θηλέας ἀναμιμνησκομένας τῶν ἐλίπον τέκνων, ἐνδιδόναι μηχανὸν οὐδέν.

127

πρὸς πότερον δὲ τῶν χρόνων
ὁμοίως, οὕτω ὥστε

τὸν μὲν δὴ πλέω τὸ χρυσοῦ οὕτω ④ Ἰνδοὶ κτῶνται, ὡς Πέρσαι φασί· ἥλιος δὲ ἀσφαιώτερός ἐστι ἐν τῇ χώρῃ ὀρυσσόμενος. αἱ δ' ἐσχατιαὶ χώρης τῆς οἰκουμένης τὰ κάλλιστα ἔλαχον, καὶ ὥσπερ ἡ Ἑλλὰς ὥρας πολλόν τι κάλλιστα κεκραμένας ἔλαχε. τοῦτο μὲν γὰρ πρὸς τιμὴν ἑκάστην τῶν οἰκεομένων ἡ Ἰνδικὴ ἐστί, ὥσπερ ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηκα. ἐν ταύτῃ τοῦτο μὲν, τὰ ἔμψυχα τετράποδά τε καὶ τὰ πετεινὰ πολλῷ μέζω ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι χωρίοισί εἰσι, πλὴν ἐξ τῶν ἵππων· (οὗτοι γὰρ ἐσανιῶνται ὑπὸ τῶν Μηδικῶν, Νισαίων δὲ καλουμένων ἵππων) τοῦτο δὲ χρυσὸς ἄπλετος αὐτόθι ἐστί, ὁ μὲν, ὀρυσσόμενος· ὁ δὲ, καταφορβούμενος ὑπὸ ποταμῶν· ὁ δὲ, ὥσπερ ἐσήμανα, ἁρπαζόμενος. τὰ δὲ δένδρεα τὰ ἄγρια αὐτόθι φέρει καρπὸν εἴρια καλλονῇ τε πρωφέροντα, καὶ ἀρετῇ τῇ ἀπὸ τῶν οἰῶν· καὶ ἐσθῆτι ④ Ἰνδοὶ ἀπὸ τούτων τῶν δενδρέων χρέωνται.

Πρὸς δὲ αὖ μεσαμβρίης ἑσχάτη Ἀραβίη τῶν οἰκεομένων χωρίων ἐστί. ἐν δὲ ταύτῃ λιβανωτός τε ἐστι καὶ μυρίη χωρέων πασέων φοίνικος, καὶ σμύρνη, καὶ κασίη, καὶ κινναμωμον, καὶ λήδανον. ταῦτα γὰρ πάντα πλὴν τῆς σμύρνης, εὐπετέως κτέωνται ④ Ἀράβιοι. τὸν μὲν γὰρ λιβανωτὸν συλλέγουσι, τιμῶντες σύραξ θυμιῶντες, τιμῶντες ἐς Ἕλληνας Φοίνικες ἐξάγουσι· ταύτῃ θυμιῶντες λαμβάνουσι. τὰ γὰρ δένδρεα ταῦτα τὰ λιβανωτοφόρα, ὄφιες κατέχουσι, μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, φυλάσσουσι, πλήθει πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον. οὗτοι οἵπερ ἐπ' Αἴγυπτον στρατεύονται, σμύρνῃ δὲ μοῦνον ἀπελαύνονται ἀπὸ τῶν δενδρέων, ἡ τῆς σύραξος τὸ κάπνῳ. λέγουσι δὲ ταῦτα Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα αὐτὴ γῆ ἐπιπλέοιτο τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' ἀνθρώπους οἷόν τι ἐπὶ τοὺς ἐχίδνας ἡ πίσα μοῦνον γίνεται. καὶ πρὸς τοῦ θείου ἡ πρόνοια, ὥσπερ καὶ εἰκός ἐστι, ἐοῦσα σοφή, ὅσα μὲν ψυχρὰ τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ὀλιγοστήσῃ κατεσθιόμενα· ὅσα δὲ θρέπτικα καὶ αἰνὰ, ὀλιγόγονα. ὅτου μὲν, ὅτι ὁ λαγωὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου· οὕτω δή τι τὸ, πολύγονόν ἐστι· ὅπως δ' ἐστὶ μοῦνον πάντων τῶν θηρίων.

Darius postquam hæc Democedi præcepit, homines ad mare dimisit. Isti, quum in Phœnicem descendissent, & ex Phœnice in vrbem Sidonem, confestim duas triremes instruxerunt, & simul ingentem onerariam omnifariis bonis impleuerunt. Comparatisque omnibus, in Græciam traiiciunt. & adeuntes maritima eius loca intuebantur atque describebant. Tum pleraque ac celeberrima Græciæ loca contemplati, in Italiam Tarentum transmiserunt. Ibi Aristophilides Tarentinorum rex, [a] & ipse Crotoniensis, gubernacula Medicarum nauiũ resoluit, pariter & ipsos Persas detinuit, tanquam certos exploratores. Interea dum isti patiuntur hæc, Democedes Crotonem abiit ad domũ suam. [b] Quo abeũte Aristophilides Persas missos fecit, restitutis iis quæ de nauibus abstulisset. Illinc Persæ nauigantes, ac Democedem persequentes, Crotonem peruenium: nactique in foro Democedẽ prehendunt. Eum Crotoniensium quidam, res Persicas reformidãtas, tradere parati erant: quidam iniectis è diuerso manibus, fustibus cædebãt Persas, [c] qui his verbis commonefaciebãt, Viri Crotonienses considerate quid faciatis, qui homine regis fugitiuum eripitis. An ex vsu erit vobis hãc iniuriam regi Dario intulisse, ac vobis bene cedet ista feciſſe, [d] si nos dimiseritis? Cui enim prius quàm huic vrbi bellũ inferemus? aut quã priorẽ diripere conabimur? Hæc dicendo nihil magis Crotoniẽsibus persuaserũt. quinimo non modò Democede, sed etiam oneraria naui quam vnà duxerãt, priuati sunt: atque in Asiã reuersi, omisso iam studio discẽdi vlteriora Græciæ, quòd duce essẽt fraudati. Quibus tamẽ in digressu Democedes mãdauit vt Dario diceret, Democedẽ ducere vxorẽ Milonis filiã. erat enĩ apud regẽ celebre nomẽ Milonis luctatoris. Quas nuptias videtur mihi eo tẽpore properasse magna erogata pecunia vt ipsũ etiã in patria sua spectatũ esse Dario appareret.

a *Non sequitur lectionẽ edit. Vulg. quæ tamen & ipsa suspecta est.*

b Interim verò dum iste domum reuertitur, Aristoph.

c Qui hæc verba obtendebant. *Vel*, Hæc illis allegabant, *vel*, proponebant.

d Si nobis hunc eripueritis?

A οὐδὲ λελήθεμεν ὦ καὶ τοῦτο τοῦτο ὁ Δαρεῖος, ἀποστέλλει ἀνδρας ὅπως θαλασσεύσομεν. καταβαίντες δὲ οὗτοι ἐς Φοινίκην, ἐν Φοινίκῃς ἐς Σιδῶνα πόλιν, αὐτίκα μὲν τριήρεας δύο ἐπλήρωσαν, ἅμα δὲ αὐτῇσι, καὶ γαῦλον μέγαν, πάντων ἀγαθῶν πρήσαντες ὦν πάντα, ἔπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα. κατασχόντες δὲ αὐτῇ, τὰ μὲν δὴ πρῶτα λάσια ἐθηεῦντο, καὶ ἀπεγράφοντο. ἐς ὃ, τὰ πολλὰ αὐτῆς καὶ οὐνομαστὰ θεησάμενοι, ἀπίκοντο ἐς Ἰταλίης ἐς Τάραντα. ἐνθαῦτα ὦν δὴ Κρητῶνος τῆς Δημοκήδεος, Ἀριστοφιλίδης τῶν Ταραντίνων ὁ βασιλεύς, τοῦτο μὲν, τὰ πέδαλα προέλυσε τῶν Μηδικέων νεῶν, τὸ ὦν, αὐτοὺς τοὺς Πέρσας ἔρξε, ὡς κατασκόπους δὴθεν ἐόντας. ἐν ᾧ ὦν οὗτοι ταῦτα ἔπασχον, ὁ Δημοκήδης ἐς τὸ Κρότωνα ἀπικνέεται. ἀπιγμένου ὦν ἤδη τούτου ἐς τὸν ἑωυτοῦ, ὁ Ἀριστοφιλίδης ἕλυσε τοὺς Πέρσας, καὶ τὰ προέλαβε τῶν νεῶν, ἀπέδωκέ σφι. πλέοντες δὲ ἐνθεῦτεν οἱ Πέρσαι, καὶ διώκοντες Δημοκήδεα, ἀπικνέονται ἐς τὴν Κρότωνα. θυρώντες δέ μιν ἀγορεύοντα, ἔπεσον αὐτοῦ. τῶν δὲ Κροτωνιητέων οἱ μὲν, καταῤῥωδέοντες τὰ Περσικὰ πρήγματα, παρίεναι ἑτοῖμοι ἦσαν· οἱ δὲ αὐτὰ ταῦτα τοῦτό τε καὶ τῇσι σκυτάλῃσι ἔπαιον τοὺς Πέρσας, παραιθαμένους ἔπεα τάδε, Ἄνδρες Κροτωνιῆται, ὁρᾶτε τὰ ποιέετε· ἄνδρα βασιλέος δρηπέτην ἡμόμενον ἐξαιρέεσθε; κῶς ταῦτα βασιλέϊ Δαρείῳ ἐκχρήσει παρεῦσθαι; κῶς δὲ ὑμῖν τὰ ποιεύμενα ἔξει καλῶς, ἢν ἀπέλησθε ἡμέας; ὅτι τίνα ἢ ταύτης παρέτερην πρῆξιν ἐσβαλόμενοι πόλιν; τίνα δὲ παρέτερην ἀνδραποδίζεσθαι πειρησόμεθα; ταῦτα ἢ λέγοντες, τοὺς Κροτωνιήτας οὐκων ἔπειθον· ἀλλ' ἐξαιρεθέντες τε τὸν Δημοκήδεα, καὶ τὸν γαῦλον τὸν ἅμα ἄγοντο ἀπαιρεθέντες, ἀπέπλεον ὀπίσω ἐς τὴν Ἀσίην, τόνδε τε ἐζητηκότες τῶν παρόντων Ἑλλάδος ἀπιγμένοι ἐπιμαθεῖν, ἐστερημένοι δὲ ἦσαν μόνου. τοσοῦνδε μὲν τοι ἐπετείλατο σφι Δημοκήδης, ἀναγομένοισι καλῶν εἰπεῖν Δαρείῳ σφέας, ὅτι ἁρμόσαι τὴν Μίλωνος θυγατέρα Δημοκήδης γυναῖκα. τὸν δὲ δὴ παλαιτέρω Μίλωνος ἐὼν ὄνομα πολλὸν τῶνδε βασιλέϊ. ἐκ δὲ τούτου μοι δοκέει ἀσεῦσαι τὸν γάμον τοῦτον, τελέσας χρήματα μεγάλα Δημοκήδης, ἵνα φανῇ παρεὼν ἐν τῇ ἑωυτοῦ δήμιος.

ἀναχθέντες δὲ ἐκ τῆς Κρότωνος οἱ Πέρσαι, ἐμπίπτουσι τῇσι νηυσὶ ἐς Ἰηπυγίην. καὶ σφέας δουλοῦνται ἐνθαῦτα, Γίλλος ἀνὴρ Ταραντῖνος φυγὰς ῥυσάμενος, ἀπήγαγε παρὰ βασιλέα Δαρεῖον. ὁ δὲ αὐτὶ τούτων ἕτοιμος ἦν δώσειν τοῦτο ὅ,τι βούλοιτο αὐτός. Γίλλος δὲ αἱρέεται κατελθὼν οἱ ἐς Τάραντα φρένας θέσθαι, ὡς ἀπηγησάμενος τὸν συμφορὸν. ἵνα δὲ μὴ σὺν στρατῷ ἐπέλθῃ τῇ Ἑλλάδι, λέγει δὲ αὐτῶν τόλος μέγας πλέειν ἐπὶ τὴν Ἰταλίην, Κνιδίους μούνους ἀποστεῖλαι οἱ ἔφη τοὺς κατάγοντας γενέσθαι. δοκέων ἀπὸ τούτων ἐόντων τοῖσι Ταραντίνοισι φίλων μάλιστα τῇ κατόδῳ οἱ ἔσεσθαι. Δαρεῖος δὲ ἐπαινέσας ἐπετέλεε. πέμψας γὰρ ἄγγελον ἐς Κνίδον, κατάγειν σφέας ἐκέλευε Γίλλον τε Ταραντα. πειθόμενοι δὲ Δαρείῳ Κνίδιοι Ταραντίνους οὐκων ἔπειθον, εἶναι δὲ ἀδύνατοι ἦσαν ὡς ἐφέρετο. ταῦτα μὲν νεῦ οὕτω ἐτελέσθη. οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀπίκοντο Πέρσαι, καὶ οὗτοι διὰ τοιόνδε πρῆγμα κατασκοποὶ ἐλθόντο.

ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα, Σάμον ἐπειλε Δαρεῖος αἱρέει, πολίων πασέων πρώτην Ἑλληνίδων καὶ βαρβάρων, διὰ τοιόνδε τινα αἰτίην. Καμβύσεω τοῦ Κύρου στρατευομένου ἐπ' Αἴγυπτον, ἅμα οἱ τε συχνοὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκοντο Ἑλλήνων, οἱ μὲν, ὡς εἰκὸς, κατ' ἐμπορείην στρατευόμενοι, οἱ δέ τινες, καὶ αὐτῆς τῆς χώρης θεηταὶ τοῦ ἕνεκα ἦλθον· ἐν τοῖσι Αἴακης, Πολυκράτεός τε ἐὼν ἀδελφεὸς, καὶ φεύγων ἐκ Σάμου. τοῦτον τὸν Συλοσῶντα κατέλαβε δύστυχίη τοιήδε τις· λαβὼν χλανίδα καὶ περιβαλόμενος πυρρὴν ἠγόραζε ἐν τῇ Μέμφι· ἰδὼν δὲ αὐτὸν Δαρεῖος, δορυφόρος τε ἐὼν Καμβύσεω, καὶ λόγου οὐδενὸς κω μεγάλου, ἐπεθύμησε τῆς χλανίδος, καὶ αὐτὴν προσελθὼν ὠνέετο. ὁ δὲ Συλοσῶν ὁρέων τὸν Δαρεῖον μεγάλως ἐπιθυμέοντα τῆς χλανίδος, δείσας τύχην κρεώμενος, λέγει, Ἐγὼ ταύτην πωλέω μὲν οὐδενὸς χρήματος· δίδωμι δὲ ἄλλως, εἴπερ οὕτω δεῖ γενέσθαι. πολλῶν τοι αἰνέσας ταῦτα ὁ Δαρεῖος, ἀπεκομίζετο εἷμα. ὁ μὲν δὴ Συλοσῶν ἡπίστατο οἱ τοῦτο ἀπολωλέναι δι' ἀνηθείην· ὡς δὲ τὸν χρόνον προβαίνοντος Καμβύσης τε ἀπέθανε,

Profecti Crotone Persæ, ad Iapygiam in quasdam naues incidêrunt: à quibus in seruitutem redactos Gillus quidam Tarétinus exul redemit, & ad regem Dariũ reportauit. Ob quod meritum quum rex paratus esset donare ei quicquid vellet, optauit se in patriam reduci, exposita prius sua calamitate, dicens, ne omnem Græciam conturbaret, si classis ingens ipsius causa in Italiã mitteretur, contentum se esse vt per solos Cnidios reduceretur: existimans, pro amicitia quæ Cnidiis erat cum Tarentinis, se præcipuè reductum iri. Id Darius pollicitus effecit. nam misso Cnidum nũntio iussit vt Gillum Tarentũ reducerent. Cnidii Dario obsequentes, id tamen à Tarentinis non impetrauerũt: nam ad vim inferendam inualidi erãt. Atque hæc hũc in modum administrata sunt. hique Persæ primi extitere qui in Græciam traiecerunt explorandi gratia, & ob hanc rẽ.

SAMVM verò post hæc rex Darius, omniũ vrbium tã Græcarum quàm barbararũ primã, euertit, ob hanc causam: Dum Cambyses in expeditione aduersus AEgyptum ageret, permulti se illuc Græcorum conferebant, partim (vt credibile est) negotiãdi, partim militãdi, partim ipsius regionis oculis subiiciendæ gratia. E quibus fuit Syloson AEacis filius, Polycratis germanus, extorris patria. Huic Sylosonti felicitas huiusmodi cõtigit: Sumpto hic amiculo rutilo ac sibi circũdato, apud forum Mempheos spatiabatur. quem quum vidisset Darius Cambysis satelles, [a] nullius admodum conditionis vir, captus amore amiculi, adit hominem vt mercetur amiculum. Syloson, animaduertẽs Darium magnopere amiculum cupere, diuina quadam fortuna vsus, Ego, inquit, amiculum hoc nulla pecunia vendo, [b] sed tibi largior, si modò tuum perpetuò debet esse. Hæc approbãs Darius, accepit indumentũ. Syloson, qui putarat sibi illud stultè perisse, interiecto tẽpore, quũ Cãbyses decessisset,

a Nullius adhuc admodũ magnæ autoritatis vir, amiculi desiderio captus.

b Sed alioquin dono (si hoc quidem vt fiat necesse est) certè tibi. *Q. d. Sed quodego vendere nolim, id alioquin dono, tibi quidem certè libentius quàm cuiquam alij, quandoquidem donare non vẽdere statui. Non immeritò tamen suspectum alicui fuerit hic locus.*

& septẽ illi magum oppressissent, & ex septem Darius regnum adeptus esset, vbi certior factus est ad eum virum peruenisse regnum cui ipse roganti dedisset in AEgypto illud amiculum, Susa ascẽdit, sedénsque in vestibulo regiæ, ait se eum esse qui de rege sit bene meritus. hæc audiens ianitor, regi nuntiauit: ad quem admirabundus rex, Et quis est, inquit, Græcorum qui in me beneficus extiterit, cui ego reuerẽtiam debeam, recẽs regno potitus? Necdum multi aut nulli eorum ad nos ascenderunt: [a]nec vllo Græcorum quicquam (vt sic dicam) opus habeo. tamen hominem introducite, vt sciam quid hæc dicendo velit sibi. Vbi à ianitore introductus est Syloson, ac stetit in medio, interrogatur ab interpretibus quisnam esset, aut quo facto beneficus in regem extitisset. Ipse rem omnem gestam circa amiculum refert, seséque illũ esse qui id donasset. Ad hæc respondens Darius, O, inquit, virorum generosissime, túne ille es qui mihi nullamdum potentiam habẽti donasti ea, quamuis parua, tamen perinde grata ac si nũc aliquid magnũ acciperem? Qua de re immenso te auro argentóque remunerabor, vt nunquam pœniteat te liberalem in Darium Hystaspis filium extitisse. Cui Syloson, Mihi, inquit, rex, neque aurum neque argentum dederis, sed patriam meam Samum, vbi eam liberaueris: quam nunc post necem fratris mei Polycratis ab Orœte interfecti, occupat seruus noster: hanc mihi donato citra cædem atque direptionem. His Darius auditis, misit exercitum duce Otane vno è septem viris, iusso vt quæ Syloson rogasset, ea effecta redderet. Otanes ad mare descendens, contrahebat exercitum.

a Nec vlli Græcorum vllo sum beneficio obstrictus. Vel, denique.

At Sami imperium obtinebat Mæandrius Mæandrii filius, acceptum à Polycrate, vt illud procuraret. Cui, iustissimo virorum volenti esse, non licuit. nam vbi de Polycratis interitu allatus est nuntius, ante omnia Ioui liberatori statuit arã,

A καὶ τῷ μάγῳ ἐπῴεσησθε οἱ ἑπτά, καὶ ἐκ τῶν ἑπτὰ Δαρεῖος τὸν βασιλήϊον ἔσχε, πυθόμενος ὁ Συλοσῶν ὡς ἡ βασιληίη οἱ ἐληλύθοι ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα τῷ κοτε αὐτὸς ἔδωκε ἐν Αἰγύπτῳ δεηθέντι· ἔνθα δὴ ἐς τὰ Σοῦσα, ἵζετο ἐς προθύρους τοῦ βασιλέος οἰκίων, καὶ ἔφη Δαρείου εὐεργέτης εἶναι. ἀναγγελθέντα δὲ ταῦτα ἀκούσας ὁ πυλουρὸς τῷ βασιλεῖ· ὁ δέ, θωυμάσας λέγει πρὸς ἑωυτόν, Καὶ τίς ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, οὗ [a] καὶ ἐγὼ προσδοκέω; νεωστὶ μὲν τῷ ἀρχῷ [a] ἔχω· ἀτὰρ εἴσηκε δέ τις ἢ οὐδεὶς κω πρὸ ἡ- [a] μέας αὐτῶν. ἐγὼ δὲ χρεός, ὡς εἰπεῖν, οὐδενὸς [a] ἀνδρὸς Ἑλλήνος. ὅμως δὲ αὐτὸν πρόσαγετε [a] ἔσω, ἵνα εἰδέω τί θέλων λέγει ταῦτα. πρῆγε [a] ὁ πυλουρὸς (a) Συλοσῶντα. στάντα δὲ ἐς μέσον πρώτεων οἱ ἑρμηνέες τίς τε εἴη, καὶ τί ποιήσας, εὐεργέτης φησὶ εἶναι βασιλέος. εἶπε ὧν ὁ Συλοσῶν πρὸς τὰ περὶ τὴν χλαμύδα ἡμόμενα, καὶ ὡς αὐτὸς εἴη κεῖνος ὁ δούς. ἀ- C μείβεται πρὸς ταῦτα Δαρεῖος, Ὦ [a] γενναιό- [a] τατ' ἀνδρῶν, σὺ κεῖνος εἶς ὃς ἐμοὶ οὐδεμίην [a] ἐχούσῃ κω δυνάμιν ἔδωκας; εἰ καὶ σμικρά, [a] ἀλλ' ὦν ἴσον γε ἡ χάρις ἐμοίως ὡς εἰ νεῶ κε- [a] θέν τι μέγα λάβοιμι. αὖθι ὦν τοι χρυσόν καὶ [a] ἄργυρον ἄπλετον δίδωμι, ὡς μή κοτέ τοι [a] μεταμῆναι Δαρεῖον (a) Ὑστάσπεος δῶ ποιή- [a] σαντι. λέγει πρὸς ταῦτα ὁ Συλοσῶν, Ἐμοὶ [a] μήτε χρυσὸν ὦ βασιλεῦ μήτε ἄργυρον δί- [a] δου, ἀλλ' ἀνασῶσαί μοι δὸς τὴν πατρί- D δα Σάμον· τῷ νεῶ, ἀδελφεοῦ τε ἐμοῦ Πο- [a] λυκράτεος ἀποθανόντος ὑπὸ Ὀροίτεω, ἔ- [a] χει δοῦλος ἡμέτερος· ταύτην μοι δὸς αἰδῶ τε [a] φόνου καὶ ἐξανδραποδίσιος. ταῦτα ἀκούσας [a] Δαρεῖος, ἀπέστειλε στρατιὴν τε καὶ στρατηγὸν [a] Ὀτάνεα, [a] ἀνδρῶν τῶν ἑπτὰ ἡμόμενον· ἐν- [a] τειλάμενος ὅσων ἐδεήθη ὁ Συλοσῶν, ταῦτα [a] οἱ ποιέειν ὅπως τελέα. καταβὰς δὴ [a] ὅπως τὸν θάλασσαν ὁ Ὀτάνης, ἔστελλε τὴν στρατιήν.

E Τῆς δὲ Σάμου Μαίανδρος ὁ Μαιανδρίου εἶχε τὸ κράτος, [a] ὅπως ἐπιτρόπεύσῃ τῶνδε [a] Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν. τῷ δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ γενέσθαι, οὐκ ἐξεγένετο· ὅπως γὰρ (a) ἐξαγγέλθη ὁ Πολυκράτεος θάνατος, ἐποίεε τοιάδε· πρῶτα μὲν, Διὸς ἐλευθερίου βωμὸν ἱδρύσατο,

a καὶ ἐγὼ προσδοκέω ἔχων
a ἀτὰρ εἴσηκε δέ τις ἢ οὐδεὶς κω πρὸ ἡμέας αὐτῶν
a ἀνδρὸς Ἑλλήνος
a πρῆγε ὁ πυλουρὸς
a Συλοσῶντα
a γενναιότατ' ἀνδρῶν
a ἐξανδραποδίσιος
a ἀνδρῶν τῶν ἑπτὰ ἡμόμενον
a ὅπως ἐπιτροπεύσῃ τῶνδε
a ὅπως ἐξαγγέλθη

καὶ τέμενος τοῦτο τοῦ νεὼ ἐν τῷ προαστίῳ ὅστι· μετὰ δὲ, ὡς οἱ ἐπεποίητο, ἐκκλησίαν σημανέας πάντων τῶν ἀστῶν, ἔλεξε τάδε, Ἐμοὶ (ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς) σκῆπτρον καὶ δυνάμις πᾶσα ὑπὸ Πολυκράτεος ἐπιτέτραπται, καί μοι πάρεστι νεῶν ὑμέων ἄρχειν· ἐγὼ δὲ τὰ τῶν πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς μὴ δυνάμιν οὐ ποιήσω. οὔτε γάρ μοι Πολυκράτης ἤρεσκε δεσπόζων ἀνδρῶν ὁμοίων ἑωυτῷ, οὔτε ἄλλος ὅστις τοιαῦτα ποιέοι. Πολυκράτης μὲν νυν ἔζεπλησε μοῖραν τὴν ἑωυτοῦ· ἐγὼ δὲ ἐς μέσον τὴν ἀρχὴν τιθεὶς, ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω. τοσάδε μέντοι δικαιῶ γέρεα ἐμεωυτῷ γενέσθαι. ἐκ μὲν τῶν Πολυκράτεος χρημάτων, ἑξαίρετα ἐξ πάλαντα μοι γενέσθαι· ἱερωσύνην δὲ τοῦ τοῖσι αἰεὶ μνησθεῖσι τοῦ Διὸς τοῦ ἐλευθερίου τοῦ αὐτός τε ἱδρυσάμην, καὶ τὴν ἐλευθερίην ὑμῖν προεστήσατο. ὁ μὲν δὴ ταῦτα τοῖσι Σαμίοισι ἐπαγγέλετο· τῶν δέ τις ὀξὰ ναρὰς εἶπε, Ἀλλ' οὐδὲ ἄξιος εἶ σὺ γε ἡμέων ἄρχειν, γεγονὼς τε κακὸς, καὶ ἐὼν ἄλεθρος· ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως λόγον δώσεις τῶν μετεχείρισας χρημάτων. ταῦτα εἶπε, ἐὼν ἐν τοῖσι ἀστοῖσι δόκιμος, τῷ οὔνομα ἦν Τελεσάρχος. Μαιάνδριος δὲ νόῳ λαβὼν ὡς εἰ μετήσει τὴν ἀρχὴν, ἄλλος τις αὐτὸν τύραννος καταστήσεται, οὐ δή τι ἐν νόῳ εἶχε μετιέναι αὐτήν· ἀλλ' ὡς ἀνεχώρησε ἐς τὴν ἀκρόπολιν, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον ὡς δὴ λόγον τῶν χρημάτων δώσων, συνέλαβέ σφεας, καὶ κατέδησε. οἱ μὲν δὴ ἐδεδέατο. Μαιάνδριον δὲ μετὰ ταῦτα κατέλαβε νοῦσος· ἐλπίζων δέ μιν ἀποθανέεσθαι ὁ ἀδελφεὸς, τῷ οὔνομα ἦν Λυκάρητος, ἵνα εὐπετεστέρως κατάσχῃ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ πρήγματα, κατακτείνει σφέας δεσμώτας πρώτους. ὁ μὲν δὴ, ὡς ἐοίκασι, ἐβουλεύετο εἰ ἐλεύθερον. ὅπῃ ὧν ἀπίκοντο ἐς τὴν Σάμον οἱ Πέρσαι, καταγόντες Συλοσῶντα, οὔτέ τι σφι χρεῖος αὐτὰ εἶρεται, ὑποσπονδοί τε ἔφασαν εἶναι ἑτοῖμοι οἱ τοῦ Μαιάνδριος στασιῶται, καὶ αὐτὸς Μαιάνδριος, ἐκ χώρης ἐκ τῆς νήσου.

eique fanum in circuitu designauit, quod nunc quoque in suburbanis extat. Deinde vbi hoc perfecit, aduocata omnium ciuium concione, ita verba fecit, Mihi sceptrum atque omnis potentia Polycratis (vt vos etiam nostis) demandata fuit: in meo quoque arbitrio situm est vobis dominari: sed quod [a] in vicino reprehendo, id ipse quoad potero non faciam. Nã neque Polycrates placebat mihi, in viros sibiipsi pares dominatum habens, neque alius quispiam talia faciens. Et Polycrates quidem fatũ suum expleuit: ego autem, depositio in medium dominatu, iuris æquabilitatem suadeo: postulans iure optimo mihi ipsi hoc honoris tantummodo vt è pecunia Polycratis sex demum talenta peculiariter mihi cedant. & præterea Iouis liberatoris (cui ego templum extruxi) sacerdotium tam meis in perpetuum liberis, quàm mihi qui libertatem vobis restitui. Hæc Mæandrius à Samiis postulabat. Tunc eorum quidam surgens, Tu verò, inquit, indignus es qui nobis imperes, tu qui malus extitisti ac funestus, sed dignus potius qui pecuniarum quas interuertisti; rationem reddas. Hæc Telesearchus (ita enim vocabatur) dixit, quòd inter ciues [b] erat expertæ virtutis. Quæ Mæandrius in animum accipiens, reputánsque fore vt si dominatũ ipse deponeret, alius quispiam in eius locum tyrannus constitueretur, nõ deponendum sibi dominatũ statuit: sed in arcem regressus, accitum vnumquenque eorum, tanquam rationem pecuniarũ redditurus, comprehẽdit, alligauitque. Post hæc, dum hi in vinculis sunt, Mæandrius morbo corripitur: quem decessurum credẽs frater suus, nomine Lycaretus, quò facilius Samirerum potiretur, omnes vinctos interemit: neque enim videbantur velle liberi esse. Igitur vbi Samum tenuere Persæ, Sylosontem reducentes, nemo [c] aduersus eos manum leuauit. [d] Atque ii qui contrariæ Mæandrio factionis erant, dedi-

a In alio repr.

b Erat spectatus.

c *Id est, illis se opposuit.*

d Quinetiam & Mæãdrii milites & ipse Mçãdrius, se paratos esse data sibi fide insula excedere dixerũt.

tionem se facere velle dixerunt: quin & ipse Mæandrius ex insula discedere.

Approbante hæc Otane, atque inito fœdere, eminentissimi quique Persarũ positis sellis e regione arcis sedebant. Erat aut ẽ Mæandrio germanus vecordiusculus, nomine Charileus, [a] qui quòd delinquere solebat, in subterraneo loco erat alligatus. Hic quũ audisset quæ agebãtur, & per specũ suspiciens vidisset Persas quietè sedentes, vociferando dicebat velle se in colloquiũ venire Mæandri. Eum audiens Mæandrius, iussit solutum ad se adduci. vbi adductus est, confestim conuiciando maledicendóque illi suadebat vt impetum daret in Persas: hæc inquiens, Metu, ô deterrime virorum, qui sum tuus frater, quíque nihil vinculis dignũ peccaui, in subterraneo carcere alligandum putasti: Persas autẽ, quos cernis te adorientes, atque extorrem facientes, vlcisci non audes; tam faciles tibi ad capiendũ? Quos si tu reformidas, præbe mihi auxiliares tuos, vt istos ob suum huc aduẽtum vlciscar: paratus etiam teipsum ex insula eiicere. Hæc Charileus. Quem sermonem Mæandrius admisit, quantum ego sentio, non quia eò insipientiæ venisset vt putaret suas vires regiis superiores esse: sed quia inuidens Syloſonti si ciuitatem & integram & sine labore esset accepturus, maluerit res Samias debilitari Persis irritatis, atque ita tradi: probè intelligens, Persas prius iniuria lacessitos, sæuituros esse in Samios, & sibi tutũ ex insula excessum esse quandocunque vellet. foderat enim sibi occultum cuniculum, ex arce ferentem ad mare. itaque ipse quidem Mæandrius è Samo profectus est. Charileus autem, armatis cunctis auxiliariis, patefactisque portis egreditur in Persas nihil tale expectantes, sed [b] omnia pacata existimãtes. [c] In hos Persas qui sellas attulerant, & plurimi momẽti erant, dato impetũ auxiliarii grassabãtur. Dũ hæc isti agũt, cæteræ Persarũ copiæ auxilio veniũt: à quibus repulsi auxi-

Quum autẽ hanc conditionem admisisset Otanes, fidémque dedisset, spectatissimi quique Persarũ, &c. *Lego autem* σφαπῶται *ex Vet. cod. pro* σπῶται.

a Qui ob nescio quod delictum in subterranea fossa vinctus detinebatur. *Sic paulo post*, Et ex illa subterranea fossa suspiciens, &c. *Nec tamen* χαλκέη *est simpliciter subterranea fossa, sed cæno sa etiam, siue limosa.*

b De omnibus conuenisse existimant.

c Irruentésque auxiliarii Persas eos qui sellis insidebant, & maximæ autoritatis erant, interfecerunt.

A καταμένεσθαι σφι ὅπῃ τούτοισι Ὀτάνεω, καὶ ἀπεισαμένου, τῶν Περσέων οἱ πλείστου ἄξιοι θρόνους θέμενοι, κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἑκάτεροι. Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυραννεύοντι ἦν ἀδελφεὸς ἐκτομίης τὴν γνώμην, τῷ οὔνομα ἦν Χαρίλεως. τοῦτον ὁπόθι ἐζημιώθη τῶν, ἐν χαλκέῃ ἐδέδετο· καὶ δὴ τότε ἐπακούσας τε τὰ θρηνεόμενα, καὶ ἐξακούσας ἐκ τῆς χαλκέης, ὡς εἶδε τοὺς Πέρσας εἰρωμένως καθημένους, ἐβόα τε καὶ ἔφη λέγων, Μαιανδρίῳ
B θηλυδρηνέες λόγους. ἐπακούσας δὲ ὁ Μαιάνδριος, λύσαι μιν ἐκέλευε ἄγειν πρὸς ἑωυτόν· ὡς δὲ ἦλθε τάχιστα, λοιδορέων τε καὶ κακίζων μιν, ἐπειρᾶτο ὁπόθεν ἄρξεται τοῖσι Πέρσῃσι, λέγων τοιάδε, Ἐμὲ μὲν, ὦ κάκιστε ἀν-« δρῶν, ἐόντα σεωυτοῦ ἀδελφεὸν, καὶ ἀδικήσ-« αντα οὐδὲν ἄξιον δεσμοῦ, δῆσαι χρηίζων ἐ-« ξίωσας· ὁρέων δὲ τοὺς Πέρσας ἐκβάλλον-« τάς τε σε καὶ ἀνοίκον ποιεῦντας, οὐ τολμᾷς « ἰδέσθαι, οὕτω δή τι ἐόντας δυσπετέας χειρω-« θῆναι; ἀλλ' εἴ τι σύσφεας καταῤῥώδηκας, « ἐμοὶ δὸς τοὺς ὑπηκόους, καὶ σφέας ἐγὼ τι-« μωρήσομαι τῆς ἐνθάδε ἀπίξιος· αὐτόν τέ σε « ἐκ πέμψω ἐκ τῆς νήσου ἕτοιμός εἰμι. Ταῦ-τα δὲ ἔλεξε ὁ Χαρίλεως. Μαιάνδριος δὲ ὑπέλαβε τὸν λόγον, ὡς μοὶ ἐγὼ δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος ὡς δόξαι τὴν ἑωυτοῦ δυνάμιν φαυλοτέρην εἶναι τῆς βασιλέος, ἀλλὰ φθονήσας μᾶλλον Συλοσῶντι, εἰ ἀπρηκτὶ ἔμελλε ἀπολήψεσθαι ἀχέραιον τὴν
D πόλιν. ἐρεθίσας ὦν τοὺς Πέρσας, ἔθελε ὡς ἀθενέστατα ποιῆσαι τὰ Σάμια πρήγματα, καὶ οὕτω ἐπιδοῦναι· δοὺς ἐξεπίστατο ὡς πάθοντες οἱ Πέρσαι κακῶς, ἐπεστρατηλατέεσθαι ἔμελλον τοῖσι Σαμίοισι· εἰδώς τε ἑωυτῷ ἀσφαλέα ἔκδυσιν ἐοῦσαν ἐκ τῆς νήσου, τότε ἐπεὰν αὐτὸς βούληται. ἐπεποίητο γὰρ οἱ κρυπτὴ διώρυξ ἐκ τῆς ἀκροπόλιος φέρουσα ἐπὶ θάλασσαν. αὐτὸς μὲν δὴ ὁ Μαιάνδριος ἐκπλέει ἐκ τῆς Σάμου. τοὺς
E δὲ ὑπηκόους πρώτους ὁπλίσας ὁ Χαρίλεως καὶ ἀναπετάσας τὰς πύλας, ἐξῆκε ἐπὶ τοὺς Πέρσας, οὔτε τι προσδεκημένους τοιοῦτο οὐδέν, δοκέοντάς τε δὴ πάντα συμβεβάναι. ἐμπεσόντες δὲ οἱ ὑπήκοοι, τῶν Περσέων τοὺς διφροφόρους μούνους τε καὶ λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτεινον. καὶ οὗτοι μὲν ταῦτα ἐποίεον, ἡ δὲ ἄλλη στρατιὴ ἡ Περσικὴ ἐπεκρατέετο. πιεζόμενοι δὲ οἱ ὑπήκου-

137

ροι ὀπίσω κατειλήθησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν. Ὀτάνης δὲ ὁ στρατηγὸς, ἰδὼν πάσης μεγάλα Γέρξας πεπονθότας, ἐπιτολάς τε τὰς Δαρείου οἱ ἀποστέλλοντος ἐνετέλλετο, μήτε κτείνειν μηδένα Σαμίων, μήτε ἀνδραποδίζεσθαι, ἀπαθέα τε κακῶν ἀποδοῦναι τὴν νῆσον Συλοσῶντι, τούτεων μὲν τῶν ἐντολέων μεμνημένος, ἐπελανθάνετο· ὁ γὰρ παρήγγειλε τῇ στρατιῇ πρώτα τὸν αἰεὶ λείπουσι, καὶ ἄνδρα καὶ παῖδα, ὁμοίως κτείνειν. ἐνθαῦτα τῆς στρατιῆς οἱ μὲν τὴν ἀκρόπολιν ἐπολιόρκεον, οἱ δὲ ἐκτεινον πρώτα τὸν ἐμπόδων γινόμενον, ὁμοίως ἔν τε ἱρῷ καὶ ἔξω ἱεροῦ. Μαιάνδριος δὲ ἀποδρὰς ἐκ τῆς Σάμου, ἐσέπλεε ἐς Λακεδαίμονα. ἀπικόμενος δὲ ἐς αὐτὴν, καὶ ἀμενηκεράμενος τὰ ἔσχεν ἐξεχώρησε, ἐποίεε τοιάδε· ὅκως ποτήρια ἀργυρέα τε καὶ χρύσεα παρεῴη τὸ, ἐόντα μὲν παρὰ πόντα αὐτὸν ἐξέσμων αὐτά. ὁ δὲ αὐτὸν ξείνον τῶν τοῦ Κλεομένεϊ τοῦ Ἀναξανδρίδεω ἐν λόγοισι ἐὼν, βασιλεύοντι Σπάρτης, παρῆγε μὲν ἐς τὰ οἰκήια. ὅκως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἀποθωύμαζέ τε καὶ ἐξεπλήσσετο· ὁ δὲ αὐτὸς ἐκέλευε αὐτέων ἀποφέρεσθαι αὐτὸν ὅσα βούλοιτο. τοῦτο καὶ δὶς καὶ τρὶς εἶπε τὸς Μαιανδρίου, ὁ Κλεομένης δικαιότατος ἀνδρῶν γίνεται· ὃς λαβεῖν μὲν διδόμενα οὐκ ἐδικαίου· μαθὼν δὲ ὡς ἄλλοισι διδοίη τὴν ἀγορὴν βούλεσθαι τιμωρέειν, φὰς ὅτι τοὺς ἐφόρους, ἄμεινον εἶ ἔφη τῇ Σπάρτῃ τὸν ξεῖνον Σάμιον ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ τῆς Πελοποννήσου, ἵνα μὴ ἀναπείσῃ ἢ αὐτὸν, ἢ ἄλλον τινὰ Σπαρτιητέων, κακὸν γενέσθαι. οἱ δὲ ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν Μαιάνδριον. τῷ δὲ Σάμον στρατευσάντων οἱ Πέρσαι, παρέδοσαν Συλοσῶντι, ἔρημον ἐοῦσαν ἀνδρῶν· ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ καὶ συγκατοίκισε αὐτὴν ὁ στρατηγὸς Ὀτάνης, ἐκ τε ὄψιος ὀνείρου, καὶ νούσου ἣν μιν κατέλαβε νοσήσαντα τὰ αἰδοῖα.

Ἐπὶ δὲ Σάμον στρατεύματος ναυτικοῦ οἰχομένου, Βαβυλώνιοι ἀπέστησαν, καίπερ δὴ προεσκευασμένοι. ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ μάγος ἦρχε καὶ οἱ ἐπὶ ἀπανέστησαν, ἐν τούτῳ πᾶσι τῷ χρόνῳ καὶ τῇ παρασκευῇ ἐς τὴν πολιορκίην προεσκευάσαντο. καὶ κως τούτων ποιεύντων

liarii, rursus in arcem se recipiũt. Otanes imperator, cernens tantã cladem accepisse Persas, etsi memor erat præceptorum Darii, dũ ipsum mittebat, ne quem Samiorũ aut occideret aut caperet, sed insulam immunem malorũ Syloſonti traderet: tamen horum præceptorum oblitus est, iussitque milites vt quẽque Samium adipiscerentur, occidere, virum pariter & puerum. Tunc pars copiarum arcẽ obsidebat, pars obuiũ quemque sine discrimine trucidabat, tam in delubris quàm extra delubra. Mæandrius è Samo profugiens, Lacedæmonem nauigauit. eò vbi peruenit, habẽsque in discessu exportauerat,[a] dat negotium famulis vt pocula argentea & aurea proponãt. Dum illi ea promũt, interea ipse Cleomenem, Anaxãdridæ filiũ, Spartæ regem, colloquendo deducit ad ædes suas. Cleomenes vbi pocula inspexit, prę admiratione attonitus erat. Mæandrius eum iubere, quæcunque liberet, illinc asportaret: [b]idque quum etiam atque etiam Mæandrius diceret, tamen Cleomenes virorum iustissim⁹ extitit, qui ea quæ sibi donabantur, recipienda non putauit. [c] Sed quum sensit eadẽ nonnullis ciuium Mæandriũ elargiri, quomodo puniri deberet excogitauit. aditis enim ephoris, *hoc est tribunis plebis*, dixit satius esse Spartæ hospitem Samium è Peloponneso ablegari, ne cui Spartanorum aut ipsi aut alii cuipiã persuaderet fieri malũ. Illi, Cleomeni obsequentes, Mæandrium ablegauerunt. Persæ vbi diripuêre Samum, Syloſonti tradiderũt viris desolatam. Interiecto tamẽ tempore Otanes imperator frequentem incolis effecit,[d] è visione per quietẽ morbo correptus, quo laborauit circa pudenda.

a Ita egit: Quũ argentea pariter & aurea pocula prompsisset, *vel, protulisset*, ea famuli extergebãt, interea autem ipse cum Cleomene Anaxand. filio Spartæ rege colloquens, eum ad ædes suas deduc it.

b Quum bis atque adeo ter dixisset.

c Sed quum intellexit eum hæc aliquibus aliis ciuium donaturũ, & inde mulctatũ iri, aditis ephoris dixit, &c.

d Ex somnii in visione & morbo quo illum circa pudenda laborare cõtigit. *Id est, Quod facere in mẽtem illi venit quũ somnium quoddã vidisset, & in morbum incidisset.*

CAETERVM, interim dum Samum nauticus proficiscitur exercitus, interea Babylonii rebellauerunt, rebus probè admodum comparatis. nam quandiu magus imperauit, & septem coniurati rem aggrediuntur, per hoc omne tempus & per occasionem rerum turbatarum, se ad ferendam obsidionem instruxerunt, & in his apparandis vsque

τῶν παρεσκευάζοντο ἢ ἐς, παρεσκευάσαντο.

latuerunt: verùm vbi è profesſo desciuerunt, hæc ſibi faciẽda ſtatuerunt: [a] Matres expellunt: mulierum vnam, quam ſibi quiſque voluit, è domeſticis deligit, itémque vnam ad panem ſibi faciendum: cæteras in vnum cõtractas ſtrangulant. hoc idcirco faciẽtes ne rem frumentariam ipſorum illæ abſumerẽt. His rebus cognitis Darius aduerſus eos contractis omnibus copiis cõtẽdit: & poſtquam peruenit, vrbem obſidione cingit. Sed illi nihili pendere obſidionem. nam cõſcenſis propugnaculis, tripudiare probráque ingerere Dario atque exercitui. quorum quidam ita inquit, Quid iſtic deſidetis Perſæ? quin potius abſceditis, quippe qui tũc expugnaturi nos eſtis quum pepererint mulæ? Hoc quidã Babyloniorũ dicebat, credẽs nunquã parere mulam. Anno ac ſeptem menſibus in obſidione cõſumptis, iam Darium, atque vniuerſum exercitum, tædere quòd Babylonios expugnare non poſſet: etſi aduerſus illos omnia machinamẽta atque omnes inſidias expertus, cùm alias, tũ illas quibus eoſdẽ Cyrus expugnauerat. Omnia hæc fruſtra fuerunt, quia Babylonii vehementer excubiis incumbebant. Sed quum ne ſic quidem capi poſſent, viceſimo quàm circumuallati ſunt menſe, Zopyro, Megabyzi filio, vnius è ſeptem qui magum ſuſtulerunt, hoc contigit portentum, vt quædam mularum eius quæ frumẽtum ſubuectabãt, pareret. Quod vbi ei renuntiatum fuit, nõ credens, fœtũ ipſe inſpicere voluit. eo viſo, vetuit ſeruos cuipiam rẽ aperire, reputans illius Babylonii verba, qui inter initia dixiſſet, poſtquam mulæ peperiſſent, fore vt muri expugnarẽtur. [b] Ex hac fama Zopyro viſa eſt expugnabilis Babylon. diuino enim numine & illum loquutum & ſuam mulam eſſe enixam. Igitur vbi viſum eſt fatale eſſe iam Babylonem capi, adiens Darium, ſciſcitatus eſt nunquid perquam magni faceret expugnare Babylonẽ.

a Matribus ſuis exẽptis. Vel, Quũ matres ſecreuiſſet aut ſegregaſſent.

b Ex hoc omine.

Α ἐλάθανον. ἐπεί τε δὲ ἐκ τοῦ ἐμφανέος ἀπέζησαν, ἐποίησαν τοιόνδε· τὰς μητέρας ἐξελόντες, γυναῖκα ἕκαστος μίλων τὴν ἐωυτοῦ ἐξαιρέετο, τὴν αὐ ἐβούλετο ἐκ τῶν ἐωυτοῦ οἰκετέων· τὰς δὲ λοιπὰς ἁπάσας συναγαγόντες, ἀπέπνιξαν. τὴν δὲ μίλων ἕκαστος σιτοπαιὸν ἐξαιρέετο. ἀπέπνιξαν δὲ αὐτάς, ἵνα μὴ σφέων τὸν σῖτον ἀναγκαιώσωσι. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, καὶ συλλέξας ἅπασαν τὴν ἑωυτοῦ δύναμιν, ἐστρατεύετο ἐπ' αὐτούς· ἐπελθὼν δὲ ὅτι τὴν Βαβυλῶνα, ἐπολιόρκεε,

Β φερεπόνους ἐόντας οὐδὲν τῆς πολιορκίης. ἀναβαίνοντες γὰρ ὅτι τοὺς προμαχεῶνας ὑπὸ τείχεος οἱ Βαβυλώνιοι, κατωρχέοντο, καὶ κατέσκωπτον Δαρεῖον καὶ τὴν στρατιὴν αὐτοῦ· καί τις αὐτῶν εἶπε τοῦτο τὸ ἔπος, Τί κάτησθε ἐνταῦτα ὦ Πέρσαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλλάσσεσθε; πότε γὰρ αἱρήσετε ἡμέας ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι. τοῦτο εἶπε τῶν τις Βαβυλωνίων, οὐδαμᾶ ἐλπίζων ἡμίονον τεκεῖν. ἐπὰ δὲ μῆνας καὶ ἐνιαυτὸν διελελυθότος ἤδη, ὁ Δαρεῖός τε ἤχαλε, καὶ ἡ στρατιὴ πᾶσα, οὐ δυνατὴ

C ἐοῦσα ἑλεῖν τοὺς Βαβυλωνίους· καίτοι πολλὰ σοφίσματα καὶ πάσας μηχανὰς ἐπεποιήκεε ἐς αὐτοὺς Δαρεῖος. ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἐδυνάτο ἑλεῖν σφέας. ἄλλοισί τε σοφίσμασι πειρησάμενος, καὶ δὴ καὶ τῷ Κύρος εἷλε σφέας, καὶ τούτῳ ἐπειρήθη. ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἦσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι, οὐδὲ σφέας οἷός τε ἦν ἑλεῖν. ἐνταῦτα εἰκοστῷ μηνὶ Ζωπύρῳ τῷ Μεγαβύζου, τούτου ὃς τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν ἐγένετο τῶν τὸν μάγον κατελόντων, τούτῳ ὦ

Μεγαβύζου παιδὶ Ζωπύρῳ ἐγένετο τέρας 138

D τόδε· τῶν οἱ σιτοφόρων ἡμιόνων ἡ μία ἔτεκε. ὡς δέ οἱ ἐξαγγέλθη, καὶ αὐτὸς ἀπιστίης αὐτὸς ὁ Ζώπυρος εἶδε τὸ βρέφος, ἀπείπας τοῖσι ἐδοῦσι μηδενὶ φράζειν τὸ γεγονός, ἐβουλεύετο. καὶ οἱ πρὸς τὰ τοῦ Βαβυλωνίου ῥήματα, ὃς κατ' ἀρχὰς ἔφησε, ἐπεὰν τῶν ἡμιόνων τέκωσι, τότε τὸ τεῖχος ἁλώσεσθαι, πρὸς ἑωυτὸν τὸν φήμιον Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶ) ἡ Βαβυλών. σοὶ γὰρ θεῷ ἐκείνου τε εἰπεῖν, καὶ ἑωυτῷ τεκεῖν τὴν ἡμίονον. ὡς δέ οἱ ἐδόκεε

Ε μόρσιμον εἶ) ἤδη τῇ Βαβυλῶνι ἁλίσκεσθαι, προσελθὼν Δαρείῳ ἀπεπυθάνετο εἰ οἱ πολλοῦ ποιέεται τὴν Βαβυλῶνα ἑλεῖν.

προσελθὼν, Δαρείῳ ἀπεπ.

πυθόμενος δὲ ὡς πολλοῦ ποιοῖτο, ἄλλο ἐβου- A
λεύετο, ὅκως αὐτός τε ἔσαι ὁ ἑλὼν αὐτίκα, καὶ
ἐωϋτοῦ ὃ ἔργον ἔσαι. κέρτα γὰρ δὴ τοῖσι Πέρ-
σῃσι αἱ ἀγαθουργίαι ἐς ὃ τὸ σέβας μεγάθεος
ἀμφῆνται. ἄλλῳ μὲν γὰρ οὐκ ἐφαίζετο ἔρ-
γῳ δυνατὸν εἶναι μιν ἀξυχείρητον ποιῆσαι,
εἰ μὴ ἐωϋτὸν λωβησάμενος ἀξυμολήσειε ἐς
ἀυτούς. ἐνταῦτα ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος,
ἐωϋτὸν λωβᾶται λώβῃσι αἰπήκεσιν· ἀποτα-
μὼν γὰρ ἐωϋτοῦ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν
κόμην κακῶς διειρέας, καὶ μαστιγώσας, B
ἦλθε πρὸς Δαρεῖον. Δαρεῖος δὲ κέρτα βα-
ρέως ἐνέγκας, ἰδὼν αὐτίκα δοκιμώτατον λε-
λωβημένον· ἔκ τε τοῦ θρόνου ἀναπηδήσας,
ἀνέβωσέ τε καὶ εἴρετο μιν ὅστις εἴη ὁ λωβη-
» σάμενος, καὶ ὅ,τι ποιήσαντα· ὁ δὲ εἶπε, Οὐκ
» ἔστι ὅστις ὦ νὴρ ὅτι μὴ σύ, τῷ ἔστι δυνάμις
» τοσαύτη ἐμὲ δὴ ὧδε διαθεῖναι. οὔτέ τις ἀλ-
» λοτρίων ὦ βασιλεῦ τάδε ἔργασαι, ἀλλ' αὐ-
» τὸς ἐγὼ ἐμεωϋτόν· δεινόν τι ποιοῦμενος Ἀσ-
» συρίοις Πέρσῃσι καταγλᾶν. ὁ δὲ ἀμείβετο, C
» Ὦ κεφαλαιώτατε ἀνδρῶν, ἔργῳ τῷ αἰσχίστῳ
» ὀνόματα τὸ κάλλιστον ἔθευ, φὰς διὰ τοὺς πο-
» λιορκευμένους σεωϋτὸν αἰπηκέστως διαθεῖναι.
» τί δὲ ὦ μάταιε, λελωβημένου σεῦ, ἧσσον οἱ
» πολέμιοι τῶνδε ἐσονται; πῶς γὰρ οὐκ ἐξέπλω-
» σας τὴν φρενῶν, σεωϋτὸν διαφθείρας; ὁ δὲ
» εἶπε, Εἰ μὴ τοι ξυνετίθεο τὰ ἔμελλον ποιή-
» σειν, οὐκ ἂν με ἔφθεγξο· νῦν δὲ ἐπ' ἐμεωϋ-
» τῷ βαλλόμενος, ἔσωσα. ἤδη ὦν σὺ μὴ τῶν
» σῶν δεήσῃ, αἱρέομαί σε Βαβυλῶνα· ἐγὼ μὲν γὰρ D
» ὡς ἔχω, ἀξυμολήσω ἐς ὃ τεῖχος, καὶ φήσω
» πρὸς ἀυτοὺς ὡς ἐμοὶ σεῦ τάδε ἔπαθον, καὶ
» δοκέω, πείσας σφέας ταῦτα ἔχειν οὕτω,
» τεύξεσθαι στρατιῆς. σὺ δὲ, ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης
» ἐγὼ ἐσέλθω ἐς ὃ τεῖχος, ἀπὸ ταύτης ἐς
» δεκάτην ἡμέρην τῆς σεωϋτοῦ στρατιῆς, τῆς
» σοὶ δώσω ἔσαι ὥρη ἀπολυμαίνης, ταύτῃ χω-
» λίους τάξον χοὶ ταὶ Σεμιράμιος καλεομέ-
» νας πύλας· μοῖ δὲ, αὖτις ἀπὸ τῆς δεκάτης
» ἐς ἑβδόμην, ἄλλους μοι τάξον δισχιλίους χοὶ E
» ταὶ Νινίων καλεομένας πύλας. ἀπὸ δὲ τῆς
» ἑβδόμης διαλιπὼν εἴκοσι ἡμέρας, καὶ ἔπει-
» τα ἄλλους κάτισον, ἀγαγὼν χοὶ ταὶ Χαλ-
» δαίων καλεομένας πύλας, τεσσαρακοντα χιλίους.

Audiens perquam magni ab illo fieri, aliud consultat, quomodo ipse foret vrbis expugnator, & suum hoc esset opus. [a] beneficia enim apud Persas permultum ad incrementa honorũ consequenda valét. [b] Eóque nemini expromensse suffecturum rei faciendę, si seipsum quũ mutilasset, ad hostes trãsfugeret, sese deformissima mutilatione affecit, prorsus quũ id minimi faceret. quippe nares sibi præcidit auriculásque, comámque deformiter circumtõdit, [c] plagas imposuit: atque ita ad Darium perrexit. Quem ille intuens, virum videlicet spectatissimum sic mutilatum, adeo graviter tulit vt exiliens è solio exclamaret, interrogando quis eum & ob quod facinus mutilasset. Ad eum respondens Zopyrus, Nemo, inquit, rex præter te, cuius tanta potentia est, ita me potuisset afficere. neque alienus quispiã hoc mihi fecit, sed ipse ego: quòd indignè animo fero Assyrios Persis illudere. Cui rex, O virorum miserrime, inquit, turpissimo facto pulcherrimum nomen imposuisti, inquiens, propter eos qui obsidentur, temetipsum indignè laceraſſe. Nunquid, ô demens, te mutilato hostes citius deditionem facient? quid in teipsum laniando sensus amisisti? Ad eum Zopyrus, Si, inquit, tecum communicassem quæ eram facturus, tu me non permisisses: nunc memet ego adhibens in consilium, id feci. Itaque iam Babylonem capiemus, [d] nisi tu tuis parces. ego enim ita vti sum ad muros vt transfuga fugiam: dicámque ad illos me hæc abs te esse passũ: &, [e] vt opinor, ex hoc corporis habitu fidem eis faciens, consequar exercitus præfecturam. At tu decimo die quàm muros fuero ingressus, mille milites ex eo genere cuius amissione nihil admodum damni fiat, colloca ad portam quæ vocatur Semiramidis: rursus interiectis septem diebus, colloca mihi duo millia ad portas quæ dicuntur Niniorum: atque tertiò, viginti diebus interiectis, eregione portarum quæ dicuntur [f] Chaldæorum, alios statue, numero quatuor millia:

a Fortiá enim facta. Vel, *Res enim fortiter gesta.*

b Alio enim nullo facto illam se subingaturũ cogitabat quàm si à seipso mutilatus ad illos transfugeret. Tum igitur *ad* parui pendens, seipsum atrocissima mutilatione afficit: *Vel, seipsum modis atrocissimis mutilat.*

c Et se flagris cecidit.

d Nisi per tuos steterit.

e Vt opinor, fide eis facta hæc ita se habere, militum copias impetrabo.

f *Rectè legit* Χαλδαίων, *vt & in Vet. cod. non* Χαλωδίων.

αὐτίκα] αὐτίκα τε
ἐσοχ-] ἐσοχ-
εἰλιν
διαλεί-] διαλεί-
πειν
Χαλ-] Χαλ-
δαίων

dum neque priores neque posteriores habeant quo se defendant, præter gladios: hoc tantùm sinas eos habere. Post diem vicesimũ reliquas copias iube rectà muros vndique subire. Verùm ad portas quæ Belides ac Cissiæ vocantur, Persas mihi statuito. etenim (vt ego arbitror) Babylonii mihi, qui magna opera ediderim, committent cùm alia, tum verò portarum claues. illinc mihi atque Persis curæ erit operam nauare. Hæc vbi mandauit, ad muros perrexit, subinde respectans tanquam verè perfuga. Eo conspecto qui in turrib* ad id dispositi erant, deorsum decurrerunt, & alteram portam aliquantulum reclinantes, scisitabantur quisnam esset, & cuius rei indigẽs veniret. Quúmque hic dixisset se Zopyrum esse, & se ad illos trãsfugere, eum [a] ad Babyloniorum magistratus deduxerunt. Ante quos vbi stetit Zopyrus, conditionem suam miserebatur, referens à Dario se passum quæ à semetipso passus erat: ídque ob eã causã quòd suasisset illi discedere cum exercitu, quoniam nulla via ostenderetur vrbis expugnandæ. At nuno, inquit, ad vos venio Babylonii, futurus vobis maximo bono, Dario autem & copiis eius maximo malo. Neque enim quòd ita me mutilauit, feret impunè, quum habeam exploratos omnes consiliorum eius exitus. Hæc Zopyrus commemorabat. Quem Babylonii virum vtique apud Persas spectatissimum cernẽtes, naribus atque auribus priuatũ, vibicibus ac sanguine conspersum, sperantes omnino vera loqui, & ad ipsos venire [b] socĩ, inducti sunt [c] ad permittenda ei quæcunque postulasset. Iste postulauit copias militum: quas vt accepit, perfecit [d] ea quæ cũ Dario composuerat. Siquidem decimo die eductis Babyloniorum copiis, mille Darianos quos collocari primos mãdarat, circumuentos trucidauit. Eum Babylonii animaduertentes consentanea verbis facta præstare, maiorem in modum lætabãtur, parati omni in re homini parere.

a Ad publicas ædes Bab. eũ deduxerũt. *ala maison de la Ville.* Quò quũ venisset, conditionem suam miserè deplorabat, refer. &c.

b Auxiliatorem

c Ad ea illi cõmittenda parati erãt quæ ab ipsis postulasset. Ille mil. cop. postulauit.

d Ea de quibus cum Dario conuenerat.

A ἐχόντων δὲ μήτε οἱ πρόσθεν μηδὲν τῶν ἀ-
μυνοῦντων, μήτε οὗτοι, πλὴν ἐγχειριδίων.
τοῦτο γὰρ ἐᾶν ἔχειν. μετὰ δὲ τὴν εἰκοστὴν ἡμέρην,
ἢν ἔως τὴν μὲν ἄλλην στρατιὴν κελεύῃ πρὸ-
σω προσβάλλειν πρὸς τὸ τεῖχος· Πέρσας
δὲ μοι τάξον κατὰ τὰς Βηλίδας καλεο-
μένας πύλας καὶ Κισσίας. ὡς γὰρ ἐγὼ δο-
κέω, ἐμοὶ μεγάλα ἔργα ἀποδεξαμένου, τά
τε ἄλλα ὅπλα ἀφέονται ἐμοὶ Βαβυλώνιοι, καὶ
δὴ καὶ τῶν πυλέων τὰς βαλανάγρας. Ὁ μὲν
B ταῦτα ἐντειλάμενος ἤιε ὅπως τὰς
πύλας, ὅπως στρεφόμενος ὡς δὴ ἀληθέως αὐ-
τόμολος· ὁρέοντες δὲ ἀπὸ τῶν πύργων οἱ κατὰ
τοῦτο τεταγμένοι, κατέτρεχον κάτω· καὶ ὀλί-
γον τι προσκλίναντες τὴν ἑτέρην πύλιν,
ἠρώτεον τίς τε εἴη, καὶ ὅτευ δεόμενος ἥκοι. ὁ
δὲ στὰς ἠγόρευε ὡς εἴη τε Ζώπυρος, καὶ ἀσ-
μολέοι ἐς ἐκείνους. ἦγον δὴ μιν οἱ πυλωροί,
ταῦτα ὡς ἤκουσαν, ὅπως τὰ κοινὰ τῶν Βαβυ-
C λωνίων. καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτὰ, κατοικτίζε-
το, φὰς ὑπὸ Δαρείου πεπονθέναι τὰ πεπόνθεε ὑπ' ἐωυτοῦ· παθεῖν δὲ ταῦτα δρήσ
συμβουλεύσαντος οἱ ἀπομισάναι τὴν στρατιήν,
ἐπεί τε οὐδεὶς πόρος ἐφαίνετο τῆς ἁλώσιος. 139
Νῦν τε (ἔφη λέγων) ἐγὼ ὑμῖν ὦ Βαβυλώ-
νιοι ἥκω μέγιστον ἀγαθόν, Δαρείῳ δὲ καὶ
στρατιῇ καὶ Πέρσῃσι μέγιστον κακόν. οὐ γὰρ
δὴ, ἐμέ γε ὧδε λωβησάμενος, κατασχή-
σεται· ὅπισαμαι δὴ αὐτοῦ πάσας τὰς διεξό-
D δους τῶν βουλευμάτων. Τοιαῦτα ἔλεγε.
Οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ὁρέοντες ἄνδρα τῶν σφ
Περσῶν δοκιμώτατον ῥινός τε καὶ ὤτων ἐστε-
ρημένον, μάστιξί τε καὶ αἵματι ἀναπεφυρ-
μένον, πάγχυ ἐλπίσαντες λέγειν μιν ἀλη-
θέα, καὶ σφι ἥκειν σύμμαχον, ὅπως τάχιστα
ἕτοιμοι ἦσαν τῶν ἐδέετο σφέων· ἐδέετο δὲ
στρατιῆς. ὁ δὲ, ἐπεί τε αὐτέων τοῦτο πρήξα-
σε, ἐποίεε τάπερ τῷ Δαρείῳ συνεθήκατο.
Ἐξαγαγὼν γὰρ τῇ δεκάτῃ ἡμέρῃ τὴν στρα-
E τιὴν τῶν Βαβυλωνίων, καὶ κυκλωσάμενος
τοὺς χιλίους, τοὺς πρώτους ἐνετείλατο Δα-
ρείῳ τάξαι, τούτους κατεφόνευσε. μαθόν-
τες δὲ μιν οἱ Βαβυλώνιοι τοῖσι ἔπεσι τὰ ἔρ-
γα προσεχόμενον ὁμοῖα, πάγχυ προθυμα-
ρέες ἐόντες, πρῶτοι ἕτοιμοι ἦσαν ὑπηρετέειν.
ὁ δὲ, ἐξε-

ὁ δὲ, ἀφαλιπὼν ἡμέρας τὰς συγκειμένας, αὖτις ἐπιλεξάμενος τῶν Βαβυλωνίων, ἐξήγαγε καὶ κατεφόνευσε τῶν Δαρείου στρατιωτέων τοὺς δισχιλίους. ἰδόντες δὲ καὶ τοῦτο ὃ ἔργον οἱ Βαβυλώνιοι, πρήσσειν Ζώπυρον εἶχον ἐν γόμασι αἰνέοντες. ὁ δὲ, αὖτις ἀφαλιπὼν τὰς ἐγκειμένας ἡμέρας, ἐξήγαγε ἐς ὃ τρωφρημένον· καὶ κυκλωσάμενος κατεφόνευσε τοὺς τετρακισχιλίους. ὡς δὲ καὶ τοῦτο κατέργασο, πρήσσειν δὴ ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος, καὶ στρατάρχης τε ἦν καὶ τείχεος φύλαξ ἀπεδέδεκτο. τρόσχολῶ δὲ Δαρείου τὰ συγκείμενα ποιεύμενου πέρι ὃ τεῖχος, ἐνθαῦτα δὴ πάντα τὸν δόλον ὁ Ζώπυρος ἐξέφαινε. οἱ μὲν γὰρ δὴ Βαβυλώνιοι ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἠμύνοντο τῷ Δαρείου στρατιῷ προσκάλλουσαν· ὁ δὲ Ζώπυρος τὰς τε Κισσίας καὶ Βηλίδας καλεομένας πύλας ἀναπετάσας, ἐσῆκε τοὺς Πέρσας ἐς τὸ τεῖχος. τῶν δὲ Βαβυλωνίων οἱ μὲν εἶδον τὸ ποιηθέν, οὗτοι ἔφυγον ἐς τοῦ Διὸς τοῦ Βήλου τὸ ἱερόν· οἱ δὲ οὐκ εἶδον, ἔμενον ἐν τῇ ἑωυτοῦ τάξι ἕκαστος, ἐς ὃ δὴ καὶ οὗτοι ἔμαθον προδεδομένοι. Βαβυλὼν μὲν νυν οὕτω τὸ δεύτερον ἁρέθη. Δαρεῖος δὲ ἐπεί τε ἐκράτησε τῶν Βαβυλωνίων, τοῦτο μὲν, σφέων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας πάσας ἀπέστασε. (τὸ γὰρ πρότερον ἑλὼν Κῦρος τὴν Βαβυλῶνα, ἐποίησε τοῦτέων οὐδέτερον) τοῦτο μὲν, ὁ Δαρεῖος τῶν ἀνδρῶν τοὺς κορυφαίους μάλιστα ἐς τεσσερακοντέτεας ἀνεσκολόπισε, τοῖσι δὲ λοιποῖσι Βαβυλωνίοισι ἀπέδωκε τὴν πόλιν οἰκέειν. ὡς δὲ ἔχοισι γυναῖκας οἱ Βαβυλώνιοι, ἵνα σφι γένεα γένηται, τάδε Δαρεῖος προϊδὼν ἐποίησε. (τὰς γὰρ ἑωυτῶν, ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς δεδήλωται), ἀπέπνιξαν οἱ Βαβυλώνιοι, ἕν σίτου προσορέωντες) ἐπέταξε τοῖσι περιοίκοισι ἔθνεσι γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα καταγαγεῖν, ὁσας δὴ ἕκαστοι ἔθρεπτον. ὥστε πέντε μυριάδων τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε. ἐκ τουτέων δὲ τῶν γυναικῶν οἱ νῦν Βαβυλώνιοι γεγόνασι.

Ζωπύρου δὲ τοιούτοις ἀγαθοεργίην Πέρσεων οὐδεὶς ὑπερβάλλετο πρὸ Δαρείου κριτῆ, οὔτε τῶν ὕστερον γενομένων, οὔτε τῶν πρότερον, ὅτι μὴ Κῦρος μοῦνος. τούτῳ γὰρ οὐδεὶς Περσέων ἐξίωσε κω ἑωυτὸν συμβαλέειν. πολλάκις δὲ Δαρεῖον λέγεται

συγκειμένας

A Iste rursus interiectis diebus de quibus erat conuentum, cum delectis Babyloniorum egressus, duo millia Darianorũ militum interfecit. Babylonii cernentes hoc alterum opus, nihil aliud quã Zopyrum in ore habere, eum laudibus tollere. Hic rursus constitutis diebus supersedẽs ad prædictum locum copias educit, circumuẽtáque quatuor millia occidit: quo tertio opere edito, Zopyrus omnia apud Babylonios B erat, adeo vt & dux exercitus & murorum custos declararetur. Vbi verò è composito Darius copias vndique muris admouit, ibi Zopyrus omnem dolum patefecit. nam quũ Babylonii conscensis muris copias Darii adorientes arcerent, ipse apertis Cissiis ac Belidibus portis, Persas in vrbem introduxit. Quod factum qui Babyloniorum videbant, hi in [a] puluinar Iouis Beli confuge- a Templum runt: qui non videbant, hi in suo C quisque loco permanserunt, donec & ipsi se proditos intellexerunt. Ita Babylon iterum capta est. qua potitus Darius muros eius circũcidit, & portas omnes amolitus est: quorum neutrum Cyrus fecerat prius eidẽ à se captę. Babyloniorum quoque procerum tria millia patibulis affixit, data cæteris venia vrbem incolendi. Atque vt iidem vxores haberẽt vnde succresceret soboles, D prouidit. nam fœminas Babylonii (vt superius demonstratum est) rei frumentariæ consulentes, strangulauerant. Itaque Darius vicinis vndique populis nẽgotium dedit vt fœminas Babylone repræsentarent, pro iniuncto quisque numero. In summa igitur quinquaginta millia fœminarũ cõuenerunt. ex quibus qui sunt Babylonii originẽ duxerũt.

Zopyri autem præstantia facta nemo Persarum, Darii iudicio, E supergressus est, neque eorum qui prius neque eorum qui posterius extiterunt, præter vnum Cyrum: cui cõparari nullus vnquam Persarum dignum se existimauit. Fertúrque Darius hoc

dictũ ſæpenumero vſurpaſſe, præoptaturũ ſe Zopyrũ nihil eſſe cladis paſſum, quàm viginti ſibi Babylones vltra illam quã haberet acquiri. Egregiè verò eũ remuneratus eſt, cùm dando quotannis quæ apud Perſas ſunt honorificentiſſima, atque alia permulta, tum tradita Babylone immuni, quoad viueret, in peculiarem portionem. Huius Zopyri filius fuit Megabyzus, qui dux exercitus extitit in AEgypto aduerſus Athenienſes & ſocios: atque huius Megabyzi filius, Zopyrus ille qui ad Athenienſes transfugit à Perſis.

A γνώμιον τιὼ δὲ ἀποδέξασθαι, ὡς βούλοιτο αὐὶ Ζώπυρον εἶ ἀπαθέα τῆς ἀφκείης μᾶλλον, ἢ Βαβυλωνᾶς οἱ εἴκοσι τοεῖς τῆ ἐούσῃ τοεῖς γλυέσθαι. ἐτίμησε δέ μιν μεγάλως. καὶ γὰ δῶρά οἱ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐδίδου ταῦτα τὰ Πέρσῃσι ὄτι ὠμιώτατα, καὶ τιὼ Βαβυλῶνά οἱ ἔδωκε ἀτελέα νέμεσθαι μέχει τῆς ἐκείνου ζόης· ἔ ἄλλα πολλὰ ἀπέδωκε. Ζωπύρου δὲ τούτου γίνεται Μεγάβυζος, ὃς ἦν Αἰγύπτῳ αἰτία Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων ἐστρατήγησε· Μεγαβύζου δὲ τούτου γίνεται Ζώπυρος, ὃς ἐς Ἀθήνας ἀπομόλησε ἐκ Περσέων.

B

HERODOTI Halicarnaſſei hiſtoriarũ liber quartus, qui inſcribitur MELPOMENE.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ Ἁλικαρνασσέως ἱστορίων τετάρτη, ἐπιγραφομένη ΜΕΛΠΟΜΕΝΗ.

POST Babyloniſexpugnationẽ, Darius aduerſus Scythas expeditionẽ fecit. Nã quum floreret viris Aſia & magno pecuniæ prouentu, cupido inceſſit ei Scythas vleiſcendi: quippe qui priores iniuriam intuliſſent, quũ Mediã ingreſſi eſſent, & eos qui [a] occurrerant, prælio viciſſent. Etenim Scythæ (quemadmodũ ſuperius à me dictum eſt) duodetriginta annos ſuperiori Aſiæ imperitauerunt. ſiquidẽ perſequentes gentem Cimmeriam, ingreſſi Aſiam, abrogarunt imperio Medos, qui ante ipſorum aduentum Aſiam obtinuerant. Sed Scythas, quum octo & viginti annos peregrè abfuiſſent, [b] in patriam reuertẽtes, excepit nõ minor quàm Medicus fuerat, labor. Offenderunt enim nõ exiguum exercitũ

ΜΕΤΑ δὲ τιὼ Βαβυλῶνος αἵρεσιν ἐγένετο ὅπῃ Σκύθας αὐτῷ Δαρείου ἔλασις. αὐθυσίης γὰρ τῆς Ἀσίης ἀνδράσι, καὶ χρημάτων μεγάλων σιωιόντων, ἐπεθύμησε ὁ Δαρεῖος τίσασθαι Σκύθας, ὅτι ἐκεῖνοι τοεῶτεροι ἐσβαλόντες ἐς τιὼ Μηδικὴν, καὶ νικήσαντες μάχῃ τοὺς αὐτιμολίους, ὑπῆρξαν ἀδικίης. τῆς γὰ ἄνω Ἀσίης ἦρξαν (ὡς καὶ τοεῶτέόν μοι εἴρηται) Σκύθαι ἔτεα δυῶν δέοντα τειήκοντα. Κιμμερίους γὰ διωκόντων ἐσέβαλον ἐς τιὼ Ἀσίην, καταπαύσαντες τῆς ἀρχῆς Μήδους. οὗτοι γὰ, πρὶν ἢ Σκύθας ἀπικέσθαι, ἦρχον τῆς Ἀσίης· τοὺς δὲ Σκύθας ἀποδημήσαντας ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ ἐπὶ χρόνον τοσοῦτον κατιόντας ἐς τιὼ σφετέρην, ὑποδέξατο οὐκ ἐλάσσων πόνος ἤ Μηδικός· βίον γὰ ἀπιτιμόνην σφι γραλιὴν

τῶν τοεῶτον ἐπὶ τῶν ἐμβαλόντες

a Intellige de iis qui in occurſum ad reſiſtendum illis venerant.

b In patriã poſtram longum tẽporis intẽruallũ reuert.

οὐκ ὀλίγῳ. αἱ γὰρ τῶν Σκυθέων γυναῖκες, A sibi occurrentem. Vxores nāque
ὡς σφι οἱ ἄνδρες ἀπῆσαν χρόνον πολλόν, ἐ- eorum, in diuturna virorum ab-
φοίτεον τοῖσι δούλοις. τοὺς δὲ δούλους sentia [a] ad seruos accesserant visu
οἱ Σκύθαι πρώτους τυφλοῦσι, τὸ γάλακτος orbatos. Orbant autem Scythæ
εἵνεκε, τὸ πίνουσι· ποιεῦντες ὧδε· ἐπεὰν φυ- seruos omnes lactis gratia, quod
σητῆρας λάβωσι ὀστέινους, αὐλοῖσι παρο- potant, ita id facientes: Sufflato-
μοίους, τούτους ἐσδύντες ἐς τὸν ἡλέων ria ossea fistulis simillima sumũ-
ἵππων τὰ ἄρθρα, φυσῶσι τοῖσι σώμασι· ἄλ- tur, eáque genitalibus equarum
λοι δὲ ἄλλων φυσεόντων ἀμέλγουσι. Φα- impositа ore inflantur. hoc aliis
σὶ δὲ τοῦδε εἵνεκα τοῦτο ποιέειν· ἐκ φλέβας facientibus, alii equas emulgent.
τε πίμπλασθαι φυσεωμένας τῆς ἵππου, B Hoc ideo se facere aiunt, quòd ve-
καὶ τὸ οὖθαρ καπίεσθαι. ἐπεὰν δὲ ἀμέλξωσι næ equarum sufflatæ implentur
τὸ γάλα, ἐσχέαντες ἐς ξύλινα ἀγγήια κοῖλα, & mammæ descendunt. Postea-
καὶ παρεισήσαντες κύνα ἀγγήια τοῖσι τυφλοῖσι, quam emulxere lac, in concaua
δοκέουσι τὸ γάλα. ἐκ τοῦ μὲν αὐτὸ ὀπισάμε- vasa lignea diffundunt. His cir-
νον ἀπαρύσαντες, ἡγέονται εἶναι ἁμιώτερον· cumpositi cæci lac agitant. cuius
τὸ δ' ὑπισάμενον, ἧσσον τοῦ ἑτέρου. Τούτων quod summũ est delibatur, pre-
μὲν εἵνεκα ἄπαντα τὸν αἰῶ λάβωσι οἱ Σκύ- tiosiúsque habetur: vilius autem,
θαι, οὐκ τυφλοῦσι. οὐ γὰρ ἀεργίης εἰσὶ, ἀλλὰ quod subsidit. Huius rei gratia
νομάδες. ἐκ τούτων δὴ ὦν σφι τῶν δούλων Scythę quemcunque capiũt, visu
καὶ τῶν γυναικῶν ἐπεάφη νεότης· οἳ ἐπεί τε C orbant. non enim agricolatores
ἔμαθον τὸν σφετέρων γένεσιν, ἐπιόντο sunt, sed [b] pastores. Ex his igitur [b] Nomades.
τοῖσι κατιοῦσι ἐκ τῶν Μήδων· καὶ πρῶτα seruis & vxoribus Scytharũ prę-
μὲν τὸν χῶρον ἀπετάμοντο, πάχρον ὀρυξάμε- genita est iuuentus: quæ suorum
νοι θρέλλω, κατατείνουσαν ἐκ τῶν Tau- natalium cõditione cognita, ob-
ρικῶν οὔρεων ἐς τὸν Μαιῶτιν λίμνην, ἥτις uiã perrexit iis qui reuertebantur
ἐστὶ μεγίστη· μετὰ δὲ, πειρεωμένοισι ἐσβάλ- à Medis. Et primùm quidem re-
λειν τοῖσι Σκύθῃσι ἀντικαθιζομένοισι ἐμά- gionem intersepsit ducta lata fos-
χοντο. γινομένης δὲ μάχης πολλάκις, καὶ οὐ sa, quæ à Tauricis montibus per-
δυναμένων ὑπερβῆναι πλέον ἔχειν τῶν Σκυθέων tingebat ad Mæotin paludem o-
» τῇ μάχῃ, εἷς αὐτῶν ἔλεξε τάδε, Οἷα ποιεῦ- D mnium maximam: [c] deinde in [c] Deinde verò
» μεν, ἄνδρες Σκύθαι, δούλοισι τοῖσι ἡμετέροι- his cõsistens, Scythis introire co- conantibus irrũ-
» σι μαχόμενοι; αὐτοί τε ἐλαττονες κεἰνόμε- nantibus repugnabat. Sæpe cõ- pere Scythis se
» νοι γινόμεθα, καὶ ἐκείνους κτείνοντες ἐλασσό- missa pugna, quum nihil tamen prælio oppone-
» νων τοὺς ἐπὶ τοῦτον ἀρξόμεθα. νῦν ὦν μοι δοκέει ἡ- Scythæ proficerẽt, quidam ex eis bat.
» μῖν ἀναμάς μὲν καὶ τόξα μετεῖναι, λαβόντα δὲ ἕ- inquit, Quídnam rei facimus vi-
» καστον τὸν ἵππου τὸν μάστιγα, ἰέναι ὡσὸν αὐ- ri Scythæ, cum nostris ipsorum
» τῶν. μέχρι μὲν γὰρ ὄρεον ἡμέας ὅπλα ἔχον- seruis dimicantes? qui & quum
» τας, οἵ τ' ἐνόμιζον ὁμοῖοί τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡ- interficimur, ipsi pauciores effici-
» μῖν εἶναι· ἐπεὰν δὲ ἴδωνται μάστιγας ἀντὶ ὅ- mur: & illos interficiẽdo, pauci-
» πλων ἔχοντας, μαθόντες ὡς εἰσὶ ἡμέτεροι E oribus deincepsimperabim⁹. Mihi
» δοῦλοι, καὶ συγγνόντες τοῦτο, οὐκ ὑπο- videtur hastis arcubúsque omis-
141 » μενέουσι. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Σκύθαι, ἐ- sis sumẽda flagella quibus equos
ποίευν ὅπερ ἐλέα. οἱ δ' ἐκ πλαγίους ὑπὸ verberamus, & ad illos propius
τῶν γινομένων, τῆς μάχης τε ἐπελάθοντο, καὶ eundum. Nam quoad vidẽt nos
ἔφυγον. οὕτω οἱ Σκύθαι τῆς τε Ἀσίης ἦρ- arma habẽtes, arbitrátur se simi-
ξαν, καὶ ἐξελαθέντες αὖτις ὑπὸ Μήδων, καὶ πᾶλιν ἔρπω τοιῶδε ἐς τὸ σφετέρην. les nobis, atque è similibus esse: vbi nos pro armis verbera tenẽtes viderint, tũc se nostros seruos esse intelligentes, atque id agnoscẽtes, non perstabunt. Hoc Scythæ quũ audissent, ita sibi faciendum putauerunt. Qua ex re perculsi illi, pugnæ immemores, fugam capesserunt. Ita Scythæ imperio sunt Asiæ potiti: & rursus à Medis eiecti, ad terram suam hunc in modum reuersi.

[a] Cum seruis rẽ habuerant.

Hac de cauſa Darius vlciſcendi cupidus, comparauit exercitum.

Scythæ gentem ſuam omniũ nouiſſimam eſſe aiũt, idque hoc modo extitiſſe. Virum quendam in hac terra, quum deſerta eſſet, primum fuiſſe, nomine Targitaum, & eius parentes (quod tamen mihi [a]non probatur) Iouẽ, Boryſthenémque fluuii filiam. Tali genere ortum aiunt Targitaũ: eiúſque tres liberos fuiſſe, Lipoxain, Arpoxain, & [b]nouiſſimum Colaxain. His regnantibus, demiſſa cælitus in Scythicã regionem, ex auro facta, aratrum, iugum, ſecurim, phialam. Quæ quũ primus omnium inſpexiſſet natu maximus, acceſſiſſe animo illa ſumendi: ſed eo accedente, aurũ arſiſſe: hoc digreſſo, ſecundum acceſſiſſe, & itidem aurum arſiſſe. Ambobus ab ardenti auro ſummotis, quum minimus natu accederet tertius, aurum fuiſſe extinctum, & ab illo aſportatum. eáq; re maiores fratres animaduerſa, totum regnum ad minimum detuliſſe. Et à Lipoxai quidé progenitos eſſe Scythas, quorum genus AVchatæ appellatur: ab Arpoxai verò, qui medius fuit eos qui Catiari & Traſpies nominantur: à minimo autem natu, reges qui Paralatæ vocantur. Omnibus autem nomen eſſe Scolotis, regis cognomen. ſed Scythas Græci appellauere. Hunc in modum ſe extitiſſe Scythæ memorant, & ex quo extiterunt, à primo rege Targitao, vſque ad Darii aduerſus ipſos tranſitum, annos omnino mille non amplius fuiſſe. Aurum verò illud ſacrum [c]in primis cuſtoditur à regibus, placatúrque maioribus hoſtiis, & aditur quotannis ſolenniter. & qui aurum ſacrum habẽs, die feſto dormierit ſub dio, is nũquam perennare fertur: & ob id dari ipſi tantum ſoli quantum vno die vectus equo peragrare poteſt. Quum autem regio ſit ingens, Colaxain conſtituiſſe trifarium filiis ſuis regnum:

a Non fit veriſimile.

b Natu minimum.

c Studioſiſſimè

A τῶν δὲ εἵνεκα ὁ Δαρεῖος πᾶσαν βουλόμενος, στρατηγήσαι ἐπ' αὐτοὺς στράτευμα.

Gramen quod in Scythia germinat, omnium quæ nos nouimus germinum [a] aridiſſimum eſt: quod ita ſe habere diſſectis pecoribus licet diſcernere. Et ea qui dem vt quammaxima ſunt, ita apud eos abundant. cætera autem vulgaria ſunt. Atque hũc in modũ [b] res ſunt eis inſtitutæ. [c] Deorũ hos ſolos propitiantur: Veſtam ante omnes, deinde Iouẽ ac Tellurem: exiſtimantes Tellurem Iouis coniugem eſſe. Poſt hos Apollinem, & cæleſtem Venerem, & Martem & Herculem. Hos cũcti Scythæ deos arbitrantur. Sed qui regii Scythæ vocantur, etiam Neptuno ſacrificant, appellantes Veſtam lingua ſua Tabiti: Ioué, Papæum: mea ſententia rectiſſimè: Tellurem, Apiam: Apollinẽ, OEtoſyrum: cæleſtẽ Venerem, Artimpaſam, Neptunum: Thamimaſadem. Simulacra & aras & delubra [d] facienda non putant, præterquam Marti. Idem ſacrificium prorſus apud omnia templa fieri eodem modo eſt inſtitutum, qui talis eſt: Victima ipſa primoribus implicita pedibus ſiſtitur, cuius à tergo ſtans immolator, amota in primis inſula, pecudem ferit, eáque concidente deum inuocat cui illam mactat: deinde circumdat laqueum collo, tũ iniecto baculo circumdu-

a *Videtur aliud legiſſe quàm ὀπιχολωτάτη.*

b Ritus ſunt eis inſtituti.

c His ſolis diis litant, *vel, ſacrificant.*

d Facere nõ eſt illis vſu receptũ.

152

cit, hoſtiámque ſtrangulat non incenſo igni, [a] non votis nũcupatis, non ſumptis libamẽtis, ſed vbi pecudem ſtrangulauit, eíque pellem detraxit, ad coquendum ſe conuertit. Verùm quum Scythica regio lignorum ſit admodum inops, hoc ab illis ad carnẽ coquendam excogitatum eſt: Vbi victimam pelle denudarunt, denudant quoque oſſa carnibus, dehinc illas in lebetes eius gentis (Leſbiis crateribus aſſimiles, niſi quòd ſunt multo capaciores) iniiciunt: ſubiectis atque ſuccenſis oſſibus hoſtiarum, coquunt. Si autem non adfuerit lebes, omnes carnes hoſtiarum in aluos illarũ & cum aqua commiſcent, atque oſſa ſuccẽdunt. Quibus pulcherrimè ardẽtibus, & aluis facilè capientibus carnes oſſibus ſeparatas, ita fit vt bos ſe ipſe coquat: & item cætera pecora immolata, per ſemetipſum quodque elixum fit. Coctis carnibus, is qui immolauit, earum atque inteſtinorum [b] libamenta ante ſeporricit. Immolant autẽ cùm alia pecora, tum præcipuè equos. Et aliis quidem diis hunc in modum & alias pecudes immolant. Marti verò ſic priſco ritu apud quoſque tale extruitur templum: Sarmẽtorum faſces aggeruntur trium in longum latúmque ſtadiorũ, minoris tamen ſublimitatis: deſuper quadrata planities efficitur: tria latera prærupta ſũt, quartum accliue, per quod aſcendatur. Eò quotannis comportant centum quinquaginta plauſtra ſarmentorum. nam ſemper propter cæli tempeſtatẽ illa marceſcũt. Sub hac cõgerie ferreus acinacis, qui ſingulis vetuſtus eſt, ſtatuitur. Idque eſt Martis ſimulacrum, cui annuas hoſtias offerunt cùm aliorum pecorum, tum equorum, & plus [c] huic acinaci quàm cæteris diis. Ex captiuis centeſimum quemque immolãt, non eodem quo pecora modo, ſed diuerſo. nã vbi eorum capitibus vinum libauerunt, ipſos intra quoddam vas iugulant: dehinc eiſdem in congeriem ſarmentorum ſublatis, acinacem cruore perfundũt. Hæc quidem ſupra conferunt.

a Non oblatis primitiis.

b Primitias.

b His. *Intelligit forte Martis & acinaci.*

γει, καὶ ἀποπνίγει· οὔτε πῦρ αἰσησάμενος, οὔτε [τὴν] καπυξάμενος, οὔτ' ἐπισπείσας. ἀποπνίξας δὲ καὶ ἀποδείρας, πρῶτα μὲν ἕψησιν. τῆς δὲ γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης, ὧδε σφι ἐς τοῦτο ἕψησιν τῶν κρεῶν ἐξεύρηται. ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὰ ἱρήια, γυμνοῦσι τὰ ὀστέα τῶν κρεῶν· ἔπειτα σφεα ἐσβάλλουσι, ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες λέβητας ἐπιχωρίους, μάλιστα Λεσβίοισι κρητῆρσι ὑποσεικέλους, χωρὶς ἢ ὅτι πολλῷ μείζονας· ἐς τούτους ἐσβάλλοντες, ἕψουσι σὺν καίοντες τὰ ὀστέα τῶν ἱρηίων· ἢν δὲ μὴ σφι παρῇ λέβης, οἱ δὲ ἐς τὰς γαστέρας τῶν ἱρηίων ἐσβάλλοντες τὰ κρέα πάντα, καὶ προσμίξαντες ὕδωρ, σὺν καίουσι τὰ ὀστέα· τὰ δὲ αἴθεται κάλλιστα. αἱ δὲ γαστέρες χωρέουσι βύπτεώς τὰ κρέα ἐφ' ἑωυτῶν ἀπελωμένα τῶν ὀστέων· καὶ οὕτω βοῦς τε ἑωυτὸν ἀπέψει, καὶ τἆλλα ἱρήια ἑωυτὰ ἕκαστον. ἐπεὰν δὲ ἑψηθῇ τὰ κρέα, ὁ θύσας, τῶν κρεῶν καὶ τῶν σπλάγχνων ἀπαρξάμενος, ῥίπτει ἐς ὃ ἔμπροσθεν. θύουσι δὲ καὶ τἆλλα πρόβατα, καὶ ἵππους μάλιστα. τοῖσι μὲν δὴ ἄλλοισι τῶν θεῶν ὧδε θύουσι, καὶ ταῦτα τῶν κτηνέων. τῷ δὲ Ἄρηϊ ὧδε κατὰ νόμους· ἑκάστοισι τῶν ἀρχίων ἐσίδρυται σφι Ἄρεος ἱρὸν τοιόνδε· φρυγάνων φάκελοι συννενέαται ὅσον τε [τὸν] ἐπὶ σταδίους τρεῖς μῆκος καὶ εὖρος, ὕψος δὲ, ἔλασσον· ἄνω δὲ τούτου, τετράγωνον ἀπέδου πεποίηται· καὶ τρία μὲν τεῖα τῶν κώλων ἐστὶ ἀπότομα, κατὰ δὲ τὸ ἕν, βάσιμον. ἕτεος δὲ ἑκάστου ἁμάξας πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν βαστέουσι φρύγανα. συνοσεῖ γὰρ δὴ αἰεὶ σὺν τῶν χειμώνων. ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ [τοῦ] ὄγκου ἀκινάκης σιδήρεος ἵδρυται ἀρχαῖος ἑκάστοισι· καὶ τοῦτο [τὸν] ἐστὶ τοῦ Ἄρεος τὸ ἄγαλμα. τούτῳ δὲ τῷ ἀκινάκει θυσίας ἐπετείους τρισσαίνουσι προβάτων καὶ ἵππων. καὶ δὴ καὶ τοῖσι ἔτι πλέω θύουσι ἢ τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι. ὅσους μὲν αὖ τῶν πολεμίων ζωγρήσωσι, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα ἕνα θύουσι, τρόπῳ οὐ τῷ αὐτῷ ᾧ καὶ τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ. ἐπεὰν γὰρ οἶνον ἐπισπείσωσι καὶ τῶν κεφαλέων, ἀποσφάζουσι τὸν ἄνθρωπον ἐς ἄγγος· καὶ ἔπειτα ἀνενείκαντες ἄνω ἐπὶ τὸν ὄγκον τῶν φρυγάνων, καταχέουσι ὁ αἷμα τοῦ ἀκινάκεος. ἄνω μὲν δὴ φορέουσι τοῦτο. κάτω δὲ

[a] καπυξάμενος, [b] βάσιμον [c] σκοῦ

κάτω δὲ τῶδέ ϑι ἐν τοιῦσι τάδε· τῶν ἀ- A
ποσφαγέων ἀνδρῶν τοὺς δεξιοὺς ὤμους
πάντας ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσί, ἐς
(a) τὴν ἀπάρξασι ἐείσι· καὶ ἔπειτα καὶ τἄλλα ἀ-
πέρξαντες ἱρήια ἀπαλλάσσονται. χεὶρ δὲ
τῇ αὖ πέσῃ κέεται, καὶ χώρεις ὁ νεκρός. θυσίῃσι
μὲν νυν αὗται σφι κατεστέασι. ὑσὶ δὲ οὗτοι
οὐδὲν νομίζουσι, οὐδὲ τρέφειν σφίσι πάπαν ἐν
τῇ χώρῃ θέλουσι.

Τὰ δὲ ἐς πόλεμον ἔχοντα ὧδέ σφι διάκε- B
κέεται· ἐπεὰν (b) τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβά-
λῃ ἀνὴρ Σκύθης, τοῦ αἵματος ἐμπίνει. ὅσους
δὲ ἂν φονεύσῃ ἐν τῇ μάχῃ, τουτέων τὰς κε-
φαλὰς ἀποφέρει τῷ βασιλέϊ. ἀπενείκας
μὲν γὰρ κεφαλὴν, τῆς λείης μεταλαμβά-
νει τλὴν ἂν λάβωσι· μὴ ἐνείκας δὲ, οὔ. ἀπο-
δείρει δὲ αὐτὴν ὧδε τῷπερ τοιῷδε· περιταμὼν
κύκλῳ περὶ τὰ ὦτα, καὶ λαβόμενος τῆς κε-
φαλῆς, ἐξίει. μετὰ δὲ, ἐρεχίσας βοὸς πλευ-
ρὴν, δέψει τῇσι χερσί. ὀργήσας δὲ αὐτὸ, ἅτε C
χειρόμακτρον ἐὸν ἕκτηται. ἐκ δὲ τῶν χαλινῶν
τῶν ἵππου τὸν ἂν αὐτὸς ἐλαύνῃ, ἐκ τούτου ἐξ-
άπτει, καὶ ἀγάλλεται. ὃς γὰρ ἂν πλείστα
153 δέρματα χειρόμακτρα ἔχοι, ἀνὴρ ἄριστος
οὗτος κέκριται. πολλοὶ δὲ αὐτέων ἐκ τῶν ἀ-
ποδερμάτων καὶ χλαίνας ἐπείνυσθαι τοι-
οῦσι, συρράπτοντες κατάπερ βαίτας. πολ-
λοὶ δὲ ἀνδρῶν ἐχθρῶν τὰς δεξιὰς χεῖρας νε-
κρῶν ἐόντων ἀποδείραντες, καὶ ἀπαστεύσαν-
τες αὐγῆσι ὄνυξι, καλύπτρας τῶν φαρε-
τρέων ποιοῦνται. δέρμα δὲ ἀνθρώπου, καὶ D
παχὺ καὶ λαμπρὸν λίην ἐστὶ κεδὸν δερ-
μάτων πάντων λαμπρότατον λευκότητι.
πολλοὶ δὲ καὶ ὅλους ἀνδρας ἐκδείραντες,
καὶ ἀπαστεύσαντες ὅτι ξύλων, ἐπ' ἵππων
περιφέρουσι. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω σφι νενό-
μισται. αὐτὰς δὲ τὰς κεφαλὰς, οὗτοι πάν-
των, ἀλλὰ τῶν ἐχθίστων, ποιοῦσι τάδε· ἀπο-
πρίσας ἕκαστος πρῶτα τὰ ἐνερθεν τῶν ὀφρύων,
ἐκκαθαίρει· καὶ ἢν μὲν ἢ πένης, ὅλῃ ἔξωθεν
ὠμοβοέϊ μουνίῳ περιτείνας, οὕτω χρᾶ- E
ται· ἢν δὲ πλούσιος, τὸν μὲν ὠμοβοέϊ πε-
ριτείνει· ἔσωθεν δὲ (c) περιχρυσώσας, οὕτω
χρᾶται ποτηρίῳ. ποιοῦσι δὲ τοῦτο καὶ ἐκ
τῶν οἰκηίων, ἢν σφι διάφοροι γένωνται, καὶ
ἢν τις ὑπερεμπέσῃ αὐτῶν τῶδε τῷ βασι-
λέϊ. ξείνων δὲ οἱ ἐλθόντων τῶν ἀνδρῶν ποιέηται, τὰς κεφαλὰς ταύτας τῶδε φέρει,

inferius autem in templo ista faciunt: Virorum interemptorum omnes humeros dextros præcidunt, quos vnà cum manibus in aerem iaciunt. & quocunque deciderit manus, ibi iacet, seorsum autem mortuus. [a] Cæteris deinde solennibus confectis abeunt. Et sacrificia quidē hæc ab eis sunt instituta. [b] Sues pro nihilo putāt, quas nec alere omnino in sua regione volunt.

Quæ verò ad bellum attinēt, hūc in modum sunt ab eis comparata. Quem primum virū ceperit vir Scytha, eius sanguinem potat: quoscunque in prælio interemerit, eorum capita regi offert. nam capite allato, fit prædæ quācunque ceperint particeps, alioqui expers. Caput hoc modo præcidit: In orbē illud amputat circa aures, verticéque sumpto excutit, deinde pellem detrahit: & vbi sicut bouis corium manibus molliuit, tanquam mantile possidet, eáque & habenis equi sui appēsa gloriatur: qualia mātilia vt quisque plurima habet, ita vir iudicatur præstantissimus. Sūt quoque multi qui coria hæc humana tāquā brutorum consuant, quibus pro amiculis induantur. Multi etiam cæsorum hostium manus dextras cum vnguibus excoriāt, [c] éisque opercula pharetrarū integūt. Est autē inter omnia coria humanū ferè & crassum maximè & candore splendidum. Multi etiam totos homines excoriatos, & super ligna extētos, supra equos circumferūt. Hæc ab illis in mores sunt recepta. [d] Non tamen de omnium, sed de inimicissimorū capitibus hoc faciunt, vt quisque illud quod est infra supercilia, recisum prorsus excutiat: & crudo tantùm bouis corio, si pauper sit, sin diues, non modò exterius inducat bouino corio, verūetiam interius inauret; & sic vterq; pro poculo vtatur. Idem agunt de familiaribus, si inter eos extiterint discordiæ, & apud regem victoria sint potiti. Hæc capita hospitibus qui ad eos veniunt viri alicuius existimationis, exhibent:

(a) τὴν ἀπάρξασι — ἀπάρξαντες

a *Videtur aūt diuersam à nostra lectionem sequutus esse, aut nostrā non intellexisse.*

Quæ tamen ἀπάρξαντες habet pro eo quod Vet. cod. ἀπάρξασι.

b Suum nullus est illis vsus.

c Eíſque pharetras integūt. *Vel,* Et ex eis opercula pharetrarum conficiunt.

d At capitibus non quidem omnium, sed inimicissimorū, hoc faciunt.

referúntque, illos, quum essent domestici, & ad pugnam lacessissẽt, ab ipsis esse superatos: id strenuitatis loco ponẽtes. Semel autem quotannis [a] singuli regionũ principes miscent vinum crateri, de quo [b] Scythæ omnes hostium homicidæ bibunt, at non gustãt qui nihil præclari operis ediderint, sed sine honore seorsum sedent: quæ res apud eos maximæ est ignominiæ. Qui verò cõplures cædes fecerunt, hi duobus pariter quos habẽt calicibus potãt.

Apud eosdem permulti sunt vaticinatores, qui pluribus virgis salignis diuinant, ad hunc modum: Grandes virgarum fasces quum attulerunt, humi positos dissoluunt, ac seperatim ponentes illarum singulas, vaticinãtur. [c] ad hæc dicendo, viceuersa virgas prehendunt, ac rursus sigillatim componunt. Hæc est illis tradita à maioribus diuinatio. Sed Enaries, [d] qui sunt androgyni, aiunt sibi à Venere traditam diuinationem, qui tiliæ fronde vaticinantur. Tiliam vbi quis trifariam sciderit, digitis suis eam implicando ac resoluendo tractat, atque in hunc modum vaticinatur. Horum tres maximè probatos accersit rex quoties ægrotat: cui isti semper ferè dicũt hũc aut illum ciuem (nominant autẽ hominem de quo loquũtur) peieraſſe, iurãtem per regium [e] solium: (est autẽ Scythis mos plerunque iurandi per regium solium, quum maximum volunt interponere iusiurandum) protinúsque is quem dixerint peieraſſe, adductus, coarguitur scientia diuinandi, tanquam compertus falsò deieraſſe per regium soliũ, & ob id regem ægrotare. Si ille inficiãs se negat peieraſſe, [f] atque rem grauiter fert, rex duplũ vaticinorũ accersit: qui inspecta diuinandi ratione, si & ipsi hominẽ periurii conuicerint, sine mora caput excidunt: eiúsque facultates inter se partiuntur primi vaticini. Sin verò illi qui superuenerũt vaticini hominesabsoluerint,

a Vnusquisque prouinciæ præfectus in sua prouincia craterem vini temperat, de quo Sc.

b Scythæ omnes bibunt à quibus hostes sui interfecti fuerint: at qui hoc facinus non ediderint, hoc nõ gustant, sed, &c.

c Simúlque dum hæc dicunt, virgas rursum conuoluunt, *quas Gr. deliget euoluerãt*, & in vnum componunt.

d *Legst οἱ ἢ ἀνδρόγυνοι, pro καὶ οἱ ἀνδρ.*

e *Aut, larem.*

f Καὶ δεινολογέεται, *quod dicitur Gall. Et dit qu'on luy fait tort.*

A καὶ ὑπολέγει ὡς οἱ ἐόντες οἰκήιοι πόλεμον προσεδήκατο, καὶ σφέων αὐτὸς ἐπεκράτησε τούτου τοῦ ἀνδραγαθίην λέγεται. ἅπαξ δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου οἰνοχόος τῆς ἑκάστου ἐν τῷ ἑωυτῷ νομῷ κιρνᾷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι τῶν Σκυθέων ὅσοις δὴ ἄνδρες πολέμιοι ἀναιρημένοι ἔωσι· τοῖσι δ' ἂν μὴ κατεργασμένον ἢ τὸν τρόπον, οὐ γεύονται τοῦ οἴνου τούτου, ἀλλ' ἠτιμωμένοι ἀποκατέαται. ὄνειδος δέ σφι ἐστὶ μέγιστον τοῦτο· ὅσοι δὲ αὐ αὐτῶν καὶ κάρτα πολλοὺς ἄνδρας ἀναιρηκότες ἔωσι, οὗτοι δὲ σφὶ δύο κύλικας ἔχοντες, πίνουσι ὁμοῦ.

Μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοί, οἱ μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτείνῃσι πολλῇσι ὧδε· ἐπεὰν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται, θέντες χαμαί, διεξελίασσοισι αὐτούς· καὶ ὑπὸ μίαν ἑκάστην ῥάβδον ὑθέντες, θεσπίζουσι. ἅμα τε λέγοντες ταῦτα, συνειλέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω, καὶ αὖτις κατὰ μίαν συντιθεῖσι. αὕτη μὲν ἡ μαντικὴ, πατρωίη σφὶ ἐστί. οἱ δὲ ἐναρέες καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι τὴν Ἀφροδίτην σφὶ λέγουσι μαντικὴν δοῦναι· φιλύρης ὦν φλοιῷ μαντεύονται, ἐπεὰν τὴν φιλύρην τρίχα σχίσῃ πλατέων ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῖσι ἑωυτοῦ, καὶ πλανύων, χρᾷ. ἐπεὰν δὲ βασιλεὺς ὁ Σκυθέων κάμῃ, μεταπέμπεται τῶν μαντίων ἄνδρας τρεῖς τοὺς εὐδοκιμέοντας μάλιστα, οἱ ἕτερα τῶν εἰρημένων μαντεύονται. καὶ λέγουσι οὗτοι ὡς τετύχθαι μάλιστα τάδε, ὡς τὰς βασιληίας ἑστίας ὀμόρκηκε ὃς καὶ ὃς λέγοντες τῶν ἀστῶν τὸν ἂν δὴ λέγωσι· (τὰς δὲ βασιληίας ἑστίας νόμος Σκύθῃσι τὰς μεγίστας εἶναι ὁμνύουσι τότε ἐπεὰν τὸν μέγιστον ὅρκον ἐθέλωσι ὀμνύναι) αὐτίκα δὲ πλανηθέντα ἄγουσι· τοῦτον δὲ ἂν δὴ φῶσι ὀμορκῆσαι. ἀπιγμένον δὲ ἐλέγχουσι οἱ μάντιες ὡς ὀμορκήσας φαίνεται ἐν τῇ μαντικῇ τὰς βασιληίας ἑστίας, καὶ πλανῶντα ἀλ- E γέει ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ ἀρνέεται, οὐ φάμενος ὀμορκῆσαι, καὶ δεινολογέεται. ἀρνεομένου δὲ τούτου, ὁ βασιλεὺς μεταπέμπεται ἄλλους διπλησίους μάντιας· καὶ ἢν μὲν καὶ οὗτοι ἐξορέοντες ἐς τὴν μαντικὴν, καταδήσωσι ὀμορκῆσαι, τοῦδε ἕνεκα τὴν κεφαλὴν ἀποταμνῦσι, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ διαλαγχάνουσι οἱ πρῶτοι τῶν μαντίων· ἢν δὲ οἱ ἐπελθόντες μάντιες ἀπολύσωσι,

π. τῶν

ἄλλοι πρῆσι μάντιες, καὶ μάλα ἄλλοι. ἐὼν ὧν οἱ πλόϊνες τὸν αἰεὶ θέρτον ἀπολύσωσι, δέδοκται τοῖσι πρώτοισι τῶν μάντιων αὐτῶν ἀπόλυσθαι. ἀπολύσι δὲ αὐτὸς τρόπῳ τοιῷδε· ἐπεὰν ἅμαξαν καμάρης φρυγανέων πλήσωσι, καὶ ὑποζεύξωσι βοῦς, ἐμπεδήσαντες τοὺς μάντιας, καὶ χεῖρας ὀπίσω δήσαντες, καὶ στομώσαντες, κατειργνῦσι ἐς μέσα τὰ φρύγανα. ὑποφρήσαντες δὲ αὐτοῖσι, ἀπιεῖσι, φοβήσαντες τοὺς βοῦς. πολλοὶ μὲν δὴ συγκατακήονται τοῖσι μάντισι βόες, πολλοὶ δὲ πρεκεκαυμένοι ἀποφεύγουσι, ἐπεὰν αὐτέων ὁ ῥυμὸς κατακαυθῇ. κατακήουσι δὲ τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ καὶ δι' ἄλλας αἰτίας τοὺς μάντιας, ψευδομάντιας καλέοντες. τοὺς δὲ αὐτοὺς ἀποκτείνουσι βασιλέες, τουτέων δὲ τοὺς παῖδας λείπει, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔρσενα κτείνει, τὰ δὲ θήλεα οὐκ ἀδικέει. ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε, πρὸς τοὺς ἂν ποιέωνται· ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι τῶν ποιεομένων τὰ ὅρκια τρωθέντες ὑπαὶ ἢ ὀπισθαμόντες μαχαίρῃ σμικρὸν τοῦ σώματος. καὶ ἔπειτα ἀποβάπτουσι ἐς τὴν κύλικα ἀκινάκεα, καὶ ὀιστοὺς, καὶ σάγαριν καὶ ἀκόντιον· ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, κατεύχονται πολλά· καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι αὐτοί τε οἱ ὅρκιον ποιεύμενοι, καὶ τῶν ἑπομένων οἱ πλείστου ἄξιοι.

Ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν Γέρροισι εἰσί. ἐς ὃ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ πρηκτός, ἐνθαῦτα, ἐπεὰν σφι ἀποθάνῃ ὁ βασιλεύς, ὄρυγμα γῆς μέγα ὀρύσσουσι τετράγωνον. ἑτοῖμον δὲ ἔτι ποιήσαντες, ἀνδρωμβαίσι τὸν νεκρὸν κατακεκηρωμένον μὲν τὸ σῶμα· τὴν δὲ νηδὺν ἀναχανθεῖσαν, καὶ καθαρθεῖσαν, πλέην κυπέρου κεκομμένου, καὶ θυμιήματος, καὶ σελίνου σπέρματος, καὶ ἀνήσου, συνεῤῥαμμένην ὀπίσω, καὶ κομίζουσι ἐν ἁμάξῃ ἐς ἄλλο ἔθνος. οἱ δὲ αὖ προδεξάμενοι κομισθέντα τὸν νεκρὸν, ποιεῦσι τάδε οἱ βασιλήιοι Σκύθαι· τοῦ ὠτὸς ἀποταίνονται, τείχεα περιτρίβονται, βραχίονας περιτάμνονται, μέτωπον καὶ ῥῖνα κατατμήσσονται, ἀμφὶ τῆς τε ἀριστερῆς χειρὸς ὀιστοὺς ἀφιᾶσι νέονται. ἐνθεῦτεν δὲ κομίζουσι ἐν ἁμάξῃ τὸν νέκυν τοῦ βασιλέος ἐς ἄλλο ἔθνος τῶν ἄρχουσι. οἱ δὲ σφι ἕπονται, ἐς τοὺς πρότερον ἦλθον.

154

τὰς ἐμποδίσαντες

τοὺς

τὸ ὅρκιον

A alii atque alii præsto sunt: quorũ si plures absoluerint, decernitur primis illis vaticinis esse pereundum. eósque hũc in modum necant: Plaustrum concameratum vbi sarmentis referserũt, bobúsque iunxerũt, vaticinos pedibus implicatis, & manibus post tergũ reinctis, atque ore obstructo, extendunt in medium sarmẽtorum: incensisque sarmentis territando agitãt boues. quorum boũ multi cum vaticinis concremãtur, multi ambusti, cremato vtique plaustri temone, aufugiunt. Hoc quem dixi modo comburunt *μάντιας, id est, vaticinos*, etiã ob alias causas, appellántque *ψευδομάντιας, id est, falsos vaticinos.* Sed quos morte rex afficit, eorũ ne liberos quidem relinquit, sed vniuersos mares interficit, fœminis nihil læsis. Fœdera cũ quibuscunque ineunt Scythæ, hoc modo ineunt: Infuso in grãdem calicem fictilem, vino cõmiscẽt eorũ sanguinem qui feriunt fœdus, percutiẽtes[a] cultello aut incidẽtes gladio aliquãtulum corporis. deinde in calice tingũt acinacẽ, sagittas, securim, [b] gladiũ. Hæc vbi fecerũt, sese multis verbis deuouent: postea vinum epotant non modò ii qui fœdus fecerunt, sed etiam comites ii qui sunt maximæ dignitatis.

a *Sunt qui* Vocẽ *Græcam* ὑπίαση *suspectã habeant.*

b Iaculum.

Regũ autẽ sepulcra apud Gerrhos sunt. Vbi Borysthenes iam D nauigabilis est, ibi, quum rex eorum decẽssit, ingentem scrobem effodiunt forma quadrata. hoc vbi præpararunt, accipiunt mortuũ corpore incerato, aluo euulsa atque expurgata, quã silere cõtuso & thymiamate apiísque semine & anisi quũ expleuerũt, resuũt rursus, impositúmque plaustro cadauer ad aliam gentem ferunt. Quod qui excipiunt, eadẽ agunt quæ regii Scythæ: [c] aurem deci- E dunt, crinem circũtondent, brachia circumcidunt, frontem nasúmque consauciant, sinistram manum sagittis traiiciunt. Postmodum regis cadauer carpento ferunt ad aliam gentem cui imperitant, quæ ipsos comitatur ad eos vnde primùm venerant.

c Auris *partem* amputant,

Vbi iam mortuum circumferẽtes, luſtrauerunt ſingulas gentes quibus imperauit, apud eos deponũt qui in extremis Gerrhis habitãt, & in ſepulcris. Quem poſtquam ſuper torum in loculo poſuerũt, haſtis hinc atque hinc defixis, deſuper ligna diſponũt, deinde pallio contegunt. In reliqua loculi ſpatioſitate aliquam eius pallacam ſtrangulatam ſepeliũt, & eum qui vinum miſcebat, & cocum & equiſonem & miniſtrũ & eum qui erat à nuntiis, necnõ equos & aliarum rerũ omnium primitias, quinetiam phialas aureas. nam argentum aut æs nihil in vſu habent. His actis, humum certatim atque auidè iniiciunt, cupientes tumulum quammaximum efficere. Circumacto anno, rurſus hoc agunt: E famulis regis intimos ſumunt. (ſunt autem famuli regũ, [a] ingenui Scythæ, & quos ipſe rex iuſſerit. nam nullus venalitius ei miniſtrat.) Horum miniſtrorũ quinquaginta quum ſtrangulauerunt, ac totidem præſtantiſſimos equos, [b] eductis inteſtinis & expurgatis, paleis implent, ac conſuunt; & vbi dimidium fornicis ſuper duo ligna reſupinatum ſtatuerint, alterúmque dimidium ſuper altera duo ligna, & item alia multa huiuſcemodi defixerint, tum ſuper ea equos imponunt, craſſis tignis in lõgum ad ceruicem vſque traiectos, ita vt priores fornices ſuſtineant armos equorum, poſteriores verò iuxta femora ſuſcipiãt vteros, vtriſque cruribus ſupernè pendẽtibus. Equos autem infrænant, eorúmque habenas ad palos extentas alligãt: dehinc ſuper eorum ſingulos ſtatuunt ſingulos quinquaginta iuuenum ſtrangulatorum, hunc in modũ, Vnicuique eorum rectum ſtipitem per ſpinam ad ceruicẽ vſque tranſfigunt: quod inferius ſtipitis extat vltimum, infigũt tigno illi quo equus traiectus eſt. His equitibus ſepulcro circumpoſitis abeũt. Hũc in modũ reges ſepeliũt.

a Sunt autẽ Scythæ indigenæ. nã famuli ſunt quos rex iuſſerit: nec vllus venal. *Legiſſe autem videtur hic interpr.* ἀγχνέες *pro* ἐγγενέες.

b Vacuata & purgata aluo.

A ἐπεαὶ ὦ πολῶται περιέλθωσι τὸν νέκυν κομίζοντες, ἐν Γερροισι ἔσχατα κατοικημένοισι εἰσὶ τῶν ἐθνέων τῶν ἀρχοισι, καὶ ἐν τῇσι ταφῇσι. καὶ ἔπειτα ἐπεαὶ θάωσι τὸν νέκυν ἐν τῇσι θήκῃσι, ὀπὶ σιβάδος περιπήξαντες αἰχμὰς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῦ νεκροῦ, ξύλα ὑποστείνουσι, καὶ ἔπειτα ῥιψὶ καταγεγάζουσι. ἐν δὲ τῇ λοιπῇ θυρυχωρίῃ τῆς θήκης, τῶν παλλακέων τε μίαν ἀποπνίξαντες θάπτουσι, καὶ τὸν οἰνοχόον, καὶ μάγειρον, καὶ ἱπποκόμον, καὶ διήκονον, καὶ ἀγγελιηφόρον, καὶ ἵπ-

B πους, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἀπαρχάς, καὶ φιάλας χρυσέας. ἀργύρῳ δὲ οὐδὲν οὐδὲ χαλκῷ χρέωνται. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, χοῦσι πάντες χῶμα μέγα, ἀμιλλώμενοι, καὶ προθυμεόμενοι ὡς μέγιστον ποιῆσαι. ἐνιαυτοῦ δὲ περιφερομένου, αὖτις ποιεῦσι τοιόνδε. λαβόντες τῶν λοιπῶν θεραπόντων τοὺς ἐπιτηδεωτάτους, (οἵδε εἰσὶ Σκύθαι ἐγγενέες· οὗτοι γὰρ εἰσι θεραπεύοντες τοὺς ἂν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς κελεύσῃ, ἀργυρώνητοι δὲ οὐκ εἰσί· σφι θεράποντες) τουτέων ὧν τῶν διηκόνων

C ἐπεαὶ ἀποπνίξωσι πεντήκοντα, καὶ ἵππους τοὺς καλλίστους πεντήκοντα, ἐξελόντες αὐτέων τὰ ἐντερα, καὶ καθήραντες, ἐμπιπλᾶσι ἀχύρων, καὶ συρράπτουσι. ἀψίδας δὲ ἥμισυ ὑπὸ ξύλα δύο, ἥμισυ ζήσαντες ὕπτιον, καὶ δ' ἕτερον ἥμισυ τῆς ἀψίδος ἐπ' ἕτερα δύο καταπήξαντες τρόπῳ τοιούτῳ, πολλὰ ταῦτα ἔπειτα τῶν ἵππων καταμήκεα ξύλα παχέα διελάσαντες μέχρι τῶν παχέων, ἀναβιβάζουσι αὐτοὺς ὀπὶ τὰς ἀψίδας. τῶν δὲ, αἱ μὲν πρότεραι ἀψίδες ὑ-

D πέρκεινται τοῖς ὤμοις τῶν ἵππων· αἱ δὲ, ὁπίσθεν πρὸς τοῖς μηροῖς, τὰς γαστέρας ὑπολαμβάνουσι. σκέλεα δὲ ἀμφότερα κατακρέμαται μετέωρα. χαλινοὺς δὲ καὶ τόμια ἐμβαλόντες ἐς τοὺς ἵππους, κατατείνουσι ἐς ὃ πρόσθεν αὐτέων, καὶ ἔπειτα ὀκταπαλαίων δέουσι. τῶν δὲ δὴ νεωτάτων τῶν ἀποπεπνιγμένων τῶν πεντήκοντα ἕνα ἕκαστον ἀναβιβάζουσι ἐπ' ἵππων· ὧδε ἀναβιβάζοντες· ἐπεαὶ νεκροῦ ἑκάστου πρὸς τὴν

E ἀκανθαν ξύλον ὀρθὸν διελάσωσι μέχρι τοῦ παχέος, κάτωθεν δὲ ὑπερέχει τοῦ ξύλου τούτου, τὸ ἐς ὄρθιον πηγνύουσι τοῦ ἑτέρου ξύλου τοῦ διὰ τοῦ ἵππου. ὀπὶ ζήσαντες ὦ κύκλῳ τὸ σῶμα, ἱππέας τοιούτους ἀπελαύνουσι. οὕτω μὲν τοὺς βασιλέας θάπτουσι.

τοὺς δὲ ἄλλους Σκύθας, ἐπεὰν ἀποθάνωσι, περιάγουσι οἱ ἀγχοτάτω προσήκοντες τοὺς φίλους ἐν ἁμάξῃσι κειμένους. τῶν δὲ ἕκαστος ὑποδεκόμενος διώκει τοὺς ἐπομένους, καὶ τῷ νεκρῷ ἀπόντων πάντων πλησίως πάντα ποιέει ὅσα τοῖσι ἄλλοισι. ἡμέρας δὲ τεσσεράκοντα οὕτω οἱ ἰδιῶται περιάγονται, ἔπειτα θάπτουσι. θάψαντες δὲ οἱ Σκύθαι, καθαίρονται τρόπῳ τοιῷδε· σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς καὶ ἐκπλυνάμενοι, ποιεῦσι περὶ δὲ σῶμα τάδε· ἐπεὰν ξύλα στήσωσι τρία ἐς ἄλληλα κεκλιμένα, περὶ τοῦτα πίλους εἰρινέους περιτείνουσι συμφέξαντες δὲ ὡς μάλιστα, λίθους ἐκπύρους Φθεγομένας ἐσβάλλουσι ἐς σκάφιον κειμένου ἐν μέσῳ τῶν ξύλων τε καὶ τῶν πίλων. ἔστι δὲ σφι κάνναβις φυομένη ἐν τῇ χώρῃ πλὴν παχύτητος καὶ μεγάθεος, τῷ λίνῳ ἐμφερεστάτη. τούτῃ δὲ πολλῷ ὑπερφέρει ἡ κάνναβις αὕτη· καὶ αὐξήσι καὶ εὐφορίῃ φύεται· καὶ ἐξ αὐτῆς Θρῆικες μανὴ καὶ εἵματα ποιεῦνται τοῖσι λινέοισι ὁμοιότατα· οὐδὲ αὐ, ὅστις μὴ κάρτα τρίβων εἴη αὐτῆς, διαγνοίη λίνου ἢ κάνναβίος ἐστί· ὃς δὲ μὴ εἶδέ κω τὴν κάνναβίδα, λίνεον δοκήσει εἶναι εἶμα. τούτης ὦν οἱ Σκύθαι τῆς κάνναβίος τὸ σπέρμα ἐπεὰν λάβωσι, ὑποδύουσι ὑπὸ τοὺς πίλους, καὶ ἔπειτα ὑποβάλλουσι τὸ σπέρμα ἐπὶ τοὺς πυρούς τοὺς διαφέρεις λίθους τῷ πυρί. τὸ δὲ θυμιῆται ἐπιβαλλόμενον, καὶ ἀτμίδα πρέχεται τοσαύτην, ὥστε Ἑλληνικὴ οὐδεμία ἀτμὶς ταύτην ἂν μὴν πυρὶ ἐπικρατήσειε· καὶ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρῇ ὠρύονται. τοῦτό σφι ἀντὶ λουτροῦ ἐστί. οὐ γὰρ δὴ λοῶνται ὕδατι τὸ παράπαν τὸ σῶμα. αἱ δὲ γυναῖκες αὐτέων ὕδωρ χέουσαι, καταψήχουσι περὶ λίθον τρηχὺν τῆς κυπαρίσσου, καὶ κέδρου, καὶ λιβάνου ξύλου· καὶ ἐπεὰν τὸ καταψηχόμενον τοῦτο, παχὺ ἐὸν, καταπάσσωνται πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὸ πρόσωπον· καὶ ἅμα μὲν εὐωδίη σφέας ἀπὸ τούτου ἴσχει. ἅμα δὲ ἀπαρρέουσα τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ πάντα καταπλαστὴν, γίνονται καθαροί καὶ λαμπροί.

Ξυνοικοῦσι δὲ νομάδοισι καὶ οὗτοι αἰνῶς χρᾶσθαι φθείρουσι, μήτοι γε ὦν ἀγήλῃσι, Ἑλληνικοῖσι δὲ ἤκουσα, ὡς διέδεξαν Ἀνάχαρσίς τε καὶ δεύτερα αὖτις Σκύλης. ἔστι μὲν γὰρ Ἀνάχαρσις, ἐπεί τε γῆν πολλὴν θεωρήσας,

Alios autem Scythas, quum decesserũt, proximi quique in plaustris collocatos ad amicos circũferunt. eos singuli amicorum excipientes, epulum cadauer comitantibus præbẽt, tam propinquis quàm cæteris. Ad hunc modum quadraginta diebus priuati homines circumaguntur: dehinc [a] humantur, tali tamen ratione prius purgati: Vbi caput exinanierunt, abluerúntque, circa corpus ita agũt: Tria ligna statuunt mutuò inclinata, circa hæc prætendũt lanea pilea, quammaximè possunt constipantes, & in [b] scapham in medio lignorum pileorúmque positã lapides coniiciũt ex igne [c] perspicuos. Nascitur autẽ apud eos cãnabis lino simillima, præterquã crassitudine ac magnitudine: sed multo quàm nostra est præstãtior, vel sua spõte nascens, vel sata: ex qua Thraces vestimenta conficiunt lineis simillima: quæ [d] nisi quis admodum terat, linea sint an cãnabea, non queat dignoscere: & qui nõ viderit cannabem, existimet lineum esse vestimentum. Huius cannabis sumptum semen Scythæ sub pileis occulunt, supra lapides igne [e] perspicuos: vnde fit thymiama: tantum reddens vaporem quantum apud Græcos nullum thuribulum reddit. Hoc odore stupentes Scythæ eiulant: quod apud ipsos loco lauacri est. [f] neque enim lauãt omnino corpus, sed vxores eorũ infundentes aquam, corpora ad lapidem aliquem scabrum conterunt cypresso & cedro & thuris ligno: deinde perfrictum corpus quũ intumuerit, illud faciémque medicamẽtis oblinunt. Id eas simul bene olentes facit, simul postero die, [g] medicamentis amotis, mũdas ac splendidas.

a Humantur. Postquam autem humarũt Scythæ, ita se purgant. Vbi caput absterserunt & lauerunt, hæc circa corpus faciunt.

b Alueum.

c Fulgentes. *Vel*, candentes.

d Nisi quis sit valde exercitatus, lin.

e Fulgentes. *Vel*, candentes.

f Corpus enim nullo pacto lauãt. At vxores eorum effundunt aquã, deinde cupressi & cedri & thuris lignum ad scabrũ aliquem lapidem atterunt: eo autẽ quod ita fuerit atterendo abrasum (est autem crassum) corpus totum faciémq; oblinunt.

g Ramẽtis quibus se obleuerãt.

Externis hi ritib[us] vti magnopere cauent, ne mutuò quidem inter se: sed Græcorum præcipuè, [h] vtique posteaquam deprehenderunt Anacharsin, & deinde iterum Scylem. Siquidem Anacharsis quum multum orbis terrarum contemplatus esset,

h Vt ostendit Anacharsis, & deinde iterum Scyles. Anacharsis enim, quum multo orbis terrarũ spatio perlustra-

to, magnáque sapientia sibi inde comparata, Scythicas sedes repeteret, per Hellesp. nauigans, Cyzicum appulit. vbi vouit matri d.

& multum in sapientia profecisset, eam ad mores Scytharũ pertulit. Is dum per Hellespontum nauigans tenuisset Cyzicum, vouit matri deorum, (offendit enim Cyzicenos eius diem festum magnifico sanè apparatu celebrantes) si saluus sospesque domum reuertisset, sacrificaturum se eodem ritu quo Cyzicenos sacrificãtes vidisset, & peruigilium noctis instituturum. Quum igitur in Scythiam venisset, [a] venit ad locum qui dicitur Hylæa, iuxta Achillis cursum sita, vbique omnifariis arboribus referta. In hanc abstrudens se Anacharsis, omnem festi ceremoniam deæ persoluit, tympanum tenens, [b] exutísque simulacris. Hæc eum agentem quidã Scytha animaduerteus, indicium detulit Saulio regi. Rex quum & ipse contulisset se eò, & Anacharsin ea facientem inspexisset, excussa sagitta necauit. Et nunc si quis de Anacharsi interroget, Scythæ negant se nouisse hominem, ob id quòd in Græciam peregrinatus externósque sit mores sectatus. [c] Licet (vt ego accepi) tutor fuerit Timnis, filii Spargapithis, patruúsque Indathyrsi Scytharum regis, filius Gnuri, nepos Lyci, pronepos Spargapithis. Itaque si ex hac familia extitit Anacharsis, cõstat eum à patruele fuisse interemptum. Indathyrsus enim fuit filius Saulii, Saulius autem fuit qui Anacharsin interemit. Quanquam & aliud quiddam Peloponnesas audiui referentes, Anacharsin à rege Scytharum missum, Græciæ factum esse discipulum: & quum redisset, dixisse ad eum qui ipsum miserat, cunctos Græcos esse in omni sapiẽtia occupatos, Lacedæmoniis exceptis, qui soli rationem haberẽt dandi & accipiendi prudenter. Verùm hæc narratio aliter ab ipsis Græcis delusa est. Hic igitur vir [d] (quẽadmodum antea dictũ est) mortẽ oppetiit. [e] & ipse quidẽ ita egit propter externos ritus & Græcorum cõsuetudinẽ. Multis autẽ sanè annis postea interiectis ita passus est Scyles, Aripithis filius. etenim Aripithes Scytharũ rex,

a Clam ingressus est Hylæam. *Vel*, in Hylæam se abdidit.

b *Legit Valla* ἐκδισαύμος, *pro* ἐκδησάμος, *pro quo perperam legitur in Vulg. edit.* ἐκδημησάμενος.

c Vt autem ego ex Timne tutore Spargapithis, audiui, fuisse eum Indathyrsi regis Scytharum patruum, filium autẽ Gn. n. L. pron. Sp. si ex hac fam. fuit Anach. se à patruele interemptum fuisse sciat. Indathyrsus, &c. *Est autem aliqua ἀνακολουθία in Verbũ Græcũ, quam expressimus.*

d *Vel*. Eo quo dictũ est modo, interemptus fuit.

e Et huic quidẽ propter externos ritus & propter consuetudinem quæ illi cũ Græcis fuerat, talia contigerũt. Mult. &c. *Q. d. Vt autem huic ita damnosa fuit rituum externorum cognitio, &c. ita Scyli multũ postea annis.*

A καὶ ἀποδεξάμενος κατ' αὐτὴν σοφίῃ πολλῇ, ἐκομίζετο ἐς ἤθεα τὰ Σκυθέων, πλέων δι' Ἑλλησπόντου, τροσσχεῖ ἐς Κύζικον· καὶ εὑρὲ γὰρ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἀναγομένας τοὺς Κυζικηνοὺς ὁρτὴν μεγαλοπρεπέα κάρτα, εὔξατο τῇ μητρὶ ὁ Ἀνάχαρσις, ἢν σῶς καὶ ὑγιὴς ἀπονοστήσῃ ἐς ἑωυτοῦ, θύσειν τε κατὰ ταυτὰ κατ' ὥρεα τοὺς Κυζικηνοὺς ποιεῦντας, καὶ πομυχίδα στήσειν. ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὴν Σκυθικὴν, κατατὰς ἐς τὴν καλεομένην Υ-

μεγαλοπρεπέως

B λαίην· ἡ δ' ἔστι μὲν πᾶσα ἐοῦσα δενδρέων πάντοιων πλέη· ἐς ταύτην δὴ κατατὰς ὁ Ἀνάχαρσις, τὴν ὁρτὴν πᾶσαν ἐπετέλεε τῇ θεῷ, τύμπανόν τε ἔχων, καὶ ἐκδησάμενος ἀγάλματα. κατά τις τῶν Σκυθέων κατιδὼν ταῦτα ποιεῦντα, ἐσήμηνε τῷ βασιλέϊ Σαυλίῳ· ὁ δὲ, καὶ αὐτὸς ἀπικόμενος, ὡς εἶδε τὸν Ἀνάχαρσιν ποιεῦντα ταῦτα, τοξεύσας αὐτὸν ἀπέκτεινε. καὶ νῦν ἴων τις εἴρηται περὶ Ἀνάχαρσιος, οὐ φασὶ μιν Σκύθαι γινώσκειν, διὰ τόδε ὅτι ἐξεδήμησέ τε ἐς τὴν

C Ἑλλάδα, καὶ ξεινικοῖσι ἔθεσι διεχρήσατο. ὡς δ' ἐγὼ ἤκουσα Τίμνεω τοῦ Σπαργαπίθεος ἐπιτρόπου, εἶναι αὐτὸν Ἰνδαθύρσου τοῦ Σκυθέων βασιλέος πάτρωα, παῖδα δὲ εἶναι Γνούρου τοῦ Λύκου τὸν Σπαργαπίθεος. εἰ ὧν ταύτης ἴων τῆς οἰκίης Ἀνάχαρσις, ἴσχω ὑπὸ τοῦ ἀδελφιδεοῦ ἀποθανεῖν. Ἰνδάθυρσος γὰρ ἴων παῖς Σαυλίου, Σαύλιος δὲ ἴων ὁ ἀποκτείνας Ἀνάχαρσιν. καίτοι γυνὰ ἤδη ἤκουσα λόγον ἄλλον ὑπὸ Πελοποννησίων λεγόμενον,

D ὡς ὑπὸ τοῦ Σκυθέων βασιλέος Ἀνάχαρσις ἀποπεμφθεὶς, τῆς Ἑλλάδος μαθητὴς γένοιτο· ὀπίσω τε ἀπονοστήσας, φαίη πρὸς τὸν ἀποπέμψαντα, Ἑλλήνας πάντας ἀφρόνως εἶναι πρὸς πᾶσαν σοφίην, πλὴν Λακεδαιμονίων· τούτοισι γὰρ εἶναι μούνοισι ξυμφέρνως δοῦναί τε καὶ δέξασθαι λόγον. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ἄλλως πέπλασται ὑπὸ τοῦ Ἑλλήνων. ὁ δ' ὦν αὐτὸς, ὥσπερ πρότερον εἰρέθη, διεφθάρη. οὗτος μὲν νεκρὸς οὕτω δή τι ἐπωρώρυξε δι' ξεινικά τε νόμαια καὶ Ἑλληνικὰς ὁμιλίας. πολλοῖσι δὲ κάρτα ἔτεσι ὕστερον Σκύλης ὁ Ἀριπείθεος ἔπαθε τὰ παραπλήσια τούτῳ. Ἀριπείθεϊ γὰρ τῷ Σκυθέων βασιλεῖ

E

156

γίνεται μετ' ἄλλων παίδων Σκύλης. ἐξ Ἰ- A
στριῆς δὲ γυναικὸς οὐτ' γίνεται, καὶ οὐδαμῶς
ἐγχωρίης· ἣ μήτηρ αὐτῷ γλῶσσάν τε
Ἑλλάδα καὶ γράμματα ἐδίδαξε. μετὰ δὲ,
χρόνῳ ὕστερον, Ἀρειπείθης μὲν τελευτᾷ δό-
λῳ ὑπὸ Σπαργαπείθεος τοῦ Ἀγαθύρσων
βασιλέος· Σκύλης δὲ τήν τε βασιληίην
παρέλαβε, καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πατρός, τῇ
οὔνομα ἦν Ὀποίη. ἦν δὲ αὕτη ἡ Ὀποίη ἀρ-
χὴ ἐξ ἧς ἦν Ὄρικος Ἀρειπείθεϊ παῖς· βασι-
λεύων δὲ Σκυθέων ὁ Σκύλης, διαίτῃ μὲν οὐ- B
δαμῶς ἤρεσκετο Σκυθικῇ, δηρὸν δὲ πολλὸν τοῦ
Ἑλληνικὰ μᾶλλον τετραμμένος ἦν ἀπὸ παιδὸς τῆς ἐπεπαιδεύτο. ἐποίεέ τε
τοιοῦτο· ὅτε ἀγάγοι τὴν στρατιὴν τὴν Σκυ-
θέων ἐς Ὀ Βορυσθενειτέων ἄστυ· (οἱ δὲ Βορυ-
σθενεῖται φασὶ λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μι-
λησίους) ἐς τούτους ὅκως ἔλθοι ὁ Σκύλης, τὴν
μὲν στρατιὴν κατελίπεσκε ἐν τῷ προαστείῳ, αὐτὸς δὲ ὅκως ἔλθοι ἐς τὸ τεῖχος, καὶ τὰς
πύλας ἐγκλήισειε, τὴν στολὴν ἀποθέμενος C
τὴν Σκυθικὴν, λάβεσκε αἰ Ἑλλωΐδα ἐσθῆτα· ἔχων δὲ αἰ ταύτην, ἠγόρασξε, οὔτε
δορυφόρων ἐπομένων, οὔτε ἄλλου οὐδενός.
τὰς δὲ πύλας ἐφύλασσον, μή τις μιν Σκυ-
θέων ἴδοι ἔχοντα τὴν στολήν. ἐπὶ πάλαι ἐχρᾶτο διαίτῃ Ἑλληνικῇ, καὶ θεοῖσι ἱρὰ
ἐποίεε κατὰ νόμους τοὺς Ἑλλήνων. ὅτε δὲ διατρί-
ψειε μηνῶν ἢ πλέον τούτου, ἀπαλλάσσετο, ἐσιὼν τὴν Σκυθικὴν στολήν. ταῦτα ποι-
έεσκε πολλάκις, οἰκία τε ἐδείματο ἐν Βορυ- D
σθενεῖ, καὶ γυναῖκα ἔγημε ἐς αὐτὰ ἐπιχω-
ρίην. ἐπεί τε δὲ ἔδεέ οἱ κακῶς γενέσθαι, ἐ-
γένετο ἀπὸ τοιῆσδε φάσιος τοιῆσδε· ἐπεθύμη-
σε Διονύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι· μέλλοντι
δὲ οἱ ἐς χεῖρας ἀγέσθαι τὸν τελετὸν, ἐγέ-
νετο φάσμα μέγιστον. ἦν οἱ ἐν Βορυσθενειτέων τῇ πόλι, οἰκίης μεγάλης καὶ πολυτε-
λέος περιβολὴ, (τῆς καὶ ὀλίγῳ τι πρότε-
ρον ταύτεων μνήμην εἶχον) τὴν πέριξ λευ-
κοῦ λίθου σφίγγες τε καὶ γρύπες ἔστασαν. ἐς E
ταύτην ὁ θεὸς ἐνέσκηψε βέλος· καὶ ἡ μὲν
κατεκάη πᾶσα, Σκύλης δὲ οὐδὲν τούτεων
εἴνεκα ἧσσον ἐπετέλεσε τὴν τελετήν. Σκύ-
θαι δὲ τῷ βακχεύειν πέρι Ἕλλησι ὀνειδίζουσι.
οὐ γὰρ φασὶ εἰκὸς εἶναι θεὸν ἐξευρεῖσκειν τοῦτον
ὅστις μαίνεσθαι ἀνάγκᾳ ἀνθρώπους. ἐπεί τε

cùm alios filios multos, tum Scylé ſuſtulit ex vxore Iſtrina, haud-quaquam indigena, quæ filium Græcam linguam literáſque edocuit. Interiecto deinde tempore, Aripithe per dolum occiſo à Spargapithe Agathyrſorũ rege, Scyles regnum ſuſcepit, & vxorẽ patris, nomine Opœam. Erat autem Opœa hæc ciuis, ex qua erat Aripithi filius Oricus. Scyli regnum Scytharum obtinẽti Scythicus tamen viuendi mos nihil prorſus cordi erat, ſed Græcus, in quo fuerat imbutus à puero: ideóque multo magis ad hunc exercendum ſe cõuertebat. Vtique quum ad vrbem Boriſthenitarũ Scythicum ducebat exercitum, (Boryſthenitæ autem ſe à Mileſiis aiunt eſſe oriundos.) ad hos, *inquam*, quoties Scyles veniebat, relicto in ſuburbanis exercitu, ipſe muros ingreſſus portas obſerabat, depoſitáque Scythica ſtola, Græcum ſumebat veſtimẽtum, & eo indutus, per forum ſpatiabatur, nullo neque ſatellitum neque populi comitatu, appoſitis qui portas cuſtodirent, nequis Scytharum cerneret eum geſtãtem huiuſmodi ſtolam: & cùm cæteris Græcorum inſtitutis vtebatur, tum in faciendis deorum ſacris. Et quum ibi tempus menſtruum aut amplius triuerat, abſcedebat, induta ſibi Scythica ſtola. Idque ſæpenumero faciebat, extructis ſibi ædibus illic, & vxore illinc accepta. Sed quum foret ei malè euenturum, ex hac occaſione malè euenit. [a] Affectanti ei Dionyſum Bacchanalem initiari, ac hoſtiam initiationis iamiã ſumpturo in manibus, oblatum eſt ingens oſtentum. Erant ei in vrbe Boryſthenitarum circum ædes ſuas, (quarũ paulo antè habui mentionem) magnas atque magnificas, è lapide cãdido ſphĩges & grypes ſtantes. in has ædes deus fulmen iaculatus eſt, totæque deflagrauerunt. Scyles nihilominus initiationem peragit. Enimuero Scythæ Græcis probrodant [b] bacchandi cõſuetudinem, negantes eſſe credibile deum inueniſſe quo homines ad dementiam adigantur. Poſteaquam

a Ei Dionyſi Bacchici ſacris initiari cupienti, & iamiam initiationis ritum aggreſſuro, oblat.

b Agendi bacchanalia conſuetudinem, negantes rationi cõſentaneum eſſe excogitare deum qui homines ad inſaniam adigat.

bacchanalibus ſacris initiatus eſt Scyles, quidã Boryſthenitarum Scythis indiciũ detulit, inquiens, Vos quidem Scythæ nos irridetis quòd bacchanalia agamus, quódque nos deus occupet: at nunc demum hic veſtrum quoque regem occupauit. nam bacchanalia exercet à deo in dementiam actus. Quòd ſi mihi non habetis fidem, ſequimini me, rẽ vobis oſtẽſurum. Primores Scytharum hominem ſequuti ſũt: quos Boryſthenita ille deductos clanculũ in turri collocauit. Vbi adfuit Scyles cum thiaſo, Scythæ cũ bacchabundum conſpicati, rem ingentis calamitatis eſſe duxerũt: digreſſique, ea quæ viderant omni exercitui indicarunt. Poſt hæc vbi ad lares ſuos rediit Scyles, defecerunt ab eo Scythæ, delecto fratre eius Octamaſade, ex filia Teris genito.[a] Scyles cognito quid de ſe fieret, & quam ob cauſam, profugit in Thraciam. Id quum audiſſet Octamaſades, cũ exercitu aduerſus Thraciam contendit: cui ad Iſtrũ progreſſo Thraces occurrerũt. Et quum conflicturi eſſent, Sitalces ad Octamaſadem miſit caduceatorẽ, cum his mandatis, Quid opus eſt inter nos tentare fortunam? Tu quidem ſororis meæ es filius, ſed habes germanum meum, quem ſi mihi reddideris, ego viciſſim Scylem tradã tibi. Ita neque tu, neque ego periclitabor exercitu. Erat enim apud Octamaſadẽ frater Sitalcis ab eo profugus. Hanc à Sitalce oblatam conditionem Octamaſades accepit, redditóq; Sitalci fratre, eodémque auũculo ſuo, Scylem recepit fratrem. Et Sitalces quidem recepto fratre reduxit exercitum: Octamaſades autem eodem die caput Scyli dẽpſit. Adeo ſua inſtituta Scythæ obſeruant: & iis qui externos ritus aſciſcunt, tales irrogant pœnas.

Multitudinem autem Scytharum non potui exactè indagare, quum de eius numero varia referentes audiam, & permultos illos, & rurſus paucos eſſe vtique Scythas. Quantum autem ſub aſpectum meum venit: Eſt inter

a Scyles quum ita ſe tractari videret, & cauſam ſciret. *Vel*, Quum videret ita in ſe conſuli.

A δὲ ἐτελέθη τῷ βακχείῳ ὁ Σκύλης, διεπρήξευσε τῷδε τις Βορυσθενειτέων τοὺς ἐόντας Σκύθας, λέγων, Ἡμῖν δὲ καταγελᾶτε ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν δὲ καὶ ὑμέων τὸν δαίμονα καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει, καὶ ἐστὶ τοῦ θεοῦ μαινόμενα. εἰ δέ μοι ἀπιστέετε, ἕπεσθε, καὶ ὑμῖν ἐγὼ δείξω. εἵποντο τῷ Σκυθέων οἱ πρεσβεῦται· καὶ αὐτοὺς ἀναγαγὼν ὁ Βορυσθενείτης, λάθρη ὅτι πύργον ἐκάτισε. ἐπεί τε δὲ παρῆσαν σὺν B τῷ θιάσῳ ὁ Σκύλης, καὶ εἶδον μιν βακχεύοντα οἱ Σκύθαι, κάρτα συμφορὴν μεγάλην ἐποιήσαντο. ἐξελθόντες δὲ ἐσήμηναν πάσῃ τῇ στρατιῇ τὰ ἴδιεν. ὡς δὲ μετὰ ταῦτα ἐξήλαυνε ὁ Σκύλης ἐς ἤθεα τὰ ἑωυτοῦ, οἱ Σκύθαι πρεσβησάμενοι τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Ὀκταμασάδην, γεγονότα ἐκ τῆς Τηρέω θυγατρός, ἐπεψηφίσαντο τοῦ Σκύλεω. ὁ δέ, μαθὼν τὸ γινόμενον ἐπ' ἑωυτῷ, καὶ τὴν αἰτίην δι' ἣν ἐποιέετο, καταφεύγει ἐς τὴν Θρηΐκην. πυθόμενος δὲ ὁ Ὀκταμασάδης ταῦτα, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Θρηΐκην· ἐπεί τε δὲ ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐλήλυθε, λιπὼν τὰ σφέτερα οἱ Θρήϊκες. μελλόντων δὲ αὐτέων συνάψειν, ἔπεμψε Σιτάλκης πρὸς τὸν Ὀκταμασάδην, λέγων τοιάδε, Τί δεῖ ἡμέας ἀλλήλων πειρηθῆναι; εἰς μὲν μευ τῆς ἀδελφεῆς παῖς, ἔχεις δὲ μευ ἀδελφεόν· σύ τέ μοι ἀπόδος τοῦτον, κἀγὼ σοι τὸν σὸν Σκύλεω παραδίδωμι. στρατιῇ δὲ μήτε σὺ κινδύνευε, μήτ' ἐγώ. ταῦτα οἱ πέμψας ὁ D Σιτάλκης ἐπεχηρυκεύετο. ἦν γὰρ παρὰ τῷ Ὀκταμασάδῃ ἀδελφεὸς Σιτάλκεος, πεφυγὼς τοῦτον· ὁ δὲ Ὀκταμασάδης καταινέει ταῦτα. ἐκδοὺς δὲ τὸν ἑωυτοῦ μητρωα Σιτάλκην, ἔλαβε τὸν ἀδελφεὸν Σκύλεω. καὶ Σιτάλκης μὲν παραλαβὼν τὸν ἀδελφεὸν, ἀπῆγε. Σκύλεω δὲ Ὀκταμασάδης αὐτοῦ ταύτῃ ἀπέτεμε τὴν κεφαλήν. οὕτω μὲν τοῖσι ἐπιτηδεύουσι τὰ σφέτερα νόμαια Σκύθαι, τοῖσι δὲ παραπεμπομένοισι ξεινικοὺς νόμους, τοιαῦτα ἐπιτίμια δίδοσι.

Πλῆθος δὲ τὸ Σκυθέων οὐκ οἷός τε ἐγενόμην ἀκριβέως πυθέσθαι, ἀλλὰ διαφόρους λόγους ἀκούων ἀριθμοῦ ἤκουον. τὸ μὲν γὰρ πολλοὺς εἶναι σφέας, καὶ ὀλίγους, ὡς Σκύθας εἶναι. τοσόνδε δὲ μοῦνον ἀπέφαινόν μοι ἐς ὄψιν· ἔστι μεταξὺ

157

χθ' δοὺς

Βορυσθένεός τε ποταμοῦ καὶ Ὑπάνιος χώρος· οὔνομα δὲ ἔστι οἱ Ἐξαμπαῖος τῷ καὶ ὀλίγον τι πρότερον τούτων μνήμιον εἶχον, φάρμακος ἐν αὐτῷ κρήνιον ὕδατος πικροῦ ἐόν, ἀπ' ἧς ὁ ὕδωρ ἐσρέον ἐς Ὑπάνιν ἀποτον ποιέει. ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ κέεται χαλκήιον, μεγάθει ἑξαπλήσιον τοῦ ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου κρητῆρος, τὸ Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου ἀνέθηκε. ὃς δὲ μὴ εἶδε κῶτον, ὧδε δηλώσω· ἑξακοσίοις ἀμφορεῦσι βύπτεται χωρέειν ὁ ἐν Σκύθῃσι χαλκήιον. πάρεστι δὲ Σκυθικὸν τοῦτο χαλκήιον ἐόν δακτύλων ἓξ. τοῦτο δὴ ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ἀπὸ ἀρδίων γενέσθαι. βουλόμενον γὰρ τὸν στρατηγὸν βασιλέα, τῷ οὔνομα ἦν Ἀριαντώ, τοῦτον εἰδέναι ὁκόσος τις ἐὼν ὁ πλῆθος τῶν Σκυθέων, κελεύειν μιν πρώτας Σκύθας ἄρδιν ἕκαστον μίλλῳ ἀπὸ τοῦ οἴκου κομίσαι· ὃς δ' ἂν μὴ κομίσῃ, θάνατον ἀπείλεε. κομισθῆναί τε δὴ ἐς ταύτεωυ πολλῶν ἀρδίων, καὶ οἱ δόξαι ἐξ αὐτέων μνημόσυνον ποιήσασθαι λιπέσθαι. ἐκ τουτέων δὴ μιν τὸ χαλκήιον ποιῆσαι τοῦτο, καὶ ἀναθεῖναι ἐς Ἐξαμπαῖον τοῦτον. ταῦτα δὴ περὶ τοῦ πλήθεος τοῦ Σκυθέων ἤκουον. θωυμάσια δὲ ἡ χώρη αὕτη ὄκου ἔχει, χωρὶς ἢ ὅτι ποταμοὺς τε πολλῷ μεγίστους, καὶ ἀριθμὸν πλείστους. ὁ δὲ ἀποθωυμάσαι ἄξιον, πάρεξ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τοῦ μεγάθεος τοῦ πεδίου, πρέχεται, εἰρήσεται. ἴχνος Ἡρακλέος φαίνονται ἐν πέτρῃ ἐνεόν, τὸ ἔοικε μὲν βήματι ἀνδρός, ἔστι δὲ τὸ μέγαθος δίπηχυ, παρὰ τὸν Τύριον ποταμόν. τοῦτο μὲν νυν τοιοῦτό ἐστι.

ΑΝΑΒΗΣΟΜΑΙ δὲ ἐς τὸν κατ' ἀρχὰς ἤια λέξων λόγον. παρασκευαζομένου Δαρείου ἐπὶ τοὺς Σκύθας, καὶ ἐπιπέμποντος ἀγγέλους ἐπιτάξοντας τοῖσι μὲν πεζὸν στρατὸν, τοῖσι δὲ νέας πρέχειν, τοῖσι δὲ ζεύγνυσθαι τὸν Θρηίκιον Βόσπορον· Ἀρτάβανος ὁ Ὑστάσπεος, ἀδελφεὸς ἐὼν Δαρείου, ἔχρηζε μηδαμῶς αὐτὸν στρατεύειν ἐπὶ Σκύθας ποιέεσθαι, καταλέγων τῶν Σκυθέων τὴν ἀποείλην. ἀλλ', οὐ γὰρ ἔπειθε συμβουλεύων ἀμείνονα, ὁ μὲν ἐπέπαυτο· ὁ δέ, ἐπειδὴ οἱ τὰ πρῶτα προεσκεύαστο, ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν ἐκ Σούσων. ἐνθαῦτα τῶν Περσέων Οἰόβαζος ἐδεήθη Δαρείου, τριῶν ἐόντων οἱ παίδων, καὶ πάντων στρατευομένων, ἕνα αὐτῷ κατα-

Boryſthenem & Hypanin flumina, locus nomine Exampæus: cuius etiam aliquanto antea habuimus mētionem, quum dicebam fontem in eo eſſe aquæ amaræ, Hypanin in quem fluit, impotabilem reddentis. Hoc in loco iacet ahenum ſexies tātum quantus crater qui eſt in oſtio Ponti, à Pauſania Cleombroti filio dedicatus. Quòd ſiquis illum non inſpexit, hunc ei in modum declarabo: Sexcentarum eſt amphorarum facilè capax, craſſitudine digitorum ſex. id aiunt indigenæ ex aculeis ſagittarum eſſe factū: regem enim ſuum, nomine Ariantem, quum numerum Scytharum ſcire vellet, iuſſiſſe ſingulos Scythas conferre ſingulos ſagittarum aculeos, propoſita morte ei qui non ferret. Ita magnam vim collatam eſſe aculeorum: & ex his confectum ahenum illud placuiſſe ei pro monumento relinquere, & in hoc Exampæo dedicare. Hoc de multitudine Scytharum audiebam. Miracula autem hæc regio nulla habet, præter flumina cùm multo maxima, tū numero plurima. Siquid tamē, præter flumina & magnitudinem campi exhibetur admiratione dignum, id dicetur: Veſtigium Herculis oſtendūt petræ impreſſum, virili veſtigio ſimile, bicubitali magnitudine, iuxta fluuium Tyrem. Et hoc ita ſe habet.

REDEO ad eam quam ab initio inſtitueram orationē: Dario aduerſus Scythas exercitum comparanti, dimiſſis nuntiis ad imperandum, aliis vt peditatum, aliis vt claſſem præſtarent, aliis vt Boſphorum Thracium [a] iungerent: Artabanus, Hyſtaſpis filius, Darii frater, nolebat illum vllo pacto Scythis inferre bellum, cōmemorās Scytharum inopiam, vtilia ſuadens: quū tamen non perſuaderet illi, deſtitit à diſſuadēdo. Darius, vbi omnia ei in expedito fuêre, copias eduxit ex vrbe Suſis. Ibi eum Oebazus quidam Perſa, cui tres filii erant, omnes in militia euntes, obſecrabat vt vnum ſibi ex illis relin-

a *Id eſt, Pontibus conſternerent.*

queret. Cui Darius tãquam amico [a] & modesta obsecrãti, respõdit se omnes eius liberos relicturum. Eo respõso OEobazus magnopere lætabatur, sperãs liberos suos missionem habere militiæ. At ille [b] præpositos filiis OEobazi, iussit vt omnes eos interimerent. Ita filii OEobazi obtruncati, illic sunt relicti. Darius Susis mouẽs, peruenit ad Bosphorum Chalcedonis, vbi pons iunctus erat. Illic conscensa naui, trãsmisit in insulas nomine Cyaneas, quas Græci prius errabũdas fuisse aiũt. Ibi sedẽs in tẽplo subiiciebat oculis Põtum, rem spectaculo dignã, nam inter omnia maria est maximè admirabile. Cuius longitudo est vndecim millium ac centum stadiorum: latitudo (qua latissimum est) trium millium ducentorum. Huius pelagi os latitudinis est quatuor stadiorũ: longitudo oris (quod est collũ) quæ Bosphorus dicitur, vbi põs connectebatur, circiter cẽtum viginti stadia, ad Propontidem vsque pertingens. Propontis autẽ quingentorum stadiorum est, mille & quadringentorum longitudinis, influens in Hellespontum. Ipse Hellespontus, vbi angustissimus, stadiis septem quadringẽtis longus, intrans pelagi vastitatem quod AEgæũ vocatur. Hæc autem ita dimẽnsa sunt. Nauis ferè meat omnino septuaginta millia passuum longo die, nocte verò sexaginta millia. Itaque è faucibus Põti ad Phasin (hoc est enim Ponti longissimum) nouem dierũ est nauigatio, & octo noctiũ, quæ fiũt mille centum ac decem millia passuum, hoc est stadiorũ vndecim millia ac cẽtum. E Scythica autem ad Themiscyram, quæ est super flumen Thermodontem (hîc nanque Ponti latissimum est) trium dierũ duarúmque noctium est nauigatio, quæ fiunt passuũ trecenta ac tria millia, stadiorum verò tria millia & trecenta. Hunc igitur in modum Pontus ac Bosphorus & Hellespontus à me dimensa sunt, & secundum ea quæ dixi, situm habẽt. Quinetiam Pontus hic paludem habet influentem in se, non

[a] Et non nimia petẽti. *Vel*, Rem non nimis magnam.

[b] *Vel potius*, Eos quorum id officiũ erat iuss.

λφθμῶν. ὁ δὲ οἱ ἔφη, ὡς φίλῳ ἐόντι, καὶ μετρίων δεομένῳ, πρώτας τοὺς παῖδας καταλείψειν. ὁ μὲν δὴ Οἰόβαζος τοιαύτης ἐὼν γνώμης, ἐλπίζων τοὺς ἑωυτοῦ παῖδας ἀπολελύσθαι· ὁ δὲ κελεύσας τοὺς ὀπίσω τούτων ἑπομένους, ἀποκτεῖναι πρώτας τοὺς Οἰόβαζου παῖδας. καὶ οὗτοι μὲν ἀποσφαγέντες, αὐτοῦ ταύτῃ ἐλίποντο· Δαρεῖος δὲ ἐπείτε παρεβάλλετο ἐκ Σούσων ἀπίκετο τῆς Καλχηδονίης ὅτι πρὸς Βόσπορον, ἵνα ἐζεύχθη ἡ γέφυρα, ἐνθεῦτεν ἐσβὰς ἐς νέα, ἔπλεε ὅτι τὰς κυανέας καλεομένας, τὰς πρότερον πλαγκτὰς Ἕλληνες φασὶ εἶναι). ἐξόρμητος δὲ ὅτι τοῦ ἱρῶ, ἐθηεῖτο πρὸς Πόντον ἐόντα ἀξιοθέητον. πελαγέων γὰρ ἀπάντων πέφυκε θωυμασιώτατος. τοῦτο μὲν, μῆκος εἰσὶ σταδίοι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μύριοι. τοῦτο δὲ, τῆ εὐρύτατός ἐστι ἑωυτοῦ, σταδίοι δισχίλιοι καὶ τρισχίλιοι. τούτου δὲ τοῦ πελάγεος ὁ στόμα, ἐστὶ δὲ ὄρος τέτρες σταδίους· μῆκος δὲ τοῦ στόματος, ὁ αὐχήν, ὃν δὴ Βόσπορος κέκληται, κατ' ὃ δὴ ἐζεύχθη ἡ γέφυρα, ὅτι σταδίοισι εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν ὅστι. τείνει δὲ ἐς τὴν Προποντίδα ὁ Βόσπορος. ἡ δὲ Προποντὶς, εὖρος μὲν, σταδίων πεντακοσίων, μῆκος δὲ τετρακοσίων καὶ χιλίων, καταδιδοῖ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ἐόντα στεινότητι μὲν ἑπτὰ σταδίους, μῆκος δὲ τετρακοσίους. ἐκδιδοῖ δὲ ὁ Ἑλλήσποντος ἐς χάσμα πελάγεος τοῦ δὴ Αἰγαῖον καλέεται. μεμέτρηται δὲ καὶ ταῦτα ὧδε· νηῦς ὅτι πλείστη μάλιστά κη κατημένη ἐν μακρῇ ἡμέρῃ ὁργυιὰς ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δὲ, ἑξακισμυρίας. ἤδη ὦν ἐς μὲν Φάσιν ἀπὸ τοῦ στόματος, (τοῦτο γάρ ὅστι τοῦ Πόντου μακρότατον) ἡμερέων ἐννέα πλόος ὅστι, καὶ νυκτῶν ὀκτώ· αὗται, ἑνδεκα μυριάδες καὶ ἑκατὸν ὀργυιέων γίνονται. ἐκ δὲ τῆς ὀργυιέων τουτέων, σταδίοι ἑκατὸν καὶ χίλιοι καὶ μύριοί εἰσι. ἐς δὲ Θεμίσκυραν τὴν ὅτι Θερμώδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς, (ἐν τοῦτο γάρ ὅστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον) τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόος. αὗται δὲ, πρὸς τριήκοντα μυριάδες ὀργυιέων γίνονται, σταδίοι δὲ, τριακόσιοι καὶ τρισχίλιοι. ὁ μὲν νυν Πόντος οὗτος καὶ Βόσπορός τε καὶ Ἑλλήσποντος οὕτω τέ μοι μεμετρέαται, καὶ κατὰ τὰ εἰρημένα πέφυκασι. πρόσεστι δὲ καὶ λίμνη ὁ Πόντος οὗτος ἐκδιδοῦσα ἐς ἑωυτόν, οὐ

ἐπὶ δὲ ὄρος, τῇ 158

πολλῷ τέῳ ἐλάσσω ἑωυτοῦ· ἡ Μαιῆτις τε A multo quàm ipſe eſt minorem,
καλέεται, καὶ μήτηρ τοῦ Πόντου. ὁ δὲ Δα- quæ [a] Mæotis appellatur, & ma- a Mæetis.
ρεῖος ὡς ἐθηήσατο τὸν Πόντον, ἔπλεε ὀπίσω ter Ponti. Darius, vbi Pontum
ἐπὶ τὸν τέφυρεαν, τῆς ἀρχιτέκτων ἐγένετο contemplatus eſt, renauigauit ad
Μανδροκλέης Σάμιος. θηησάμενος δὲ καὶ pontem, cuius architectus extitit
τὸν Βόσπορον, στήλας ἔστησε δύο ἐπ' αὐτοῦ, Mandrocles Samius. Contẽplatus item Bõſphorum, duos ſuper
λίθου λευκοῦ, ἐνταμὼν γράμματα, ἐς μὲν eum cippos erexit è candido lapide, literis inciſis, in vnum quidem Aſſyriis, in alterũ verò Græ-
τὸν ἑτέρων, Ἀσσυρια· ἐς δὲ τὸν, Ἑλληνικὰ, cis, [b] omnes gentes quas ſecum b Indicantibus omnes g. Hoc aut aliud huius modi participium ſubaudiendum videtur.
ἔθνεα πάντα ὅσα ἦγε. ἦγε δὲ πάντα ducebat. Ducebat autem omnes
τὰ ἦρχε. τουτέων μυριάδες ἑξακισμύριαι ἐθηήσαντο, gentes quibus imperabat, conti-
χωρὶς τῶν ναυτικοῦ, ἑβδομήκοντα, σὺν B nentes numero ſeptingenta mil-
ἱππεῦσι· νέες δὲ ἐξακόσιαι συνελέχθησαν. lia hominum cum equitatu, præ-
τῆσι μὲν νυν στήλῃσι ταύτῃσι Βυζάντιοι, κο- ter claſſem, quæ conſtabat è na-
μίσαντες ἐς τὴν πόλιν, ὕστερον τουτέων ἐχρή- uibus ſexcentis. His poſtea cippis
σαντο πρὸς τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθωσίης Ἀρ- Byzantii in vrbem ſuam tranſla-
τέμιδος, χωρὶς ἑνὸς λίθου. τοῦτος δὲ κατελεί- tis vſi ſunt ad arã Dianæ Ortho-
φθη πρὸς τῷ Διονύσου τῷ νηῷ ἐν Βυζα- ſiæ, præter vnum lapidem, qui a-
ντίῳ, γραμμάτων Ἀσσυρίων πλέος. τὸ δὲ pud Bacchi delubrum in eadem
Βοσπόρου ὁ χῶρος, τὸν ἔζευξε βασιλεὺς Δα- vrbe relictus eſt literis Aſſyriis op
ρεῖος, ὡς ἐμοὶ δοκέει συμβαλλομένῳ, μέσον pletus. Cæterùm Boſphori locus
τὸν ἐπὶ μέσον Βυζαντίου τε καὶ τοῦ ἐπὶ στόματι ἱροῦ. C quem rex Darius ponte commi-
Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα ἡσθεὶς τῇ γεφύρῃ, τὸν ſit, coniectanti mihi videtur me-
ἀρχιτέκτονα αὐτῆς Μανδροκλέα τὸν Σά- dius inter Byzãtium & templum
μιον ἐδωρήσατο μετὰ πασι δέκα· ἀπ' ὧν δὴ quod ſupra fauces eſt. Poſt hæc
Μανδροκλέης ἀπαρχμὸν, ζωάγραφον πάσῃ τῇ ζεύξι τοῦ Βοσπόρου, καὶ βασιλέα Darius ponte ſublicio delectatus,
τε Δαρεῖον ἐν καθεδρίῃ καθήμενον, καὶ authorem eius Mandroclem Sa-
τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαβαίνοντα, ταῦτα γρα- mium donauit [c] decuplo. Ex cu- c Hic mendoſus eſt Græcus textus.
φάμενος, ἀνέθηκε ἐς Ἥραιον, ἐπιγράψας τάδε, ius primitiis Mandrocles pictis
animalibus commiſſionem Boſ-
Βόσπορον ἰζεύσαντα γεφυρώσας αἰὲν ἄνακτα D phori & regem Darium in Me-
Μανδροκλέης Ἥρῃ, μνημόσυνον γεφύρης dico ſolio ſedentem, ac ſuas co-
Αὐτῷ μὲν στέφανον ταύτης, Σαμίοισι δὲ pias traducentem, effinxit, eámque picturam tẽplo Iunonis dẽ-
κῦδος. dicauit, cum hac inſcriptione,

Qui rate piſcoſum coniunxit Boſphoron, implens
Darii regis vota, iubentis opus,
Iunoni Mandrocles hæc monumẽta dicauit,
Eſſet honor Samiis vnde, corona ſibi.

Δαρείου βασιλέος ἐκτελέσας κότον. Hæc igitur monumenta extite-
Ταῦτα μὲν νυν τοῦ ζεύξαντος τὸν πόρον runt eius qui pontem compegit:
μνημόσυνα ἐγένετο. Δαρεῖος δὲ δωρησάμε- quem vbi remuneratus eſt Da-
νος Μανδροκλέα, διέβαινε ἐς τὴν Εὐρώπην, rius, tranſmiſit in Europam, iuſſis
τοῖσι Ἴωσι πρόσχημα πλέειν ἐς Πόντον, μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ· ἐπεὰν δὲ ἀπίκωνται Ionibus nauigare in Põtũ vſque
ad Iſtrum, atque vbi eò peruenis-
ἐς Ἴστρον, ἐνθαῦτα αὐτὸν μεῖναι μέν- E ſent, ſe illic præſtolari, fluuiũ põte
ψαι, ζευγνύντας τὸν ποταμόν. Ὁ γὰρ δὴ ναυτικὸν ἦγον Ἴωνές τε καὶ Αἰολέες καὶ Ἑλλη- iungentes. Ducebant enim claſ-
σποντιοι. ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς ταῖς Κυα- ſem Ionis & AEolis & Helleſpon-
νέῃς διεκπλώσας, ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. ἀνα- tii. Hi præterecti Cyaneas, rectà
πλώσας δὲ αὐτὰ τὸν ποταμὸν δυοῖν ἡμερέων ad Iſtrum nauigarunt, ſubuectí-
πλόον ἀπὸ θαλάσσης, τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα, ἐν τῷ σχίζεται τὰ στόματα que duorum dierũ itinere à mari
ad fauces fluminis, vbi in diuerſa

quòd cunctos Scythas Persæ Sacas appellãt. Bactriis & Sacis præerat Hystaspes, Darii filius & Atossæ Cyri filiæ. Indi vestiti erant amictu è lignis confecto: arcus arundineos gestabant, itémque arundineas sagittas ferro præfixas: ita instructi Indi, erant sub duce Pharnazathre Artabatis filio. Arii Medicis arcub⁹ muniti erant, cæteris quemadmodũ Bactrii. Iis præerat Sisamnes Hydarnis filius. Parthi & Choramii & Sogdi & Gandarii & Dadicæ eandem in acie quam Bactrii armaturam gestabant. quorũ Parthis & Choramiis præerat Artabazus Pharnacis filius: Sogdis, Azanes Artæi filius: Gandariis & Dadicis Artyphius Artabani filius. Caspii, sisyris, *quod est genus penulæ*, induti, arcus gentili more arundineos gestabant & acinaces, ducem sui agminis habẽtes Ariomardũ, Artyphii germanũ. Sarangæ induméta gestantes versicoloria decori erãt, caligásque genuum tenus extẽtas: arma habebant arcus lãceásque Medicas, duce Pherendate Megabazi filio. Pactyes, & ipsi sisyras ferebãt, & vernaculos arcus atque pugiones: quorũ dux erat Atrayntes Itramitis filius. Vtii & Myci & Paricanii eodem quo Pactyes modo armati erãt. sub his ducibus: Vtii quidem & Myci, sub Arsamane Darii filio: Paricanii verò sub Siromitre OEbazi filio. Arabes succincti erant ziras, *amiculi genus*, arcúsq; recuruos habiléque gestabant. AEthiopes pardorum pellibus leonúmque amicti, arcus è palmarum spathis factos gerebant, quatuor non minus cubitis longos: & item prælongas ex arũdine sagittas, pro ferro præfixas eo lapide acuminato quo figilla sculpũt: præterea hastas capreæ cornu præfixas, in modum spiculi acuminato, & clauas præferratas. Hi quum eunt in pugnam, dimidiatũm corpus gypso, dimidiatum minio illinunt. Arabum autem AEthiopúmque qui

A οἱ δὲ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας. Βακτρίων δὲ καὶ Σακέων ἦρχε Υ-
στάσπης ὁ Δαρείου τε καὶ Ἀτόσσης τῆς Κύ-
ρου. Ἰνδοὶ δὲ εἵματα μὲν ἐνδεδυκότες
ἀπὸ ξύλων πεποιημένα, τόξα δὲ καλάμινα
εἶχον, καὶ οἰστοὺς καλαμίνους· ἐπὶ δὲ, σίδηρος
λίθου. ἐταλμένοι μὲν δὴ ἔσαν οὕτω Ἰνδοί·
ἐστρατεύοντο δὲ συστρατευόμενοι Φαρ-
ναζάθρῃ τῷ Ἀρταβάτεω. Ἄριοι δὲ τόξοισι
μὲν ἐσκευασμένοι ἔσαν Μηδικοῖσι, τά δὲ ἄλ-
λα, κατάπερ Βάκτριοι. Ἀρίοισι δὲ ἦρχε Σι-
σάμνης ὁ Ὑδάρνεος. Πάρθοι δὲ καὶ Χο-
ρασμοὶ, καὶ Σογδοί τε καὶ Γανδάριοι καὶ
Δαδίκαι, τὴν αὐτὴν σκευὴν ἔχοντες τὴν καὶ Βάκτριοι, ἐστρατεύοντο. Τουτέων δὲ ἦρχον
οἵδε. Πάρθοισι μὲν καὶ Χορασμίοισι, Ἀρτα-
βάζος ὁ Φαρνάκεω· Σογδῶν δὲ, Ἀζάνης ὁ
Ἀρταίου· Γανδαρίων δὲ, καὶ Δαδικέων, Ἀρ-
τύφιος ὁ Ἀρταβάνου. Κάσπιοι δὲ σισύρας
τε ἐνδεδυκότες, καὶ τόξα ἐπιχώρια καλά-
μινα ἔχοντες καὶ ἀκινάκεας, ἐστρατεύοντο.
οὗτοι μὲν οὕτω ἐσκευάδατο, ἡγεμόνα πρὸ-
χόμενοι Ἀριομάρδον τὸν Ἀρτυφίου ἀδελ-
φεόν. Σαράγγαι δὲ, εἵματα μὲν βαθμὰ
ἔχοντες, ἐς γόνυ· πέδιλα δὲ ἐς γόνυ ἀνατείνοντα εἶχον, τόξα δὲ καὶ ἀίχμας Μη-
δικάς. Σαραγγέων δὲ ἦρχε Φερενδάτης ὁ
Μεγαβάζου. Πάκτυες δὲ, σισυροφόροι
τε ἔσαν, καὶ τόξα ἐπιχώρια εἶχον καὶ ἐγ-
χειρίδια. Πάκτυες δὲ ἄρχοντα παρεῖχοντο
Ἀτραύντεω τὸν Ἰταμίτεω. Οὖτοι δὲ
καὶ Μύκοι τε καὶ Παρικάνιοι ἐσκευασμένοι
ἔσαν κατάπερ Πάκτυες. Τουτέων δὲ ἦρχον
οἵδε· Οὐτίων μὲν καὶ Μύκων, Ἀρσαμάνης
ὁ Δαρείου· Παρικανίων δὲ, Σιρομίτρης ὁ
Οἰβάζου. Ἀράβιοι δὲ, ζειρὰς ὑποζωσμέ-
νοι ἔσαν· τόξα δὲ παλίντονα εἶχον, ἐπὶ δε-
ξιὰ, μακρά. Αἰθίοπες δὲ παρδαλέας τε
καὶ λεοντέας ἀναμμένοι, τόξα δὲ εἶχον ἐκ
φοινίκων ἀπάγης πεποιημένα μακρά, πε-
τραπηχέων οὐκ ἐλάσσω· ἐπὶ δὲ, καλαμί-
νους οἰστοὺς μακρούς. ἀντὶ δὲ σιδήρου ἐπῆν λί-
θος ὀξὺς πεποιημένος, τῷ καὶ τὰς σφρηγῖδας
γλύφουσι. πρὸς δὲ, αἰχμὰς εἶχον, ἐπὶ δὲ, κέ-
ρεως δορκάδος ἐπῆν ὀξύ, πεποιημένοι ἔμπροι
λόγχης. εἶχον δὲ καὶ ῥόπαλα τυλωτά. τῶν δὲ σώματος τὸ μὲν ἥμισυ ἀλειφόμενοι ἰόν-
τες ἐς μάχην, γύψῳ, τὸ δὲ ἕτερον ἥμισυ, μίλτῳ. Ἀράβιοι δὲ καὶ Αἰθιόπων τῶν

χ' Δαδί-
και.

χ' φοίνικος

χ' ἄλλο

1) ὑπὸ Αἰγύπτου οἰκημένων ἦρχε Ἀρσάμης ὁ Δαρείου καὶ Ἀρτυστώνης τῆς Κύρου θυγατρός· τὴν μάλιστα γέρας τῶν γυναικῶν Δαρεῖος, εἰκὼ χρυσέῃ σφυρηλάτον ἐποιήσατο. τῶν μὲν δὴ ὑπὸ Αἰγύπτου Αἰθιόπων καὶ Ἀραβίων ἦρχε Ἀρσάμης. Οἱ δὲ ἀπ' ἡλίου ἀνατολέων Αἰθιοπες (δίξοὶ γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο) τασσόμενοι ἐτάχθησαν τοῖσι Ἰνδοῖσι, διαλλάσσοντες εἶδος μὲν οὐδὲν τοῖσι ἑτέροισι, φωνὴν δὲ καὶ τρίχωμα μοῦνον. Οἱ μὲν γὰρ ἀπ' ἡλίου Αἰθιοπες, ἰθυτενέες εἰσὶ· οἱ δὲ ἐκ τῆς Λιβύης, οὐλότατον τρίχωμα ἔχουσι πάντων ἀνθρώπων. οὗτοι δὲ οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης Αἰθιοπες, τὰ μὲν πλέω κατὰ τὠυτὸ Ἰνδοὶ ἐσεσάγατο, τρόπῳ δὲ ἵππων εἶχον ὅτι τοῖσι κεφαλῇσι, σφέων τε τοῖσι ὠσὶ ἐκ δεδαρμένα, καὶ τοῖσι λοφιῇσι. καὶ αἰτὶ μὲν ἴσφου, ἡ λοφιὴ κατέχει· τὰ δὲ ὦτα τῶν ἵππων, ὀρθὰ πεπηγότα εἶχον. τρόπον δὲ τὸν αὐτὸν ἀπὸ τοιῶνδε, ἐπισσῶντο γερέων δορέας. Λίβυες δὲ σκυτίνεα ἔσθεα ἔχοντες, ἀκοντίοισι δὲ ὀπισθοτόνοισι χρεώμενοι. ἄρχοντα δὲ παρείχοντο Μασάγγην Ἀοιζοῦ. Παφλαγόνες δὲ ἐστρατεύοντο, ὅτι μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἔχοντες κράνεα πεπλεγμένα, ἀσπίδας δὲ μικρὰς, αἰχμὰς δὲ οὐ μεγάλας· τρόπος δ', ἀκόντια καὶ ἐγχειρίδια· τοῖσι δὲ τοὺς πόδας, πέδιλα ἐπιχώρια ἐς μέσην κνήμην ἀνατείνοντα. Λίγυες δ', καὶ Ματιηνοὶ, καὶ Μαριανδηνοί τε καὶ Σύροι, τὠυτὸ αὐτὸ ἔχοντες Παφλαγόσι, ἐστρατεύοντο. Οἱ δ' Σύροι οὗτοι ὑπὸ Περσέων Καππαδόκαι καλέονται. Παφλαγόνων μὲν νυν καὶ Ματιηνῶν Δώτος ὁ Μεγασίδρου ἦρχε· Μαριανδυνῶν δὲ καὶ Λιγύων, καὶ Σύρων, Γωβρύης ὁ Δαρείου τε καὶ Ἀρτυστώνης. Φρύγες δ' ἀγχοτάτω τῆς Παφλαγονικῆς σκευὴν εἶχον, ὀλίγην παραλλάσσοντες. Οἱ δ' Φρύγες (ὡς Μακεδόνες λέγουσι) ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον ΕὐρωπηίοιἐόντεςΣτρυμόνα Μακεδόσι μεταβαίτες δ' ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας. Ἀρμενίοι δ' κατάπερ Φρύγες ἐσεσάγατο, ἐόντες Φρυγῶν ἄποικοι. τουτέων σφωιτέρων ἦρχε Ἀρτόχμης, Δαρείου ἔχων θυγατέρα. Λυδοὶ δ' ἀλκιμώτατα τῶν Ἑλληνικῶν εἶχον ὅπλα. οἱ δ' Λυδοὶ, Μήονες ἐκαλέοντο πάλαι.

A trans AEgyptum incolunt, dux erat Arſames, Darii filius & Artyſtonæ Cyri filiæ: quam Darius ex vxoribus maximè adamans, [b]cum talari ex auro tunica effinxit. Arſames quidem AEthiopibus qui ſunt trans AEgyptum, atque Arabibus præerat. Ii autē AEthiopes qui ſunt ab ortu ſolis, (nam bifariam militabant) cenſebantur cum Indis, ſpecie nihil admodum à cæteris differentes, ſed ſono vocis duntaxat atque capillatura. Nam AEthiopes qui B ab ortu ſolis ſunt, [b]promiſſos crines: qui ex Libya, criſpiſſimos inter omnes homines habent. AEthiopes autem hi qui ex Aſia erāt, pleraque arma quæ Indi geſtabant, pelléſque frōtium equinarum cum auribus atque iubis, in capitibus, vt ipſæ iubæ pro criſtis eſſent, & hirtæ aures equinæ rigerent. in locum clypeorum pelles gruum prætendebant. Libyes autem corio armati iêre, ac C iaculis præuſtis, duce Maſange Aorizi filio. Paphlagones autem capitibus gerebant compactiles caſſides, ſcuta exigua, haſtas haud longas, præterea iacula, pugionéſque, pedibus [c]caligas more gentis ad media crura ſubtentas. Eandem quam Paphlagones armaturam geſtabāt Ligyes & Matieni & Mariandyni & Syri. Iſti autem Syri à Perſis Cappadoces vocātur. Paphlagonum & Matienorum dux erat Dotus D Megaſidis filius: Mariandynorū & Libyum & Syrorum, Gobryas Darii filius & Artyſtonæ. Phryges autem proximam Paphlagonicæ armaturam gerūt, paulùm differentes: qui (vt Macedones aiunt) tamdiu vocati ſunt Bryges quamdiu EVropæi fuerunt, Macedonum accolæ: tranſgreſſi autem in Aſiam, vnà cum loco nomen immutauere in Phryges. Armenii Phrygum cultu E armati erant, vtique illorum cōloni. His vtriſque præerat Artochmes, qui Darii filiam in matrimonio habebat. Lydi proximè ad Græcorum armaturam accedebāt, olim Meones vocati:

a Imaginē eius ex auro ſolido compactam habuit.

b Rectos crines.

c Calceos patrio more ad media crura extentos.

pristinóque nomine sublato, à Lydo Atyis filio cognomen acceperũt. Mysi super capita gẽtiles galeas ferebãt, scutula quoque ac præusta iacula. Sũt autem Lydorũ coloni, à monte Olympo Olympieni nominati. Horũ vtrisque præerat Artaphernis filius, qui collega Datis apud Marathonem conflixit. Thraces è pelle vulpina cassides gestabãt, tunicis induti, & insuper circũdati variis sagulis, pedibus ac tibiis indutis caliga è pellibus hinnulorum: ferẽtes præterea iacula & peltas & pugiunculos. Isti trãsgressi in Asiam, vocati sunt Bithyni, pri⁹ appellati (vt ipsi aiũt) Strymonii, quòd Strymonẽ accolerent: à suísque sedibus exacti à Teucris & Mysis. Thracibus autem qui Asiam incolunt præerat Bagasaces Artabani filius, gestantibus breuia [a] è corio scuta, & bina singulis [b] veruta ad lupos conficiendos apta, in capitibus æreas cassides, & super cassides ex æte factas aures bouis & cornua, impositis etiam cristis. crura autem panno Phœniceo erant induta. Martis oraculum apud hos viros est. Cabelees Meones (qui Lasinii vocantur) eundem cultum gestabant quẽ Cilices: quem ego, dum ordine ad Cilices veniam, indicabo. Milyæ autem lanceolas gerebãt, & vestes fibulis substrictas, & eorum nonnulli Lycios arcus, in capitibus galeas è pellibus factas. Horum autem omnium præfectus erat Badres Hystanis filius. Moschi ligneas circa capita cassides gerebant, scutáque ac hastilia breuia, sed longa in hastilibus spicula. Eodem quo Moschi ornatu militabant Tibareni, & Macrones, & Mosynœci, quos hi regebant: Moschos & Tibarenos Ariomardus, Darii filius & Parmyis filiæ Smerdis, filii Cyri: Macrones & Mosynœcos Artayctes, Chorasmis filius, qui Sesti in Hellespontо præses erat. [c] Mares in capitibus ligneas galeas gerebant, scutuláque è cru-

a E crudo bouis tergore. *Vt paulo post Gertit eãdem vocem.*

b Venabula Lycii operis.

Α Ὅτι δὲ Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος ἔχουσι τὸ ἐπώνυμίον, μεταβαλόντες τὸ οὔνομα. Μυσοὶ δέ, ὅτι μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον κράνεα ὅπλα χάλκεα, ἀσπίδας δὲ μικράς. ἀκοντίοισι δὲ ἐχρέωντο ὅπλα καὐτοῖσι. οὗτοι δέ εἰσι Λυδῶν ἄποικοι· ἀπ' Ὀλύμπου δὲ οὔρεος καλέονται Ὀλυμπιηνοί. Λυδῶν δὲ καὶ Μυσῶν ἦρχε Ἀρταφέρνης ὁ Ἀρταφέρνεος, ὃς ἐς Μαραθῶνα ἐστρατεύετο ἅμα Δάτι. Θρῃίκες δ', ὅτι μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες,

Β ἐστρατεύοντο, ὡεὶ δὲ τὸ σῶμα, χιτῶνας· ὅτι δὲ, ζεύγεα ὑπεβεβλημένοι ποικίλα. ὑπὸ δὲ τοῖσι πόδας τε καὶ τὰς κνήμας, πέδιλα νεβρῶν. ἄγριοι δὲ, ἀκόντιά τε καὶ πέλτας, καὶ ἐγχειρίδιον μικρά. οὗτοι δὲ διαβάντες μὲν ἐς τὴν Ἀσίην, ἐκλήθησαν Βιθυνοί· τὸ δὲ πρότερον ἐκαλέοντο (ὡς αὐτοὶ λέγουσι) Στρυμόνιοι, οἰκέοντες ὅτι Στρυμόνι. ἐξαναστῆναι δέ φασι ἐξ ἠθέων ὑπό τε Τευκρῶν τε καὶ Μυσῶν. Θρηίκων δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ ἦρχε

C Βαγασάκης ὁ Ἀρταβάνου. ἀσπίδας δὲ ὠμοβοίνας εἶχον μικράς, καὶ ὑπόβολος δύο Λυκοεργέας ἕκαστος εἶχε. ὅπλα δὲ τῇσι κεφαλῇσι κράνεα χάλκεα· ὑπὸ δὲ τοῖσι κράνεσι, ὦτά τε καὶ κέρεα ὑποσῶν βοὸς χάλκεα. ἐπῆσαν δὲ καὶ λόφοι. τὰς δὲ κνήμας ῥάκεσι φοινικέοισι κατειλίχατο. ἐν τούτοισι τοῖσι ἀνδράσι Ἄρεός ἐστι χρηστήριον. Καβηλέες δὲ οἱ Μήονες, Λασσώνιοι δὲ καλεόμενοι, τὴν αὐτὴν Κίλιξι εἶχον σκευήν· τὴν ἐγὼ, ἐπεὰν

Μήονες.

D περ τὴν Κιλίκων τάξιν διεξιὼν δηλώσω, τότε σημανέω. Μιλύαι δὲ αἰχμάς τε βεβραχέας εἶχον, καὶ εἵματα συνεπορπέατο. εἶχον δὲ αὐτέων τόξα μετεξέτεροι λύκια. περὶ δὲ τῇσι κεφαλῇσι ἀπὸ διφθερέων πεποιημένους κυνέας. Τούτεων πάντων ἦρχε Βάδρης ὁ Ὑστάνεος. Μόσχοι δὲ περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κυνέας ξυλίνας εἶχον, ἀσπίδας δὲ καὶ αἰχμὰς σμικράς. λόγχαι δὲ ἐπῆσαν μεγάλαι. Τιβαρηνοὶ δὲ, καὶ Μάκρωνες, καὶ

E Μοσσυνοίκοι, κατάπερ Μόσχοι ἐσκευασμένοι ἐστρατεύοντο. Τούτοις δὲ στρατηγὸν ἄρχοντες οἵδε· Μόσχοις μὲν καὶ Τιβαρηνοῖσι, Ἀριόμαρδος ὁ Δαρείου τε παῖς καὶ Παρμύος τῆς Σμέρδιος τοῦ Κύρου· Μάκρωνας δὲ καὶ Μοσσυνοίκοις, Ἀρταύκτης ὁ Χερσάμους, ὃς Σηστὸν τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ ἐπεζήπλεε. Μάρες δ' ὅτι μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα ὅπλα χάλκεα εἶχον, ἀσπίδας δὲ δερ-

c Mares in capitibus quidem galeas more patrio textiles gestabãt, *Vel nexiles*, clypeos autem paruos pelliceos, & iacula Colchi in capitib. lign.

μετίνας μικρὰς, καὶ ἀκόντια. Κόλχοι δὲ ὡσὲ μὲν τῇσι κεφαλῇσι χαλκέα ξύλινα, ἀσπίδας δὲ ὠμοβοίνας μικρὰς, αἰχμάς τε βραχέας. ὡσὼς δὲ, καὶ μαχαίρας εἶχον. Μαρῶν δὲ καὶ Κόλχων ἦρχε Φερενδάτης ὁ Τεάσπιος. Ἀλαρόδιοι δὲ καὶ Σάσπιρες, κατάπερ Κόλχοι ὡπλισμένοι ἐστρατεύοντο. Τουτέων δὲ Μασίστιος ὁ Σιρομίτρεω ἦρχε.

Τὰ δὲ νησιωτικὰ ἔθνεα τὰ ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης ἐπόμενα, νήσων δὲ ἐν τῇσι τοὺς ἀναστάτους καλεομένους κατοικίζει βασιλεὺς, ἀγχοτάτω τῆς Μηδικῆς εἶχον ἐσθῆτά τε καὶ ὅπλα. Τουτέων δὲ τῶν νησιωτέων ἦρχε Μαρδόντης ὁ Βαγαίου. ὃς ἐν Μυκάλῃ στρατηγέων, δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων ἐτελεύτησε ἐν τῇ μάχῃ. Ταῦτα μὲν τὰ κατ' ἤπειρον στρατόμενά τε ἔθνεα, καὶ τεταγμένα ἐς τὸν πεζόν· τούτου μὲν τοῦ στρατοῦ ἦρχον οὗτοι οἵπερ εἰρέαται. καὶ οἱ διακατάξαντες καὶ διαριθμήσαντες, οὗτοι ἔσαν· καὶ χιλιάρχας τε καὶ μυριάρχας ἀποδέξαντες· ἑκατοντάρχας δὲ καὶ δεκαρχας οἱ μυριάρχαι. τελέων δὲ καὶ ἐθνέων ἔσαν ἄλλοι σημαίτορες. ἔσαν μὲν δὴ οὗτοι, οἵπερ εἰρέαται, ἄρχοντες. ἐστρατήγεον δὲ τουτέων τε καὶ τοῦ σύμπαντος στρατοῦ τοῦ πεζοῦ, Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω, καὶ Τεισταμάχμης ὁ Ἀρταβάνου, τοῦ γνώμιον ποιεύμενου μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ Σμερδομένης ὁ Ὀτάνεω, Δαρείου ἀμφότεροι οὗτοι ἀδελφεῶν παῖδες, Ξέρξῃ δὲ ἐγίνοντο ἀνεψιοί· καὶ Μασίστης ὁ Δαρείου τε καὶ Ἀτόσσης παῖς, καὶ Γέργις ὁ Ἀρτάζου, καὶ Μεγάβυζος ὁ Ζωπύρου· οὗτοι ἔσαν στρατηγοὶ τοῦ σύμπαντος πεζοῦ, χωρὶς τῶν μυρίων. τῶν δὲ μυρίων τουτέων Πέρσεων τῶν ἀπολελεγμένων ἐστρατήγεε μὲν Ὑδάρνης ὁ Ὑδάρνεος· ἐκαλέοντο δὲ ἀθάνατοι ὑπὸ Περσέων οὗτοι ὅτι τοῦδε· εἴ τις αὐτέων ἐξέλιπε τὸν ἀριθμὸν, ἢ θανάτῳ ἢ νούσῳ, ἄλλος ἀνὴρ ἀναίρητο· καὶ ἐγίνοντο οὐδαμᾷ οὔτε πλέονες μυρίων, οὔτε ἐλάσσονες. κόσμον δὲ πλεῖστον παρείχοντο ἀπὸ πάντων Περσέων, καὶ αὐτοὶ ἄριστοι ἔσαν. σκευὴν μὲν τοιαύτην εἶχον ἥπερ εἴρηται· χωρὶς δὲ χρυσόν τε πολλὸν καὶ ἄφθονον ἔχοντες ἐς τὸ πρόσω. ἁρματοφόρεον τε ἅμα ἦγοντο, ἐν δὲ, παλλακάς καὶ θεραπηίην πολλὴν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένην. σῖτα δὲ σφι, χωρὶς τῶν ἄλλων στρατιωτέων, καμήλοι τε καὶ ὑποζύγια ἦγον.

Tertaxmes

Zerdomenes

Bindeis,

do bouis tergore, atque lăceolas, præterea machæras. Præerat autem Maribus & Colchis Pherédates Theaspis filius. Alarodii & Saspires eodem quo Colchi ornatu militabāt, duce Masistio Sirometris filio. Insulanæ gentes, quę rubro è mari sequutæ sūt ex iis insulis ad quas transportare rex solet quos è suis locis summouet, gerebāt proxima Medis & vestimenta & arma: quibus præerat Mardontes Bagæi filius, qui apud Mycalem dux secūdo pòst anno in pugna oppetiit. Hæ erant nationes quæ per continētem ibant, ex quibus constabat pedester exercitus: quibus ii præerant qui commemorati sunt, quique ordinarant milites connumerauerántque, & chiliarchas, *id est, tribunos qui mille*, & myriarchas, *id est, qui decem millibus præsunt*, delegerant. nā myriarchæ cēturiones decanósque creauerant. Erant & alii agminū & gentiū prætores; verùm ii qui nominati sunt, erant duces. Horū tamen & totius exercitus imperatores erant, Mardonius Gobryæ filius, & Tirintatæchmes filius Artabani, qui dissuaserat bellum Græciæ inferendum, & Smerdones Otanis filius, ambo hi fratrum Darii filii, Xerxis patrueles: & Masistes Dario & Atossa genitus, & Gergis Ariazi & Megabyzus Zopyri filius. Hi erant imperatores omnium pedestriū copiarū, præter illa delecta Persarum decē millia, quibus præerat Hydarnes Hydarnis filius: qui vocabantur immortales, ob hoc, quòd siquis eorum aut nece aut morbo numerū imminueret, alius sufficiebatur: nec vnquā plures erant pauciorésve decem millibus, præcipuo inter omnes cultu decori, & iidem præstantissimi omnium, vt dictum est: & præterea immenso auro conspicui, ducentes vnà carrucas cum pallacis ac familia permulta eáque bellè ornata: necnon camelos ac iumēta, præter cæteros milites, quæ commeatū portabant.

Equitant autem hæ nationes: sed non omnes habebant equos, verùm hæ solæ: Persæ, qui cadē erāt qua peditatus armatura ornati, nisi quòd quidam gestabāt in capitibus opera ex ære ferróque ductilia. Sūt autem quidam Nomades homines, qui Sagartii appellātur, & gente & voce Persæ, sed cultu inter Persicum & Pactyicum, qui contulerunt equitatum octo millium equitū, armaturam neque aheneam neque ferream assueti ferre, præter pugiones, vtentes reste è viminibus conserta, qua freti in prælium eunt. Est autem prælium eorum virorum huiusmodi: Cum hoste congredientes iniiciūt eas restes in summo habentes laqueos, qui quum aut equum aut hominem adepti sunt, cum ad se trahunt: ita illi illaqueati conficiuntur. Talis horū pugna est, iidémque inter Persas censentur. Medi eādem equites quam pedites armaturam gerunt: & item Cissii. Indi quoque eandem quam peditatus suus gestant armaturam. cæterùm equos desultorios agebant & currus: quibus curribus suberant & equi & asini agrestes. Bactrii eodem ornatu instructi erant equites quo pedites, & item Caspii. Libyes & ipsi eandem quam pedites armaturam gerebant: curruum autem hi cuncti erāt agitatores. Caspii quoque & Paricani itidem atque suus peditatus instructi erant. Necnon Arabes eo quo pedites ornati cultu agitabant camelos nihilo inferiores equis pernicitate. Hæ solæ gentes erant equestres. Fuitque numerus equitū, octo myriades, *id est, octoginta millia*, præter camelos & currus. Et alii quidem equites in ordinem redacti erant: Arabes autē in vltimo locati, ob id postremi ne equitatus conserteretur, equis camelos non tolerantibus. Equitatus autem præfecti erant, Harmamithres & Tithæus, filii Datis: quorum tertius collega Pharnuches Sardibus erat relictus ægrotus. Nam quū Sardibus proficisceretur, in calamitatē incidit insciēs.

A ἱππεύς δὲ ταῦτα τὰ ἔθνεα· πλὴν οὐ πάντα πρεῖχετο ἵππων, ἀλλὰ τοσάδε μοῦνα· Πέρσαι μὲν, τῇσι αὐτῇσι ἐσκευασμένοι καὶ ὁ πεζὸς αὐτέων· πλὴν ὅτι τῇσι κεφαλῇσι εἶχον ἔνιοι αὐτέων καὶ χάλκεα καὶ σιδήρεα ἐξεπλαγμένα ποιήματα. εἰσὶ δὲ τινες νομάδες αὐθεφται Σαγάρτιοι καλεόμενοι, ἔθνος μὲν Περσικὸν καὶ φωνῇ, σκευὴν δὲ μεταξὺ ἔχουσι πεποιημένην τῆς Περσικῆς τε καὶ τῆς Πακτυϊκῆς· οἱ πρεῖχοντο μὲν ἵππων ὀκτακισχιλίων, ὅπλα δὲ οὐ νομίζουσι ἔχειν οὔτε χάλκεα, οὔτε σιδήρεα, ἔξω ἐγχειριδίων. χρέωνται δὲ σειρῇσι πεπλεγμένῃσι ἐξ ἱμάντων, τῇσι πίσσιοι ἔρχονται ἐς πόλεμον. ἡ δὲ μάχη τουτέων τῶν ἀνδρῶν, ἥνδε· ἐπεὰν συμμίσγωσι τοῖσι πολεμίοισι, βάλλουσι τὰς σειρὰς, ὅπως ἂν ἅρπῃ βρόχους ἐχούσας· ὅτευ δ' ἂν τύχῃ, ἢν τε ἵππου, ἢν τε ἀνθρώπου, ἐπ' ἑωυτὸν ἕλκει. τοῖσι δὲ ἐν ἄρκεσι ἐμπαλλασσόμενοι διαφθείρονται. τούτεων μὲν αὕτη ἡ μάχη, καὶ ἐπετετάχατο ἐς τοὺς Πέρσας. Μῆδοι δὲ, τὴν αὐτὴν ἐν τῷ πεζῷ εἶχον σκευήν, καὶ Κίσσιοι ὡσαύτως. Ἰνδοὶ δὲ σκευὴν μὲν ἐσεσάχατο τὴν αὐτὴν καὶ ἐν τῷ πεζῷ, ἥλαυνον δὲ κέλητας καὶ ἅρματα· ἔστι δὲ τοῖσι ἅρμασι ὑπῆσαν ἵπποι καὶ ὄνοι ἄγριοι. Βάκτριοι δὲ ἐσκευάδατο ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ πεζῷ, καὶ Κάσπιοι ὁμοίως. Λίβυες δὲ καὶ αὐτοὶ κατάπερ ἐν τῷ πεζῷ· ἥλαυνον δὲ καὶ οὗτοι πάντες ἅρματα. ὡς δ' αὖτως Κάσπιοι καὶ Παριανοὶ ἐσεσάχατο ὁμοίως καὶ ἐν τῷ πεζῷ. Ἀραβίοι δὲ σκευὴν μὲν εἶχον τὴν αὐτὴν καὶ ἐν τῷ πεζῷ· ἥλαυνον δὲ πάντες καμήλους, ταχυτῆτι οὐ λειπομένας ἵππων. ταῦτα τὰ ἔθνεα μοῦνα ἱππεύει. ἀριθμὸς δὲ τῆς ἵππου ἐγένετο ὀκτὼ μυριάδες, πλὴν ἐξ τῶν ἄλλων καμήλων καὶ τῶν ἁρμάτων. οἱ μὲν νυν ἄλλοι ἱππέες ἐτετάχατο κατὰ τέλεα. Ἀραβίοι δὲ, ἔσχατοι ἐτετάχατο. ἅτε γὰρ τῶν ἵππων οὐκ ἀνεχομένων τὰς καμήλους, ὕστεροι ἐτετάχατο, ἵνα μὴ φοβέοιτο ὁ ἱππικός· ἵππαρχοι δὲ ἦσαν Ἁρμαμίθρης τε καὶ Τίθαιος, Δάτιος παῖδες· ὁ δὲ τρίτος σφίσι συνίπτορος Φαρνούχης κατελέλειπτο ὑπὸ Σάρδιας νοσέων· ὡς γὰρ ὁρμέωντο ἐκ Σάρδιων, ὑπὸ συμφορῆς ἐνέπεσε οὐκ ἐλάσσονι

ἐλαύνοντι

ἐλαύνοντι γὰρ οἱ, ὑπὸ τοὺς πόδας τῷ ἵππου ὑπέδραμε κύων· καὶ ὁ ἵππος οὐ προεϊδὼν ἐφοβήθη τε, καὶ ἅμα ὀρθὸς ἀπεστείσατο τὸν Φαρνούχεα. πεσὼν δὲ, αἷμά τε ἤμεε, καὶ ἐς φθίσιν ἐνέπλησε νοῦσος. τὸν δὲ ἵππον αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ἐποίησαν οἱ οἰκέται ὡς ἐκέλευε· ἐς τὸν χῶρον ἐν τῷπερ κατέβαλε τὸν δεσπότεα ἀπαγαγόντες, σὺν τοῖσι γοεῦσι ἀπέταμον τὰ σκέλεα. Φαρνούχης μὲν οὕτω παρελύθη τῆς ἡγεμονίης.

261

Τῶν δὲ τεσσέρων ἀριθμὸς μὲν ἐγίνετο ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι, παρεῖχοντο δὲ αὐτὰς οἵδε· Φοίνικες μὲν, σὺν Συρίοισι τοῖσι ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, τεσσκοσίας· ὧδε ἐσκευασμένοι· περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κυνέας εἶχον ἀληθέστατα πεποιημένας τρόπον τὸν Ἑλλήνων· ἐνδεδυκότες δὲ θώρηκας λινέους· ἀσπίδας δὲ ἴτυς οὐκ ἐχούσας εἶχον, καὶ ἀκόντια. οὗτοι δὲ οἱ Φοίνικες τὸ παλαιὸν οἴκεον (ὡς αὐτοὶ λέγουσι) ὅπου τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ· ἀφικόμενοι δὲ διὰ τῆς Συρίης οἰκέουσι τὸ πρὸς θάλασσαν· τῆς δὲ Συρίης τοῦτο τὸ χωρίον καὶ τὸ μέχρι Αἰγύπτου πᾶν, Παλαιστίνη καλέεται. Αἰγύπτιοι δὲ νέας παρεῖχοντο διηκοσίας. οὗτοι δὲ εἶχον περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα χαλκᾶ, ἀσπίδας δὲ κοίλας, ἁλκὰς ἴτυς μεγάλας ἐχούσας, καὶ δόρατά τε ναύμαχα, καὶ τύχεας μεγάλους. τὸ δὲ πλῆθος αὐτέων, θωρηκοφόροι ἦσαν, μαχαίρας δὲ μεγάλας εἶχον. οὗτοι μὲν οὕτω ἐσκεύασαν. Κύπριοι δὲ παρεῖχοντο νέας πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, ἐσκευασμένοι ὧδε· τοὺς μὲν κεφαλὰς εἰλίξατο μίτρῃσι οἱ βασιλῆες αὐτέων, οἱ δὲ ἄλλοι εἶχον κιθῶνας· τὰ δ' ἄλλα κατάπερ Ἕλληνες. Τουτέων δ' ἔστι δὲ ἔθνεα ἐστὶ· οἱ μὲν, ἀπὸ Σαλαμῖνος, καὶ Ἀθηναίων· οἱ δὲ, ἀπ' Ἀρκαδίης. οἱ δὲ, ἀπὸ Κύθνου· οἱ δὲ, ἀπὸ Φοινίκης· οἱ δὲ, ἀπὸ Αἰθιοπίης, ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι. Κίλικες δὲ ἑκατὸν παρεῖχοντο νέας· οὗτοι δὲ αὖ περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι κράνεα ἔθνεια, λαισήιά τε εἶχον ἀντ' ἀσπίδων, ὠμοβοίνης πεποιημένα, καὶ κιθῶνας εἰρινέους ἐνδεδυκότες. δύο δ' ἀκόντια ἕκαστος καὶ ξίφος εἶχον, ἀγχοτάτω τῇσι Αἰγυπτίῃσι μαχαίρῃσι πεποιημένα· οὗτοι μὲν ὀνομαστὶ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο, ἔθνος δὲ Κίλικες τὸ ἀπὸ Κίλικος τοῦ Ἀγήνορος καὶ Φοίνικος ἔχον τὸ ἐπώνυμον.

A equitante enim eo canis sub pedes equi intercurrit: quo equus improuiso deterritus atque erectum sese attollés, Pharnuchem excussit. Hic collapsus sanguinē euomuit, nactúsque est morbum, qui in phthisin, *id est* tabem, euasit. Equo autē, à casu statim domini, fecerunt famuli vt ille iusserat: Abducto nanque in eum locum vbi dominum strauerat, crura cum genibus abscideruntItaque Pharnuches ita à præfectura summotus est.

B Porro triremes inito numero fuere mille ducentæ & [a] octo: quas hi præbuere: Phœnices, cū Syris qui Palæstinam incolunt, trecentas: hunc in modum ornati: Circa capita galeas Græcanicis proximas gerebant, induti thoracibus lineis, cum scutis vmbone carētibus, cúmque iaculis. Hi Phœnices (vt ipsi memorāt) quondā mare rubrū accolebāt: illinc trāsgressi, maritima Syriæ habitant. Is autem tractus Syriæ, & quicquid AEgypto tenus est, Palæstina vocitatur. Hi circa capita cassides forcipiculatas gerebant, conuexa autem scuta magnis vmbonibus prædita, ac grādia pila nautica, & grandes bipennes: eorum turba thoraces gerebat ac magnas machæras. Hunc in modū isti armati erant. Cyprii autem centum quinquaginta naues præbebāt, hoc modo armati: Reges eorum mitris redimiti erāt: reliqui tunicas gestabant, cætera vt Græci. Quorū gentes sunt partim à Salamine & Athenienſibus, partim ab Arcadia, partim à Cythno, partim à Phœnice, partim ab AEthiopia oriundi, vt ipsi Cyprii aiunt. Cilices, cētum naues. Hi circa capita ferebant gentiles galeas, pro scutis parmulas è crudo bouis corio factas, laneis vestibus induti: bina singuli iacula gestantes, & ensem machæræ AEgyptiacæ persimilem. Hi quondam Hypachæi appellati fuerant, sed à Cilice Phœnice Agenoris filio illud nomen acceperunt.

a Septem:

Pamphylii, triginta naues, Græcanicis armis ornati, qui ab illis originem ducunt qui cum Amphilocho & Calchante è Troia diſiecti fuerant. Lycii præbuerunt naues quinquaginta, thoracibus ocreiſque armati: arcubus quoque è corno factis, & arundineis ſagittis ſine pennis, atque iaculis: gerentes ex humeris ſuſpenſas caprarum pelles, & in capitibus pilea pennis coronata, quinetiam pugiones & falces. Hi è Creta oriundi, quondam Termilæ nominati, ſed à Lyco viro Athenienſi Pandionis filio, Lycii fuerunt cognominati. Dores qui ſunt ex Aſia, naues triginta. hi Græca gerebant arma, vti è Peloponneſo propagati. Cares, ſeptuaginta naues, cætera Græco more ornati, ſed & falces & pugiones gerebãt. [a] quos prius appellatos fuiſſe Hœtines, in ſuperioribus libris dictum eſt. Iones, centũ naues, armati Græco ritu: qui quandiu in Pelopõneſo regionẽ quæ vocatur Achaia incoluerunt, & ante aduentũ Danai & Xuthii in Peloponneſum, (vt Græci aiunt) vocabantur Pelaſgi AEgialees, *id eſt, littorales*, ſed ab Ione Xuthi filio, Iones ſunt appellati. Inſulani, naues decem & ſeptem, armati vt Græci: & ipſi Pelaſgica gens, ſed mox Ionica, ob eandem cauſam ob quam & duodecim oppida ſunt Ionica ab Atheniẽſibus appellata. AEoles, ſexaginta naues, ritu Græco armati, & olim Pelaſgi (vt apud Græcos fertur) vocati. Helleſpontii, centũ naues, præter Abydenos: quibus mandatum erat ab rege vt circa locum manerent ad pontes cuſtodiendos. Cæteri è Ponto erant, Græco more armati, Ionum ac Dorum coloni. In omnibus autem nauibus epibatæ erant Perſæ & Medi & Sacæ, quarum velociſſimas præbuere Phœnices, & inter Phœnices optimas Sidonii. Harum ſingulis, & itẽ pedeſtribus eorũ copiis

[a] Hi autem quo prius nomine vocati fuerint, in ſuperioribus. *Hic autem ridiculè fecit populos ex vocabulo ὅτινες, vt ſuprà, pag. 171 ex nomine ὅσιονες populos Heſſonas fecerat.*

A Πάμφυλοι δὲ τριήκοντα παρείχοντο νέας, Ἑλληνικοῖσι ὅπλοισι ἐσκευασμένοι· ⓐ δὲ Πάμφυλοι οὗτοι, εἰσὶ τῶν ἐκ Τροίης ἀποσκεδασθέντων ἅμα Ἀμφιλόχῳ καὶ Κάλχαντι. Λύκιοι δὲ παρείχοντο νέας πεντήκοντα, θωρηκοφόροι τε ἐόντες καὶ κνημιδοφόροι. εἶχον δὲ τόξα χαραδρήϊνα, καὶ ὀιστοὺς καλαμίνους ἀπτέρους καὶ ἀκόντια· ἐπὶ δὲ, αἰγὸς δέρματα περὶ τοὺς ὤμους αἰωρέμενα· περὶ δὲ τῇσι κεφαλῇσι πίλους πεπλεγμένους. ἐγχειρίδιά τε καὶ δρέπανα εἶχον. Λύκιοι δὲ, Τερμίλαι ἐκαλέοντο ἐκ Κρήτης γεγονότες. ἀπὸ δὲ Λύκου τοῦ Πανδίονος, ἀνδρὸς Ἀθηναίου, ἔχουσι τὴν ἐπωνυμίην. Δωριέες δὲ ⓐ ἐκ τῆς Ἀσίης, τριήκοντα παρείχοντο νέας, ἔχοντές τε Ἑλληνικὰ ὅπλα, καὶ γεγονότες ἐκ Πελοποννήσου. Κᾶρες δὲ, ἑβδομήκοντα παρείχοντο νέας, τὰ μὲν ἄλλα κατάπερ Ἕλληνες ἐσαλμένοι· εἶχον δὲ καὶ δρέπανα καὶ ἐγχειρίδια. οὗτοι δὲ, οἵ τινες πρότερον ἐκαλέοντο, ἐν τοῖσι πρόσθεν τοῦ λόγου εἴρηται. Ἴωνες δὲ, ἑκατὸν νέας παρείχοντο, ἐσκευασμένοι ὡς Ἕλληνες. Ἴωνες δὲ, ὅσον μὲν χρόνον ἐν Πελοποννήσῳ οἴκεον τὴν νῦν καλεομένην Ἀχαΐην, καὶ πρὶν ἢ Δαναόν τε καὶ Ξοῦθον ἀπικέσθαι ἐς Πελοπόννησον, (ὡς Ἕλληνες λέγουσι) ἐκαλέοντο Πελασγοὶ Αἰγιαλέες· ἀπὸ δὲ Ἴωνος τοῦ Ξούθου, Ἴωνες. νησιῶται δὲ, ἑπτακαίδεκα παρείχοντο νέας, ὡπλισμένοι ὡς Ἕλληνες· καὶ τοῦτο Πελασγικὸν ἔθνος, ὕστερον δὲ Ἰωνικὸν ἐκλήθη κατὰ ⓐ αὐτὸν λόγον. καὶ αἱ δυώδεκα πόλιες Ἴωνες ⓐ ἀπ' Ἀθηναίων. Αἰολέες δὲ, ἑξήκοντα νέας παρείχοντο, ἐσκευασμένοι τε ὡς Ἕλληνες, καὶ ὅπαλα καλεόμενοι Πελασγοὶ, ὡς Ἑλλήνων λόγος. Ἑλλησπόντιοι δὲ, πλὴν Ἀβυδηνῶν· (Ἀβυδηνοῖσι γὰρ παρετέτακτο ἐκ βασιλέος καὶ χώρῳ μένουσι, φύλακες ἐπὶ τῶν γεφυρέων) ⓐ δὲ λοιποὶ ἐκ τοῦ Πόντου στρατευόμενοι, παρείχοντο μὲν ἑκατὸν νέας, ἐσκευασμένοι δὲ ἦσαν ὡς Ἕλληνες· οὗτοι δὲ, Ἰώνων καὶ Δωριέων ἄποικοι. ἐπεβάτευον δὲ ὅδε πασέων τῶν νεῶν Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ Σάκαι. τουτέων δὲ ἄριστα πλεούσας παρείχοντο νέας Φοίνικες, καὶ Φοινίκων, Σιδώνιοι. Τούτοισι πᾶσι καὶ τοῖσι ἐς ⓐ πεζὸν τεταγμένοισι αὐτέων 262

ἐπῆσαν ἐκάστοισι ἐπιχώριοι ἡγεμόνες. τῶν ἐγὼ, (οὐ γὰρ ἀναγκαίη ἐξέργομαι ἐς τοιῆδε λόγον) οὐ ποιήσομαι μνήμην. οὔτε γὰρ ἔθνεος ἑκάστου ἀπαξίοι ἦσαν ἡγεμόνες, ἔν τ' ἔθνεϊ ἑκάστῳ ὅσαπερ πόλιες, τοσοῦτοι καὶ ἡγεμόνες ἦσαν. εἴποντο δὲ ὡς οὐ στρατηλοὶ, ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἄλλοι στρατηλατούμενοι δοῦλοι. ἐπεὶ στρατηλοί τε καὶ ἄρχοντες ὁ πᾶν ἔχοντες κράτος, καὶ ἄρχοντες τῶν ἐθνέων ἑκάστων, ὅσοι αὐτόθεν ἦσαν. Πέρσαι, εἰρέσθαί μοι. τῶν δὲ ναυτικοῦ ἐστρατήγεον οἵδε· Ἀριαβίγνης τε ὁ Δαρείου, καὶ Πρηξάσπης ὁ Ἀσπαθίνεω, καὶ Μεγάβαζος ὁ Μεγαβάτεω, καὶ Ἀχαιμένης ὁ Δαρείου· τῆς μὲν Ἰάδος τε καὶ Καρικῆς στρατιῆς, Ἀριαβίγνης, ὁ Δαρείου τε παῖς καὶ τῆς Γωβρύεω θυγατρός· Αἰγυπτίων δὲ ἐστρατήγεε Ἀχαιμένης, Ξέρξεω ἐὼν ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεός· τῆς δὲ ἄλλης στρατιῆς ἐστρατήγεον δύο. τεσσερακοντέρεοι δὲ, καὶ πεντηκοντέρεοι, καὶ κέρκουροι, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα μικρὰ σιτηλόγα ἐς μυρίους, ἐφάνη τετράκις. τῶν δὲ ἐπιπλεόντων μετά γε τοὺς στρατηλοὺς, οἵδε ἦσαν ὀνομαστότατοι, Σιδώνιος Τετράμνηστος Ἀλήσιος, καὶ Τύριος Μάπην Σιρώνου, καὶ Ἀριδίης Νέρβαλος Ἀρβάλου, καὶ Κίλιξ Συέννεσις Ὠρομέδοντος, καὶ Λύκιος Κυβερνίσκος Σίκα· καὶ Κύπριοι, Γόρτος τε ὁ Χέρσιος, καὶ Τιμώναξ ὁ Τιμαγόρεω· τῶν δὲ Καρῶν, Ἱστιαῖός τε ὁ Τυμνέω, καὶ Πύγρης ὁ Σελδώμου, καὶ Δαμασίθυμος ὁ Κανδαύλεω. τῶν μὲν νυν ἄλλων οὐ ποιήσομαι μνήμην ταξιάρχων, ὡς δὴ ἀναγκαζόμενος· Ἀρτεμισίης δὲ, τῆς μάλιστα θώυμα ποιεῦμαι, ὅτι τοῦ Ἑλλάδα στρατευσαμένης γυναικὸς, ἧτις ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς, αὐτή τε ἔχουσα τὸν τυραννίδα, καὶ παῖδος ὑπαρχόντος νεηνίεω, ἐπὶ λήμματός τε καὶ ἀνδρηίης ἐστρατεύετο, οὐδεμίης ἐούσης ἀναγκαίης. οὔνομα μὲν δὴ οἱ ἦν αὐτῇ Ἀρτεμισίη, θυγάτηρ δὲ ἦν Λυγδάμιος· γένος δὲ ἐξ Ἁλικαρνησσοῦ, τὰ μὲν πρὸς πατρὸς, τὰ μητρόθεν δὲ, Κρῆσσα. ἡγεμόνευε δὲ Ἁλικαρνησσέων τε καὶ Κώων, καὶ Νισυρίων τε καὶ Καλυδνίων, πέντε νέας παρεχομένη.

Μέρμηκος ἐγὼ

Μέρβαλος

Γόργος

Πυγρέης Σελδώμου

A præfecti erant vernaculi duces: quorum ego (quia ratio historiæ non exigit necessariò) non faciam mētionem. Neque enim singularum nationum duces digni memoria fuere, quarū quot vrbes, tot duces extitere: sed nō vt ductores, verùm vt serui (quēadmodum alii qui ducebantur in militiam) venere: quoniam duces penes quos summa imperii erat, vt singularum gētium principes, quinam eorum Persæ fuerint, à me commemoratum est. Nauticis autem hi copiis præfuere: Ariabignes Darii, & Prexaspes Aspathinis, & Megabazus Megabatis, & Achæmenes Darii filius. Ionicæ quidem classi & Cariæ Ariabignes, ex Dario & filia Gobryæ genitus: AEgyptiacæ autem Achæmenes, Xerxis ex vtroque parente germanus: reliquæ autem classi reliqui duo. Porro biremes, lembos quinquaginta aut triginta remorum, & actuaria nauigia, & alia minuta, cum hippagogis, *quæ equos vehunt*, contracta cōstat ad trium millium peruenisse. Eorum autem qui in classe erant, secūdum duces, illustrissimi fuere, Sidonius Tetramnestus Allesi filius, & Tyrius Mapen Sironi, & Aridius Nerbalus Arbali, & Cilix Syennesis Oromedōtis, & Lycius Cybernisci Sicæ filius. Cyprii autem, Gortus Chersis, & Timonax Timagoræ filius. Carum verò Histiæus Tymnis, & Pygres Seldomi, & Dámasithymus Cándaulis filius. Aliorum nūc præfectorum mentionem facere supersedeo, tanquam non necesse habēs. Verùm Artemisiæ præcipua me tenet admiratio, mulieris expeditionē aduersus Græciam sequutæ: quæ defuncto viro, ac pupilli filii tyrannidē obtinens, nulla adacta necessitate, sed præstantia animi atque virilitate in militiam cōcessit. Nomē ei erat Artemisiæ, Lygdamis filiæ, paternū genus ex Halicarnasso, maternū è Creta. Imperās hæc Halicarnassēis, & Cois, & Nisyriis, & Calydniis, quīque cū nauib⁹ venit omni copia instructis.

atque post Sidonias hæ naues fue-
rũt illustrissimæ. Eadẽ apud regẽ
optimas inter omnes socios sen-
tentias dixit. Quas ciuitates re-
censui sub illius imperio fuisse,
earum vniuersam gẽtem annuo
Doricam esse, Halicarnasseorum
quidem Trœzeniam, cæterorũ
autem Epidauriam. Hactenus de
nautico exercitu.

Xerxes, inito copiarum nu-
mero, militibus instructis, con-
cupiuit illos lustrando oculis
obire: quemadmodum & fecit.
Itaque inscenso curru singulas
nationes lustrans, quænã essent
percontabatur: quarum profes-
sionem scribæ excipiebant, do-
nec ad extremos equitum pedi-
túmque perueniretum est. Hoc per-
fecto, & nauibus in mare dedu-
ctis, Xerxes è curru in nauim Si-
doniam transcendit: residénsque sub aureo tabernaculo, præ-
teruehénsque nauium proras,
scisciabatur de singulis itidem
vt de terrestri exercitu fecerat,
describíque iubebat. Enimuero
nauarchi productas à littore qua-
tuor ferè iugerum spatio naues
stabilierant, cóuersis à terra pro-
ris, & in vnam frontem digestis,
epibatis quoque, *id est, propugna-
toribus*, tanquam ad bellum ar-
matis: quos Xerxes inter proras
& litus nauigans conspicabatur.
Vbi autem & classem lustrauit,
egressus naui accersit Demaratũ
Aristonis filium, comitem huius
aduersus Græciam expeditionis,
eíque accersito ita inquit, De-
marate, iuuat nunc me quæ cu-
pio abs te interrogare, qui &
Græcus es, & non ex minima ci-
uitate, vt audio, tam ex te quàm
ex aliis Græcis [a] qui me alloquẽ-
di gratia adeunt. nũc igitur hoc
mihi expone, nũquid Græci sus-
tinebunt manus contra me le-
uare. nam (vt ego opinor) ne o-
mnes quidem Græci ac cæteri
mortales qui [b] ad hesperum in-
colunt, si congregarentur, pares
essent nostris armis, nec me in-
uadentem expectarent: quũ non
sint inter se concordes. Libet ta-
men mihi abs te audire quid de
hoc dicas. His verbis interroga-
uit. Demaratus autem excipiens,

a Qui me allo-
quũtur. *Vel, Quo-
buscum mihi ser-
mo est.*

b Ad occiden-
tem

A καὶ σὺν ἀπάσῃ τῇ στρατιῇ, μετὰ γε τὰς
Σιδωνίων, νέας ἐνδοξοτάτας πρείχετο. πάν-
των δὲ τῶν συμμάχων γνώμας ἀείσας βα-
σιλεῖ ἀπεδέξατο. τῷ δὲ κατέλεξα πο-
λίων ἡγεμονεύειν αὐτίκα, ὅ ἔθνος ἀποφαί-
νω πολὺ ἐὸν Δωϊκόν. Ἁλικαρνησσέας μὲν,
Τροιζηνίους· τοὺς δὲ ἄλλους, Ἐπιδαυ-
ρίους. ἐς μὲν τοσόνδε ὁ ναυτικὸς στρατὸς εἴ-
ρηται.

Ξέρξης δὲ ἐπεὶ ἠείθμησέ τε, καὶ διεπά-
B ζητο ὁ στρατὸς, ἐπεθύμησε αὐτὸς σφέας διε-
ξελάσας ἰδέσθαι· μετὰ δὲ, ἐποίεε ταῦτα,
καὶ διεξελαύνων ὅτι ἄρματος πρὸ ἔθνος
ἕν ἕκαστον, ἐπιστάμενος. καὶ ἀπέγραφον (a)
γραμματιστάι· ἕως ἐξ ἑκάτων ἐς ἑκατὰ ἀ-
πίκετο καὶ τῆς ἵππου καὶ τῶν πεζῶν. ὡς δὲ
ταῦτά οἱ ἐπεποίητο, τῶν νεῶν κατελκυσθει-
σέων ἐς θάλασσαν, ἐνθαῦτα ὁ Ξέρξης με-
τεκβὰς ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς νέα Σιδωνίην,
ἵζετο ὑπὸ σκηνῇ χρυσέῃ· καὶ παρέπλεε
τοῦδε τὰς πρῳρέας τῶν νεῶν, ἐπειρωτέων τε
ἑκάστας ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πεζὸν, καὶ ἀπο-
C γραφόμενος. τὰς δὲ νέας οἱ ναύαρχοι ἀ-
ναγαγόντες ὅσον τέσσερα πλέθρα ἀπὸ τῆς
αἰγιαλοῦ, ἀνεκώχευον τὰς πρῳρέας ἐς γῆν,
πρέψαντες πρώτας μετωπηδὸν, καὶ ἐξο-
πλίσαντες τοὺς ὁπλίτας ὡς ἐς πόλεμον.
ὁ δή, ἐντὸς τῶν πρῳρέων πλέων ἐπῄει τε
καὶ τῆς αἰγιαλοῦ. ὡς δὲ καὶ ταύτας διεξέ-
πλωσε, καὶ ἐξέβη ἐκ τῆς νεὸς, μετεπέμ-
D ψατο Δημάρητον (b) Ἀρίστωνος συστρατευ-
όμενον αὐτῷ ὅτι τὴν Ἑλλάδα. καλέσας
δὲ αὐτὸν, εἴρετο τάδε, Ὦ Δημάρητε, νῦν
μοί σε ἡδύ τι ὂν ἐπείρεσθαι τὰ θέλω. σὺ
εἶς Ἕλλην τε, καὶ (ὡς ἐγὼ πευθάνομαι σεῦ
τε καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἐς λό-
γους ἀπικνεομένων) πόλιος οὐτ' ἐλαχίστης, οὐτ' ἀσθενεστάτης. νῦν ὦν μοι τόδε φράσον, εἰ
Ἕλληνες ὑποστήσονται χεῖρας ἐμοὶ ἀν-
ταφερόμενοι. οὐ γάρ, ὡς δοκέω ἐγὼ, οὐδ' εἰ
E πάντες Ἕλληνες, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τοῖς ἑ-
σπερίοις οἰκέοντες ἄνθρωποι συλλεχθείησαν,
ἱκανοί εἰσι ἐμὲ ὑπομεῖναι, μὴ ἐόντες ἀριθμοί. ἐθέλω μὲν νυν καὶ τόδε παρὰ σεῦ, οἷόν τι λέγεις περὶ αὐτέων, πυθέσθαι. ὁ
μὲν ταῦτα εἰρώτα. ὁ δὲ, ὑποπλαδὼν ἔφη,

Ἐνδοξοτάτας

Διεπάζητο

Ἐπιστάμενος

Συστρατευόμενον

Εἰρέσθαι

» Ὦ βασιλεῦ, κότερα ἀληθείῃ χρήσομαι πρὸς σε, ἢ ἡδονῇ; ὁ δὲ μιν ἀληθείῃ χρῆσθαι ἐκέλευε, φὰς οὐδέν οἱ ἀνδικήσεσθαι ἔτι πρότερον ἢ πρότερον. ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε » Δημάρητος, ἔλεγε τάδε, Βασιλεῦ, ἐπειδὴ » ἀληθείῃ ἀφοσιώσασθαι πρώτους με κε- » λεύεις, ταῦτα λέξομαι τὰ μὴ ψευδόμενος » ἵνα ὕστερον ὑπό σεο ἁλώσεται, τῇ Ἑλλὰ- » δι πενίη μοῦνα αἰεί κοτε σύντροφος ἐστί· ἀρε- » τὴ δὲ ἔπακτος ἐστί, ἀπό τε σοφίης κατερ- » γασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ· τῇ ἀφοσιωμέ- » νη ἡ Ἑλλὰς, τήν τε πενίην ἀπαμύνε- » ται, καὶ τὴν δεσποσύνην. αἰνέω μὲν νῦν » πρώτους Ἕλληνας τοὺς τῇδε κείνοις τοῖς Δω- » ρικοῖς χώροις οἰκημένους. ἔρχομαι δὲ λέ- » ξων οὐ τοῖσι πρώτοισι τοῖσδε τοὺς λόγους, ἀλ- » λὰ τοῖσι Λακεδαιμονίων μούνοισι πρῶτα » μέν, ὅτι οὐκ ἔστι ὅκως κοτὲ σοὶ δέξονται λό- » γοις δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλλάδι· αὖ- » τις δέ, ὡς ἀντιώσονταί τοι ἐς μάχην, καὶ » ἢν οἱ ἄλλοι Ἕλληνες πάντες τὰ σὰ φρο- » νέωσι. ἀριθμοῦ δὲ πέρι, μὴ πύθῃ ὅσοι τινὲς » ἐόντες ταῦτα ποιέειν οἷοί τέ εἰσι. ἢν τε γὰρ » τύχωσι ἑξακισχίλιοι χίλιοι, οὗτοι μαχέ- » σονταί τοι, ἢν τε ἐλάσσονες τουτέων, ἢν τε » καὶ πλέονες. ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, γε- » λάσας ἔφη, Δημάρητε, οἷ ἐφθέγξαο ἔπος, » ἀνδρὰς χιλίοις στρατιῇ τοσῇδε μαχέσα- » σθαι; ἄγε, εἰπέ μοι, σὺ φὴς τουτέων τῶν αὐ- » τῶν ἄρχειν αὐτὸς βασιλεὺς γενέσθαι; σὺ ὦν ἐ- » λθὼν αὐτίκα μάλα τοῖς ἀνδρας δέ- » κα μαχέσασθαι, καί τοι εἰ ὃ πολιτικὸν » ὑμῖν πᾶν ἐστὶ τοιοῦτον οἷ σὺ διαιρέῃς, σέ γε » τῶν κείνων βασιλῆα πρέπει τοῖς τὸ πλῆθος αὐτιτάσσεσθαι τοῖσι νόμοισι τοῖσι ὑμε- » τέροισι. εἰ γὰρ κείνων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς τῆς ἐμῆς αὐτάξιός ἐστι, σέ γε δίζη- » μαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον· καὶ οὕτω μὲν ὀρ- » θοῖ τὰ λεγόμενα ὁ λόγος ὁ τοῦδε σεῦ εἰρημένος. εἰ » δὲ τοιοῦτοί τε ἐόντες, καὶ μεγάθεα τοσοῦτοι ὅ- » σοι σύ τε καὶ οἱ παρ' ἐμὲ φοιτῶσι Ἑλλήνων » ἐς λόγους, αὐχεῖτε τοσοῦτον, ὅρα μὴ μάτην » κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη. ἐπεὶ » φέρε ἴδω πρὸς σὲ εἰκότι κῶς δυνατὸς χί- » λιοι, ἢ καὶ μύριοι, ἢ καὶ πεντακισμύριοι, ἐόν- » τες γε ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως, καὶ μὴ ὑπ' » ἑνὸς ἀρχόμενοι, στρατῷ τοσῷδε ἀντίσχωσι.

Vtra, inquit, apud te rex vtar? veritaténe an iucunditate? Ille vt veritate vteretur iubere. neque enim sibi ob id eum minus iucundum fore quàm antea fuisset. Hoc vbi Demaratus audiuit, Quoniam, inquit, me iubes, rex, omnino veritatem proloqui,[a] ea dicam quæ nemo nisi mentiens apud te postea carpet. Græcia sẽper quidem alumna fuit paupertatis, hospes virtutis, quam à sapientia acciuit & à seuera disciplina, quam vsurpans Græcia, & paupertatem[b] tuetur & dominatum. Ita laudo quidem omnes Græcos qui Dorica illa loca vel circa incolunt: sed non de cunctis eis verba faciam, verùm de Lacedæmoniis solis. Iã primùm nego fieri posse vt tuam orationem admittant, afferentẽ Græciæ seruitutẽ: deinde *annuo* venturos tibi obuiam ad pugnandũ, etiamsi cæteri Græci omnes sentiant tecum. Neque verò de numero eorũ quæras, quot illi sint qui hoc facere possint. nam si in exercitu eorum mille fuerint, ii tecum congredientur: & itẽ siue pauciores siue plures. Hæc quum audisset Xerxes, sublato cachinno inquit, Demarate, quódnam extulisti verbum? mille omnino viros cum tanto exercitu congressuros? Agedũ, dic mihi, nónne teipsum ais istorum virorum fuisse regẽ? vísne igitur sine mora tu cum decem viris dimicare? Quòd si vestri populares omnes tales sũt quales tu prædicas, profectò secundum vestra instituta debes tu, qui illorum es rex, duplum præstare quàm singuli eorum: qui si denis è meo exercitu pares sint, iure abs te posco vt viginti sis par: ita verba quæ dixisti, comprobabuntur. Atqui si tales sunt illi ac[c] tanta statura qualis quantúsque tu, ac cæteri Græci qui in colloquium meũ venerunt, videte ne, quum tantopere gloriamini, frustra id insolentérque faciatis. nam age intelligam quocunque argumento, vnde fieri queat vt mille aut decẽ millia atque quinquaginta millia hominum, qui præsertim omnes liberi, nec vnius imperio subiecti, tãto exercitui obsisterét:

a Ea dicentẽ ob quæ nemo à te postea mendacii conuincetur. Vel, *arguetur. Relinquitur autem pẽdens sententia, vt subaudiatur, Ita res se habet, Vel, Audi.*

b Propulsat

c Tantilla

quum ſimus nos plures quàm milleni ad ſingulos eorũ, ſi fuerint quinque millia. [a] Nam ſub vno (quemadmodum apud nos fit) imperatore milites, illius metu, etiam contra ſuam ipſorum naturã meliores efficiuntur, adactíque verberibus, vel pauciores aduerſus plures eunt: iidem remiſſo libero ſibi arbitrio, neutrum horum facerent. Adeo opinor Græcos etiam pares numero Perſis, ægrè cum eis ſolis certaturos. quinimo iſtud apud nos ſolos eſt quod ais: verùm non ita multum, ſed rarum. ſunt enim è Perſis meis [b] ſatellitib⁹ qui velint cum ternis Græcis pariter dimicare: quorum tu inexpertus multa blateras. Ad hæc Demaratus, Intelligebam, inquit, rex ab initio me vera dicentem, non iucundum tibi futurum: ſed quia tu dicere me veriſſima coegiſti, dixi quæ erant è dignitate Spartanorum. Quanquam ipſe optimè intelligis quantopere nunc illos ego amem, qui me honore & dignatione paterna exutum, extorré profugúmque fecerunt: quem pater tuus exceptum, victu ac domicilio donauit. Quare non eſt credibile virum prudentem reſpuere beneuolentiam exploratam, ſed maximè obſeruare. Ego autem neque cum decem promittam me poſſe dimicare, neque cum duobus: ac ne ſingulari quidem certamine volens certauerim. At ſi neceſſe fuerit, aut vehemens diſcrimen inſtiterit, libentiſſimè cũ vno quolibet iſtorum hominum dimicarem, qui ſe ſingulos aiunt idoneos ad certandum cum ternis Græcorum. Etenim Lacedæmonii pugnando cum ſingulis, non ſunt illi quidem cæteris deteriores viris: at conferti, cunctorum virorum ſunt excellentiſſimi. nam licet ſint liberi, non tamen ſunt vſquequaque liberi: quippe quibus præeſt domina lex, quam multo magis metuunt quàm tui te. Faciunt ergo quæcunque illa cogit. cogit autem idem ſemper, vetans ſemper eos ex acie fugere quantamuis hominum multitudinem: ſed iubens vt ordinẽ non deſerentes, aut vincant aut occumbant. Hæc ego loquẽs, ſi tibi blaterare videor,

a Nam ſi more noſtro vni parerent, illius metu ſtrenui magis quàm pro ſua natura reddi poſſent, & verberibus adacti adorirentur plures quàm ipſi eſſent: at nũc quum ſolutè & liberè viuant, horum certè neutrum fecerint.

b Haſtatis, *vt & ipſe antea eſt interpretatus.*

A ἐπεί τε πλοῦνες ὡυτὶ ἕνα ἕκαστον γινόμεθα, « ἢ χίλιοι, ἐόντων πέντε χιλιάδεων. οὐτω μὲν « γὰρ ἑνὸς ἀρχόμενοι καὶ τοῦτον τὸν ἡμέτερον, « ἡμῖν αἰ δειμαίνοντες τῶτον καὶ ὑπὲρ τὴν « ἑωυτῶν φύσιν ἀμείνονες· καὶ ἴσιεν αἰ ἀναγκαζό- « μενοι μάστιγι ἐς πλοῦνας ἐλάσσονες ἐόντες· « ἀφειμένοι δὲ ἐς τὸ ἐλεύθερον, οὐκ αἰ ποιέοιεν « ταυτέων τοῦτέρα. δοκέω δὲ ἔγωγε καὶ αἰ- « σωθέντας πλήθεϊ, χαλεπῶς αἰ Ἕλληνας « Πέρσῃσι μουνωθεῖσι μάχεσθαι. ἀλλὰ πρὸς ἡ- « μέων μὲν μουνωθεῖσι τῶτο ὃ σὺ λέγεις. ἔστι γε « μὲν πολλὸν, ἀλλὰ σπάνιον. εἰσὶ γὰρ Περ- « σέων τῶν ἐμῶν αἰχμοφόρων, οἳ ἐθελήσουσι « Ἑλλήνων ἀνδράσι τρισὶ ὁμοῦ μάχεσθαι. « τῶν σὺ ἐὼν ἄπειρος, πολλὰ φλυαρέᾳς. τοῦτο « τοῦτα Δημάρητος λέγει, Ὦ βασιλεῦ, ἀρ- « χῆθεν ἠπιστάμην ὅτι ἀληθείῃ χρεώμενος, ἀ- « φίλα τοι ἐρέω. σὺ δὲ ἐπεὶ ἠνάγκασας λέ- « γειν τῶν λόγων τοὺς ἀληθεστάτους, ἔλεγον τὰ « κατήκοντα Σπαρτιήτῃσι. καίτοι ὡς ἐγὼ τυγ- « χάνω τὰ νυῦ τάδε ἐξεργασ ἐκείνους, αὐτὸς « μάλιστα ἐξεπίστεαι· οἳ μὲ τιμίην τε καὶ γέ- « ρεα ἀπελόμενοι πατρῴα, ἀπολίν τε καὶ φυ- « γάδα πεποιήκασι· πατὴρ δὲ σὸς ὑποδε- « ξάμενος, βίον τέ μοι καὶ οἶκον δέδωκε. οὕκων « εἰκὸς ἐστὶ ἄνδρα τὸν σώφρονα βουλίοισι φαυλο- « μένοισι διωθέεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπέρχεσθαι μάλιστα. « ἐγὼ γοῦν οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχομαι οἷός τε « εἶναι μάχεσθαι, οὔτε δυοῖσι ἑκὼν γε εἶναι, οὐδ' « ἂν μουνομαχοίμην. εἰ δὲ ἀναγκαίη εἴη, ἢ μέ- « γας τις ὁ ἐποτρυνέων ἀγών, μαχοίμην ἂν « πρώτων ἥδιστα ἑνὶ τουτέων τῶν ἀνδρῶν, οἳ Ἑλ- « λήνων ἕκαστος φησὶ τριῶν ἀξιος εἶναι. ὡς δὲ 264
καὶ Λακεδαιμόνιοι, καθ' ἕνα μαχόμενοι, « οὐδαμῶν εἰσὶ κακίονες ἀνδρῶν· ἀλκέες δέ, ἀ- « ρηιοι ἀνδρῶν ἀπρήκτων. ἐλεύθεροι γὰρ ἐόν- « τες, οὐ πρήκτα ἐλεύθεροί εἰσι. ἔστι γὰρ « σφι δεσπότης, νόμος, τὸν ὑποδεδιμένοι πο- « λλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ σοὶ, σέ. ποιεῦσι « γὰρ τὰ ἂν ἐκεῖνος ἀνώγῃ. ἀνώγει δὲ τωὐτὸ « ἀεὶ, οὐκ ἐῶν φεύγειν τοσόνδε πλῆθος ἀν- « δρῶν ἐκ μάχης, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ « τάξει, νικᾶν, ἢ ἀπόλλυσθαι. σὺ « δὲ, εἰ φαίνομαι τοῦτα λέγων φλυρέειν, «

ex acie fugere quantamuis hominum multitudinem: ſed iubens vt ordinẽ non deſerentes, aut vincant aut occumbant. Hæc ego loquẽs, ſi tibi blaterare videor,

» ἄλλα σιγᾷν ἐθέλω τὸ λοιπόν. νῦν δὲ αἰνε- A volo posthac in cæteris silétium
» καθεὶς ἔλεξα. ἡμῖν μὲν τοι κατὰ νόον τοι agere. Hactenus loquutus sum
» βασιλεῦ. ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἀμείψατο. Ξέρ- coactus: tibi verò ex sententia
ξης δὲ ἐς γέλωτά τε ἐτρέψατο, & οὐκ ἐποι- cõtingat,rex.Hæc loquuto De-
ήσατο ὀργὴν οὐδεμίην, ἀλλ' ἠπίως αὐτὸν marato, Xerxes ad risum ver-
ἀπεπέμψατο. Τούτῳ δὲ ἐς λόγους ἐλθὼν sus,nulla indignatione permo-
Ξέρξης, καὶ ὑπάρχων ἐν τῷ Δοείσκῳ τούτῳ tus est, sed comiter hominẽ re-
καταστήσας Μασκάμην τὸν Μεγαδόστεω, misit. Post Demarati colloquiũ,
τὸν δὲ ὑπὸ Δαρείου ταχθέντα καταπαύ- vbi Doriſco præfecit prætorem
σας, ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν διὰ τῆς Θρηίκης Mascamem Megadostis filium,
ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. καταλιπὼν δὲ ἄνδρα τοι- B amoto eo quem Darius præfece-
όνδε Μασκάμην ἡμόρμενον, ᾧ μοιώῳ Ξέρ- rat, ire cum exercitu aduersus
ξης δῶρα πέμπεσκε, ὡς Ἀρισταγόρῃ πρώ- Græciam pergit.Huic Mascami,
των ὅσους κατέστησε αὐτὸς ἢ Δαρεῖος ὑπάρ- quem illic reliquit Xerxes, vni
χους· πέμπεσκε δὲ καὶ παῖδα ἑωυτοῦ. ὡς δὲ καὶ tanquam omnium prætorum
Ἀρτοξέρξης ὁ Ξέρξεω, τοῖσι Μασκαμείοισι præstantissimo quos aut ipse aut
ἐκγόνοισι. κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον τού- Darius constituisset, dona quot-
των τῆς ἐλάσιος ὑπάρχοι ἐν τῇ Θρηίκῃ καὶ annis misit: & item eius posteris
τῶν Ἑλλησπόντιον πρώτα χῆ. ὅτοι ὦν πρῶτοι, Artaxerxes filius Xerxis. Etenim
οἵ τε ἐκ Θρηίκης καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, πλὴν ante hanc expeditionẽ in Thra-
τοῦ ἐν Δοείσκῳ, ὑπὸ Ἑλλήνων ὕστερον τού- C cia & vbique in Hellespõto præ-
των τῆς στρατηλασίης ἐξηρέθησαν. τὸν δὲ ἐν tores fuerãt,qui omnes post ean-
Δοείσκῳ Μασκάμην οὐδαμοί κω ἐδυνήθησαν dem expeditionẽ à Græcis eiecti
ἐξελεῖν, πολλῶν πειρησαμένων. διὰ τοῦτο δὲ sũt & è Thracia & ex Helleſpon-
οἱ παῖδας πέμπεται φόρου τοῦ βασιλεύοντος to,præterquam è Doriſco. [a] vn- a At Mascamem hunc qui apud Doriscum erat, nulli eiicere potuerunt, multis licet id conatis.
de Mascamem Græci, permulta
conati,tamen eiicere nequierũt.
ob id huic ab eo qui in Perſis re-
gnat, ſemper dona mittuntur.
Eorum verò qui à Græcis expul-
ſi ſunt,neminem rex Xerxes vi-
rum egregium eſſe dixit, præter
vnum Bogem ex Eione, quem
laudare non deſinebat, eiúſque
qui ſuperfuere liberos maximo
inter Perſas honore proſeque-
batur. Siquidẽ magnis ferri lau-
dibus Boges meruit: qui quum
ab Atheniẽſibus & Cimone Mil-
tiadis filio obſideretur, licerétque ei accepta fide egredi & in
Aſiam remeare, tamen abnuit,
ne regi præ metu ſuperfuiſſe vi-
deretur,ſed ad extremum vſque
perſtitit: atque vbi nihil in mœ-
nibus commeatus reliquũ fuit,
accenſo ingenti rogo, interemit
liberos,coniugem, concubinas,
familiam: eóſque in rogum de-
iecit: dehinc omne aurum vrbis
atque argentum è muris diſper-
ſit in Strymonem. his actis, etiá
ſemetipſum coniecit in rogum.
Ita hic meritò à Perſis ad hoc vſ-
que tempus præconio celebra-
tur.

Xerxes è Doriſco in Græciam
tendens, vt quoſque populos

Ξέρξης δὲ ἐκ τοῦ Δοείσκου ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. τοὺς δὲ ἀεὶ γινομένους

adibat, ſecum militare cogebat. Erat autem (vt ſuperius à me expoſitum eſt) omnis ad Theſſaliã vſque tractus in ditionem redactus & regi tributarius effectus à Megabazo & mox à Mardonio. Digreſſus à Doriſco, præteriit primùm Samothracios muros, quorum vltimum oppidum ad veſperam ſitũ eſt, nomine Meſambria, cui vicinum eſt oppidũ Thaſiorum, Stryma: quæ oppida interfluit amnis Liſſus, cuius aqua tunc nõ ſuffecit copiis Xerxis, ſed defecit. Hæc olim regio vocabatur Galaica, nunc autem Briantica: quę tamẽ optimo iure Ciconum eſt. Tranſmiſſo profluente Liſſi arefacto, Xerxes has Græcas vrbes prætergreſſus eſt: Maroneam, Dicæam, Abdera, eas inquam præteriit, & hos qui iuxta eas ſunt, famoſiſſimos lacus, [a] Iſmaridem, qui Maroneã Strymámque interiacet: Biſtonidem Dicææ cõtiguum, in quẽ duo flumina ingrediũtur, Trau & Cõpſatus. Iuxta Abdera autẽ nullum nobilem lacũ præteriit Xerxes, ſed fluuium Neſtũ mare ſubeuntẽ. Poſt has regiones perrexit mediterraneas verſus vrbes: in quarum vna eſt lacus triginta ferme ſtadiorũ in circuitu, piſcoſus & admodum ſalſus: quẽ ſola iumenta quum aquarentur exſiccauere. Huic vrbi nomẽ eſt Piſſyrus. Has vrbes & maritimas & Græcas ſiniſtrorſũ relinquens præteriit Xerxes. Per quas autem gentes Thraciæ prouinciæ iter fecit, hæ ſunt: Pæti, Cicones, Biſtones, Sapæi, Derſæi, Edoni, Satræ. Quorum qui maritimi erãt, nauibus ſequuti ſunt: qui verò mediterranei (qui & cõmemorati ſunt à me) præter Satras, cæteri omnes terreſtri itinere ſequi coacti ſunt. Satræ nulli olim hominum, quantum nos ſcimus, fuere ſubiecti, ſed ſoli è Thracibus ad meam memoriam liberi ſemper perſtitere. Editos enim montes incolunt omnigenis arboribus ac niuibus obſitos: ſúntque viri in re bellica eximii.

[a] *Hæc nomina lacuũ, fœminina ſunt Græcis, quia λίμνη illis fœminini eſt generis. Idem & in ſeq. obſeruandum.*

A ἐμποδὼν, συστρατεύεσθαι ἠνάγκαζε. ἐδεδούλωτο γὰρ (ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) ἡ μέχρι Θεσσαλίης πᾶσα, καὶ ὑπὸ βασιλῆα δασμοφόρος, Μεγαβάζου τε καὶ ὕστερον Μαρδονίου. παρεμείβετο δὲ πορθμὸς ὁκόσον Δορίσκου, πρῶτα μὲν τὰ Σαμοθρηίκια τείχεα, τῶν ἑκάτη πεπόλισται πρὸς ἑσπέρην πόλις τῇ οὔνομά ἐστι Μεσαμβρίη· ἔχεται δὲ ταύτης Θασίων πόλις, Στρύμη· μεταξὺ δὲ σφέων τοῦ B μέσου Λίσσος ποταμὸς διαῤῥέει· ὃς τότε οὐκ ἀπέχετο τὸ ὕδωρ πρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε· ἡ δὲ χώρη αὕτη πάλαι μὲν ἐκαλέετο Γαλαϊκή, νεῶν δὲ Βριαντική. ἔστι μὲν τοῖσι δικαιοτάτῳ τῶν λόγων καὶ αὕτη Κικόνων. παραβὰς δὲ τὸν Λίσσου ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον ἀπεξεσμένον, πόλιας Ἑλληνίδας ταύτας παρεμείβετο, Μαρώνειαν, Δικαίαν, Ἄβδηρα. ταύτας τε δὴ παρεξήιε, καὶ κατὰ ταύτας, λίμνας ὀνομαστὰς ταύτας· Μαρωνείης μὲν μεταξὺ καὶ Στρύμης κειμένην Ἰσμαρίδα· κατὰ δὲ Δικαίαν, Βιστονίδα, ἐς τὴν ποταμοὶ δύο εἰσιοῦσι τὸ ὕδωρ, Τραῦός τε καὶ Κόμψατος. κατὰ δὲ Ἄβδηρα, λίμνην μὲν οὐδεμίαν ἐόσαν οὐνομαστὴν παρεμείψατο Ξέρξης, ποταμὸν δὲ Νέστον, ῥέοντα ἐς θάλασσαν. μετὰ δὲ ταύτας τὰς χώρας ἰὼν, τὰς ἠπειρώτιδας πόλις παρήιε· τῶν ἐν μιῇ λίμνῃ ἐόσαν τυγχάνει ὥστε τεσσεράκοντα σταδίων μάλιστά κη τὴν περίοδον, ἰχθυώδης τε καὶ κάρπα ἄλμυρή. ταύτην τὰ ὑποζύγια μόνα ἀρδόμενα αἰεξήρηνε. τῇ δὲ πόλι ταύτῃ οὔνομά ἐστι Πίσσυες. ταύτας μὲν δὴ τὰς C πόλις τὰς παραθαλασσίας τε καὶ Ἑλληνίδας ἐξ εὐωνύμου χειρὸς ἀπέργων παρεξήιε. ἔνθεα δὴ Θρηίκων, δι' ὧν τῆς χώρης ὁδὸν ἐποιέετο, τοσάδε· Παῖτοι, Κικόνες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἤδωνοί, Σάτραι. τούτεων οἱ μὲν παρὰ θάλασσαν κατοικημένοι τῆσι D νησοὶ εἵποντο· οἱ δὲ αὐτέων τὴν μεσόγαιαν οἰκέοντες, καταλεχθέντες τε ὑπ' ἐμεῦ, πλὴν Σατρέων, οἱ ἄλλοι πάντες, πεζοὶ ἀναγκαζόμενοι εἵποντο. Σάτραι δὲ οὐδενὸς κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλ' ἀεὶ ἐόντες ἐλεύθεροι μοῦνοι Θρηίκων. οἰκέουσί τε τὰ ὄρεα ὑψηλά, ἴδησί τε παντοίῃσι καὶ νιφάσι συνηρεφέα· καὶ εἰσὶ πολέμια ἄκροι.

265

Γίσυρος.

inquit,ſe, [a] vbi ad concilium retuliſſet, reſponſurum vtrum eorum eſſet facturus. Et quum in cócilium vocaſſet delectos Perſarum proceres, placuit ei Artemiſiam quoque ad conſultandũ accerſi: quam ſolam conſtabat antea quæ facienda eſſent intellexiſſe. Quæ vbi aduenit,eã Xerxes ſummotis aliis Perſarũ conſiliariis atque ſatellitibus, hunc in modum alloquutus eſt, Iubet me Mardonius hîc permanere ad tentandam Peloponneſum, negans vllam culpam huius damni eſſe penes Perſas atque pedeſtres copias, [b] ſed eis volentibus hoc tentari debere. Itaque aut hoc me facere hortatur, aut ſibi tradere triginta myriades delectorum militum ad ſubigendã mihi Græciam: me verò ad patrias ſedes cum reliquo exercitu reuerti. Tu igitur,quæ de pugna nauali non gerenda probè conſuluiſti, dicito vtrum mihi ſuadeas horum, quod eligendo bene mihi conſuluero. Hæc Xerxi conſultanti reſpondens Artemiſia, Arduũ,inquit,rex, [c] me dicẽtem tibi optima, proſperũ conſilium dare:tamen è ſtatu rerum præſentium mihi videtur eſſe faciendum vt tu ipſe domum remees: Mardonium verò hîc relinquas cum iis quos vult,ſi modò velit ille, atque recipiat ſe iſta facturum. Nam ſiue ea quæ ait ſe velle, ſubegerit, & hæc ei ex animi ſententia ſuccedant, [d] tua res domine agitur: quia id tui ſerui effecerint: ſiue Mardonio contra opinionem ſuam contingat, non magna ſanè calamitas erit, ſaluo & te & rerum domeſticarũ ſtatu. Etenim ſi incolumis es & domus tua,profectò Græci ſæpenumero pro ſeipſis multa certamina curſitabunt:at ſiquid contingat Mardonio cladis, id nullius erit momẽti, Græcíque vincendo non vicerint, ſeruo tuo interempto. Tu verò Athenis incenſis (cuius rei gratia expeditionẽ ſumpſiſti) reuerteris. Delectatus eo conſilio Xerxes,quod idẽ illa ſuaſiſſet quod ipſe haberet in animo: quippe qui (vt ego opinor) nõ remãſiſſet ſi vel cũcti atque cũctæ id ei ſuaſiſſẽt,adeo perterritus erat.

b Sed lubenter ſe reipſa id cõprobaturos. *Vel,Husus rei ſe documẽtum eſſe daturos.*

c Me tibi cõſulenti optimum dare conſilium.

d Quod geritur, tuum eſt. *Id eſt, Tuum cenſetur. Eius laus tibi adſcribitur.*

A βουλευσάμενος ἔφη ἀποκρινεῖσθαι, ὁκότερα ποιήσει τουτέων. ὡς δὲ ἐβουλεύετο ἅμα Περσέων τοῖσι ἐπιλήτοισι, ἔδοξέ οἱ καὶ Ἀρτεμισίῃ ἐπὶ συμβουλίῃ μεταπέμψασθαι, ὅτι πρότερον ἐφαίνετο μοῦνη γνοῦσα τὰ ποιητέα ἐών. ὡς δὲ ἀπίκετο ἡ Ἀρτεμισίη, μεταστησάμενος τοὺς ἄλλους τούς τε συμβούλους Περσέων, καὶ τοὺς δορυφόρους, ἔλεξε Ξέρξης τάδε, Κελεύει με Μαρδόνιος μίμνοντα αὐτοῦ, ἀποπειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου· λέ-
B γων ὡς μοι Πέρσαι τε καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς ὑπόδικός μεταίτιοι πάθεός εἰσι, ἀλλὰ βουλομένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδοξις. ἐμὲ ὦν ἢ ταῦτα κελεύοντα ποιέειν, ἢ αὐτὸς ἐθέλειν, τεσσεράκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος τοῦ στρατοῦ παραχρῆμα μοι τίνυ Ἑλλάδα δεδουλωμένην· αὐτὸν δέ με κελεύει ἀπελαύνειν σὺν τῷ λοιπῷ στρατῷ ἐς ἤθεα τὰ μά. σὺ ὦν ἐμοὶ, καὶ γὰρ περὶ τῆς ναυμαχίης βουλευσάμενος τῆς γνωμούσης ὁκόσα ποιέεσθαι, νικᾶν
C τε συμβούλευσον, ὁκότερα ποιέων ἐπιτύχω τοῦ βουλεύματος. ὁ μὲν ταῦτα συνεβούλευε. Ἰσὶ δὲ λέγει τάδε, Βασιλεῦ, χαλεπόν μὲν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα εἰπεῖν σφι. ἐπὶ μὲν τοῖσι κατήκοισι τοῖσι ἡμετέροισι, δοκέει μοι αὐτὸν μένειν ὀπίσω· Μαρδόνιον δὲ, εἰ ἐθέλει τε καὶ ἐπιτρέπει ταῦτα ποιήσειν, αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει. τοῦτο μὲν γὰρ, ἢν καταγρέψηται τὰ φησὶ ἐθέλειν, καὶ οἱ προσχωρήσῃ τὰ
D νοέων λέγει, σὸν τὸ ἔργον ὦ δέσποτα γίνεται. (ἡμῖν γὰρ σοὶ δοῦλοι κατεργάσθηται) τοῦτο δὲ, ἢν τὰ ἐναντία τῆς Μαρδονίου γνώμης γένηται, σοὶ μὲν οὐδεμίη συμφορὴ μεγάλη ἔσται, σέο τε πρεσβύτου, καὶ ἐκείνων τῶν πρηγμάτων πρὸς οἶκον τὸν σόν. ἢν γὰρ σύ τε πρὸς ἡμέων, καὶ οἶκος ὁ σὸς, πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται πρὸς σφέων αὐτέων οἱ Ἕλληνες. Μαρδονίου δὲ, ἢν τι πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται· οὐδέ τι νικῶντες οἱ Ἕλληνες νικῶσι, δοῦλον
E τὸν ἀπολέσαντες· σὺ δ' (τῷ εἵνεκα τὸν πόλεμον ἐποιήσω) πυρώσας τὰς Ἀθήνας, ἀπελᾷς. ἐπαινέθη τε δὴ τῇ συμβουλῇ Ξέρξης. λέγουσα γὰρ ἐπιτυγχάνει τὰ περ αὐτὸς ἐπινόεε. οὐδὲ γὰρ εἰ πάντες τε καὶ πᾶσαι συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμελλε αὖ, δοκέειν ἐμοί· οὕτω καταῤῥωδήκεε.

ἐπαινέσας

ἐπαινέσας δὲ τὴν Ἀρτεμισίην, ταύτην μὲν ἀποστέλλει ἄγουσαν αὐτοῦ τοὺς παῖδας ἐς Ἔφεσον. νόθοι γάρ τινες παῖδες οἱ συνεπέποντο. συνέπεμπε δὲ τοῖσι παισὶ φύλακον Ἑρμότιμον, γένος μὲν ἐόντα Πηδασέα, φερόμενον δὲ οὐ τὰ δεύτερα τῶν εὐνούχων παρὰ βασιλέϊ. οἱ δὲ Πηδασέες οἰκέουσι ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ. ἐν οἷσι τοῖσι Πηδασεύσι (τοῖσι τοιόνδε φέρει) τέρημα γίνεσθαι· ἐπεὰν τοῖσι Ἀμφικτύοσι πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος μέλλῃ τι σφέων κακὸν ἔσεσθαι μεγάλου, τότε ἡ ἱρείη αὐτοῦ τῆς Ἀθηναίης φύει πώγωνα μέγαν. τοῦτο δέ σφι δὶς ἤδη ἐγένετο. ἐκ τουτέων δὴ τῶν Πηδασέων ὁ Ἑρμότιμος ἦν· τῷ μεγίστῃ τίσις ἤδη ἀδικηθέντι ἐγένετο πρώτων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἁλόντα γὰρ αὐτὸν ὑπὸ πολεμίων, καὶ πωλεόμενον, ὠνέεται Πανιώνιος, ἀνὴρ Χῖος· ὃς τὴν ζόην κατεργάσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων. ὁκόσους γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἴδεος ἐπαμμένους, ἐκτάμνων, ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων. (παρὰ γὰρ τοῖσι βαρβάροισι τιμιώτερόν εἰσι οἱ εὐνοῦχοι, πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἀνορχέων) ἄλλους τε δὴ ὁ Πανιώνιος ὠφέλησε πολλούς, (οὔτε ποιεύμενος ἐκ τουτέων τὴν ζόην) καὶ δὴ καὶ τόνδε. καὶ οὐ γὰρ τὰ πρῶτα ἐδυστύχεε ὁ Ἑρμότιμος, ἀπικνέεται ἐκ τῶν Σαρδίων παρὰ βασιλῆα μετ' ἄλλων δώρων· χρόνου δὲ προϊόντος, πρώτων τῶν εὐνούχων ἐτιμήθη μάλιστα παρὰ Ξέρξῃ. ὡς δὲ τὸ στράτευμα τὸ Περσικὸν ὥρμα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους, ἐὼν ἐν Σάρδισι, ἐνθαῦτα κατιδὰς κῆ δή τι τέρημα ὁ Ἑρμότιμος ἐς γῆν τὴν Μυσίην, (τὴν Χῖοι μὲν νέμονται, Ἀταρνεὺς δὲ καλέεται) θυείσκῃ ἐνθαῦτα Πανιώνιον. ἐπίγνους δέ, ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φιλίους λόγους· πρῆγμα μέν οἱ καταλέγων ὅσα αὐτὸς δι' ἐκεῖνον ἔχοι ἀγαθά· δεύτερα δέ οἱ ὑπισχνούμενος ἀντὶ τουτέων ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσειεν, εἰ κομίσας τοὺς παῖδας οἰκέῃ ἐκείνῃ. ὥστε ὑποδεξάμενον ἄσμενον τοὺς λόγους Πανιώνιον, κομίσαι τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα. ὡς δὲ ἄρα πᾶσαν οἰκίην μιν ἐκτήσατο, ἔλεγε ὁ Ἑρμότιμος τάδε,

Πηδάσεσι

314

Artemisiam igitur laudatam dimisit, ducentem secum liberos regios Ephesum. nam aliquot eũ filii nothi comitabantur. Cũ quibus ad eorum custodiam misit Hermotimum, genere quidẽ Pedasensem, sed apud regem inter eunuchos nulli secundum. Incolunt autem Pedasenses super Halicarnassum: apud quos hoc rei fertur cõtingere, vt quoties Amphictyonensibus qui circa eam vrbem habitant aliquid aduersi certum intra tempus est euenturum, tunc Mineruæ antistiti, quæ illic est, grandis barba nascatur: quæ res bis apud eos accidit. Ex his Pedasẽsibus Hermotimus erat, cui maxima ex omnibus quos quidem ipsi nouimus, vltio contigit acceptæ iniuriæ. Siquidem cum captum ab hostibus ac venalem mercatus est Panionius vir Chius, ex hoc impurissimo quæstu quem factitabat, vitam ducens. nam quos pueros forma præditos coemerat, eos castrabat: ductósque aut Sardis aut Ephesũ, magna pecunia venundabat. Apud barbaros enim pretiosiores eunuchi sunt quàm qui non sunt castrati, [a] in omni genere, fidei gratia. Cæterùm vt alios permultos, ita hũc quoque Panionius execit, vt qui ex hac re vitam toleraret. Sed non vsquequaque infelix Hermotimus, è Sardibus ad regem cũ aliis muneribus deductus est, progressúque temporis ex omnibus eunuchis maximo in honore apud regem Xerxem est habitus. Quũ autẽ rex aduersus Athenas moueret è Sardibus, per id tempus Hermotimus cuiusdam negotii gratia descendit in agrum Mysium, qui à Chiis incolitur, sed Atarneus vocitatur: ibi inuentũ Panionium atque agnitum alloquutus est & multis & comibus verbis, primùm recẽsens ei quot per illum esset assequutus bona, deinde pollicens quam gratiam illius meriti foret relaturus, si homo cum suis domesticis illuc cõmigrasset. Ea oratione libẽter audita Panionius contulit se illuc cum vxore & liberis. Quẽ postea quam cum omni re familiari adeptus est Hermotimus, his verbis affatus est,

[a] Omnis fidei gratia. *ad verbũ, pro Quacunque in re fidere ipsis aliquũ velit. i. Quæcunque illi quæ cõmittere, in quibus eorum fidem experiatur.*

O omnium poſt homines natos ſceleſtiſſimum, qui ex nefandiſſima negotiatione quæſtum facis: quid aut ipſe ego, aut meorũ quiſpiam vel tibi vel tuorũ cuipiam mali fecit, [a] quòd ex viro neutrũ me reddidiſti? putabáſne fore vt quæ tunc machinabaris laterent deos? qui iuſta lege vtentes, te infandorum opificẽ tradiderunt in manus meas, [b] vt de pœna à me tibi irrogãda queri non poſſis. Hæc vbi exprobrauit homini, filiis in conſpectum eius adductis, qui quatuor erant, coegit patrem genitalia illorum recidere: quod quum coactus feciſſet, filii ſui adacti ſunt eius virilia abſcindere. Ita ſupplicium ab Hermotimo in Panionium rediit. Xerxes autem filiorum Epheſum deducendorum negotio Artemiſiæ demandato, accitum Mardonium iuſſit è copiis quas liberet eligere, vt conſentanea verbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die eſt actum. Noctu autem regis iuſſu præfecti claſſis è Phalero ſoluentes, retrò Helleſpontũ verſus abierunt, pro ſe quiſque accelerãtes ad cuſtodiendas rates quibus rex pertrãſiret. Qui quum ad Zoſterem aduentaret, minuta quædã continentis protenta promontoria barbari ſuſpicati nauigia eſſe, perdiu illinc aufugerunt: tandem deinde edocti non nauigia eſſe, ſed promontoria, in agmen ſeſe receperunt.

Vt autem dies illuxit, Græci cernentes ibidem pedeſtres copias hoſtium perſtare, rati claſſẽ quoque circa Phalerum eſſe, ac pugnam naualem commiſſum iri, ſe ad reſiſtendum apparabãt. Sed cognito illam vela feciſſe, confeſtim inſequendam ſibi cẽſebant: itaque eam inſequuti Andro tenus, cernere quũ nequiſſẽt, ad Andrum profecti conſultabant. Quibus Themiſtocles ſuadebat vt inſulas verſus profecti, claſſem hoſtium inſequẽtes, rectà ad Helleſpontum nauigarẽt, ſoluturi pontes. Huic cõtrariam EVrybiades opponebat ſententiam, quòd diceret fore vt ſi diſſoluerent rates, maxima ob id calamitate afficerent Græciam.

a Propter quod me ex viro nihil eſſe feceris? *Sic ad verbũ habent Græca, quæ Valla exponere videtur Volui ſſe, nõ reddere. nam eunuchus nihil eſt, quòd ſit neutrum, nec vir, nec fœmina. Ouidius, Hei mihi quòd dominã nec vir nec fœmina ſeruas. Idem in Ibin, Neque viro ſias nec vir nec fœmina, vt Atys.*

b Vt de pœna quam mihi datus es queri non poſſis. *Id eſt, Tã graues mihi des pœnas quàm tua flagitia merentur.*

Ὦ πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων τὸν βίον κτησάμενε, τί σε ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς, ἢ τῶν ἐμῶν τίς σε τοιοῦτόν τι ἐργάσατο, ὅστε, ἢ τῶν σῶν τινα, ὅτι με αὐτ' ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδὲν εἶναι; ἐδόκεές τε θεοὺς λήσειν οἷα ἐμηχανῶ τότε· οἵ σε τοιήσαντα ἀνόσια, νόμῳ δικαίῳ χρεώμενοι, ὑπήγαγον ἐς χέρας τὰς ἐμάς. ὥστε σε μὴ μεμφάσθαι τι ἀπ' ἐμέω τοι ἐσομένην δίκην. ὡς δὲ οἱ ταῦτα ὠνείδιζε, ἀχθέντων τῶν παίδων ἐς ὄψιν, ἠνάγκαζε ὁ Γανιώνιος τῶν ἑωυτοῦ παίδων τεσσέρων ἐόντων τὰ αἰδοῖα ἀποταμεῖν. ἀναγκαζομένους δὲ, ἐποίεε ταῦτα· αὐτός τε, ὡς ταῦτα ἐργάσατο, οἱ παῖδες ἀναγκαζόμενοι ἀπέταμνον. Γανιώνιον μὲν νυν οὕτω ἀπέλιπε ἡ τε τίσις καὶ ὁ Ἑρμότιμος. Ξέρξης δὲ, ὡς τοὺς παῖδας Ἀρτεμισίῃ ἐπέτρεψε ἀπαγαγεῖν ἐς Ἔφεσον, καλέσας Μαρδόνιον, ἐκέλευε μιν τῆς στρατιῆς ἀπολέγειν τοὺς αἱ βούλονται, καὶ ποιέειν τοῖσι λόγοισι τὰ ἔργα πειρώμενον ὁμοῖα. Ταῦτα μὲν τὴν ἡμέρην ἐς τοσοῦτον ἐγίνετο. τῆς δὲ νυκτὸς, κελεύσματος τοῦ βασιλέος, αἱ νῆες οἱ στρατηιοὶ ἐκ τοῦ Φαλήρου ἀπῆγον ὀπίσω ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος, ἀπαφυλαξούσας τὰς γεφύρας τοὺς διαβάντας βασιλέα. ἐπεὶ δὲ ἀπεχρῶντως ἐδόκεον ζωστῆρος πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου ταύτης, ἔδοξαν τε νῆας εἶναι, καὶ ἔφυγον ὅτι πολλόν. χρόνῳ δὲ μαθόντες ὅτι οὐ νῆες εἶεν, ἀλλ' ἄκραι, συλλεχθέντες, ἐχωρίζοντο.

Ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, ὁρέοντες οἱ Ἕλληνες κατὰ χώρην μένοντα τὸν στρατὸν τὸν πεζόν, ἤλπιζον καὶ τὰς νῆας εἶναι περὶ Φάληρον· ἐδόκεόν τε ναυμαχήσειν σφέας, παρτεόντό τε ὡς ἀμυνεύμενοι. ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο τὰς νῆας οἰχωκυίας, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐδόκεε διωκτέον εἶναι. τὸν μὲν νυν ναυτικὸν τὸν Ξέρξεω στρατὸν οὐκ ἐπείδον διώξαντες μέχρι Ἄνδρου. ἐς δὲ τὴν Ἄνδρον ἀπικόμενοι, ἐβουλεύοντο. Θεμιστοκλέης μὲν νυν γνώμην ἀπεδείκνυτο, διὰ νήσων τραπομένους, καὶ διώξαντας τὰς νῆας, πλώειν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, λύσοντάς τὰς γεφύρας. Εὐρυβιάδης δὲ τὴν ἐναντίην ταύτῃ γνώμην ἐτίθετο, λέγων ὡς εἰ λύσουσι τὰς γεφύρας, τοῦτ' ἂν μέγιστον πρήγματα σφεῖς κακὸν τῇ Ἑλλάδι ἐργάσαιντο.

ἐκέλευε μιν τῆς στραλ. διὰ βάλεται.

εἰ γὰρ ἀναγκασθείη ἀπολαμφθεὶς ὁ Πέρσης A μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, πειρῶτ' αὖ ἡσυχίαν μὴ ἄγειν. ὡς ἄρα τι μὴ οἱ ἡσυχίαν οὔτε τι προχωρέειν οἷόν τε ἔσται τῶν πρησσομένων, οὔτε τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται, λιμῷ τέ οἱ ἡ στρατιὴ διαφθερέεσθαι ὑπάρξει. ὅτε χρέοντι ὦν αὐτῷ, καὶ ἔρχου ἐπιόντος, πάντα τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ οἰκέοντα ἔσεσθαι προσχωρήσαντα, πόλιάς τε καὶ ἔθνεα, ἤτοι ἁλισκομένων γε, ἢ προδιδόντων. ἔφη τε ἔξειν σφέας τὸν ἐπέπειον αἰεὶ τῶν Ἑλλήνων καρπόν. ἀλλὰ δοκέειν γὰρ νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ, οὐ μενέειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸν Πέρσεα. ἑωυτὸν ὦν εἰς φεύγειν ἐς ὃ ἔλθῃ φεύγων ἐς τὠυτοῦ. δεῖν δὲ μετὰ ταῦτα ἐκείνου ποιέεσθαι πᾶσαν τὸν ἀγῶνα ἐκέλευε. ταύτης δὲ εἴρητο τῆς γνώμης καὶ Πελοποννησίων τοῖσι ἄλλων στρατηγοί. ὡς δὲ ἔμαθε ὅτι οὐ πείσει τοὺς γε πολλοὺς πλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ὁ Θεμιστοκλέης, μεταλλῶν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, (οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐκπεφυγότων τὸν πόλεμον ἐτύγχανον) ὥρμεατό τε ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πλώειν, καὶ ὅτε σφέων αὐτέων βαλλόμενοι, καὶ οἱ ἄλλοι μὴ βουλοίατο, ἔλεγε σφι τάδε,

» Καὶ αὐτὸς ἤδη πολλοῖσι πρεσβεύμενος, καὶ » πολλῷ πλέω ἀκήκοα τοιάδε γενέσθαι· ἄν- » δρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας, νενικημέ- » νους ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν » προτέρην κακότητα· ἡμεῖς δέ, (εὕρημα γὰρ » εὑρήκαμεν, ἡμέας τε αὐτοὺς καὶ τοὺς Ἕλλα- » δα, πέφος τοσοῦτον αἰθερίων ἀνωσάμενοι) D » μὴ διώκωμεν ἄνδρας φεύγοντας. τάδε γὰρ » οὐκ ἡμεῖς κατεργασάμεθα, ἀλλὰ θεοί τε » καὶ ἥρωες, οἳ ἐφθόνησαν αὐδρὶ ἑνὶ τῆς τε Ἀ- » σίης καὶ τῆς Εὐρώπης βασιλεῦσαι, ἐόντα ἀ- » νόσιόν τε καὶ ἀπάθαλον· ὃς τά τε ἱρὰ καὶ τὰ ἴ- » δια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπράς τε καὶ κα- » ταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα· ὃς καὶ » τὴν θάλασσαν ἀπεμαστίγωσε, πέδας τε » κατῆκε. ἀλλ' οὗ γὰρ ἔχει ἐς ὃ παρεὸν ἡμῖν » νεῶν μὴ ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντες, ἡ- E » μέων τε αὐτέων ἀτιμεληθῶμεν καὶ τῶν οἰ- » κετέων. καί τις οἰκίην τε ἀναπλασσάσθω, » καὶ σίτου ἀναγκαίου ἐχέτω, πρὶν τελέως ἀπε- » λάσας τὸν βάρβαρον· ἅμα δὲ τῷ ἔαρι » καταπλέωμεν ἐπὶ Ἑλλησπόντου καὶ Ἰωνίης.

καταμείναντας ἡμέων τε αὐτέων ἀτιμεληθῆναι

a Persa enim, si deprehensus manere in Græcia cogeretur, non quieturus, quòd sibi otium quidem agenti nec vlla res posset procedere, nec vllus retrò ostenderetur recept⁹, & exercitus suus fame conficeretur procedenti. nec verò & rebus gerendis operam dăti omnia possent per Europam succedere, tum in vrbibus, tum in nationibus quæ vel captæ fuissent, vel antea sese dedidissent: quinetiam rem frumentariam habiturum ex annuis sẽper fructibus Græcorum. Nunc autem videri, illum vtpote victũ nauali prælio, non perstiturum in Europa: ideóque permittendum fugere, dum in terrã suam fugiendo peruenirẽt. de qua terra deinde certamẽ fieri iubebat. Huic sententiæ aliorum Pelopõnensium duces assẽsere. At Themistocles, postquã animaduertit se non posse plerisque persuadere vt ad Hellespontum nauigarent, adiit Atheniẽses, qui præcipuè indignabantur hostem effugere, animatíque erant ad nauigandum in Hellespontum, etiã per seipsos, si cæteri recusassent. Eósque ita est alloquutus, Et ipse multis iam huiusmodi casibus interfui, & de multo pluribus audiui talia contigisse, viros ad necessitatem redactos prælium instauraſſe, & superiorem quã accepissent calamitatem emẽdasse: itaque nos, quoniam inuenimus quo pacto & nosipsos & Græciã tueremur, repulsa tanta hominũ nube, non insequamur eos fugiẽtes. Neque enim nos ista effecimus, sed dii pariter & heroes, qui inuiderunt vnum esse virum & Asiæ regem & Europæ, qui sit impiissimus atque scelestus: qui sacra perinde atque profana habẽs, vtraque incendit, deorúmque simulacra subuertit: qui & mare cecîdit flagellis, & compedes in illud deiecit. Sed bene nobiscum in præsẽs tempus agitur. ideóque nũc quidẽ vt & nostri ipsorũ & nostrorũ domesticorũ curã geram⁹, & vt spatiũ quis ad reficiẽdas ædes, faciẽdámq; semẽtẽ habeat, in Græcia maneamus, barbaro prorsus ejecto: quũ autẽ ver appetet, tũc ĩ Hellespótũ & Ioniã nauigem⁹.

a Persam enim, si interceptus manere in Græcia cogeretur, minimè quieturum. *id est, aliquid tentaturũ.* quòd quiescenti nec quicquam successurũ foret, nec vllus ad sua receptus futurus esset, & exercitus fame periturus foret: at si aliquid tentaret, omnia poss. *Vel, Fore enim vt Persa si intercept. &c.* à bello non abstineret.

Hæc dicebat Themiſtocles, animo ſibi apud Perſam ſubſidium comparádi, vt ſiquid apud Athenienſes accideret aduerſi ſibi, haberet quò ſe conuerteret: prout & contigit. Hæc dicenti Themiſtocli Athenienſes, quum tamen ab eo deciperentur, aſſenſi ſunt. [a] nam quum antea prudēs habitus fuiſſet, poſtea verò prudens ac bona cōſulens compertus eſſet, prorſus ad ei aſſentiendum prompti erant. Ille, vbi Athenienſes ipſius ſententiā probauere, miſit eueſtigio viros quoſdam cum nauigio ad exponenda regi mandata, iuſſos tacere, etſi in omne tormentum deuenirent: quorum vnus erat [b] Sicinus eius contubernalis. Hi poſteaquam ad Atticam peruenere, cæteris apud nauigium remanētibus, ipſe ad regem aſcendit, atque ita eum alloquutus eſt, Themiſtocles, Neoclis filius, dux quidem Athenienſium, ſed inter omnes ſocios vir optimus ac ſapientiſſimus, miſit me tibi denūtiatum, gratia tibi inſeruiendi ſe retinuiſſe Græcos, claſſem tuam inſequendi cupidos, pontéſque qui ſunt in Helleſponto ſoluendi: Itaque nunc [c] magno cum ſilentio te illuc recipias. Hac re nūtiata, iſti abiere.

At Græci, poſteaquam decreuerunt neque perſequendā ſibi vlterius barbarorum claſſem, neque nauigandum in Helleſpontum, ad ſoluendum traiectum, Andrum obſederunt, animo illā delendi. nam primi ex inſulanis Andrii pecunias poſcenti Themiſtocli denegauerant, eíque allegāti Athenienſes illuc ire duobus magnis numinibus fretos, Suadela & Neceſſitate, & ita ſibi dandas vtique eſſe pecunias, reſponderant [d] Athenas proportione magnas eſſe atque felices, & diis propitiis bene proceſſiſſe. nam ſe ad maximam ſoli tenuitatem redactos, Andriorúmque inſulam totidē propitia numina nūquam derelinquere, ſed ſemper incolere, Inopiā & Impoſſibilitatē: quib⁹ diis obnoxios Andrios pecuniā nō daturos. nūquā enim Andriorū impoſſibilitate

a Nam quum vt antea prudēs habebatur, ita etiā re ipſa prudens & conſultus cōpertus eſſet. *Vel, Vt antea ſapiens habeb.*

b Ille Sicinus. *eum videlicet fabulæ fuiſſe modò mētio.*

c Sine vlla præcipitatione. *Ad Verbū, Cum magna quiete. Gall. Tout à ton aiſe.*

d Athenas meritò eſſe magnas & opulentas, quippe quæ vtilibus deabus bene inſtructæ eſſent: *Vel, quibus duæ Græcæ deæ ſuppeterēt.* at verò Andrios ſolum inops incolere, duáſque inutiles deas nūquam inſulam ipſorum relinquere, ſed in ea gratū domicilium ſemper habere, Paupertatem videlicet & Impoſſibilitatem: quæ deæ quū Andriis obtigiſſent, non eſſe daturos pecunias.

A Ταῦτα ἔλεγε, ὑποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Περσέα· ἵνα ἢν ἄρα τι μιν καταλαμβάνῃ τοῖσι Ἀθηναίων πάθος, ἔχῃ ἀποστροφὴν. πάσῃ ὧν καὶ ἐγίνετο. Θεμιστοκλέης ταῦτα μὲν λέγων, διέβαλλε, Ἀθηναῖοι δὲ ἐπείθοντο· ὅτῳ γὰρ καὶ πρότερον δεδογμένος εἴη σοφὸς, ἐφάνη ἐὼν ἀληθέως σοφός τε καὶ βούλευς, πρώτους ἑτοίμους ἔσεσθαι λέγοντι πείθεσθαι. ὡς δὲ οὗτοί οἱ ἀναγνωσμένοι ἔσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ὁ Θεμιστοκλέης ἀνδρας

B ἀπέπεμπε ἐς Ἄργους πλοῖον, τοῖσι ἐπέτελλε σιγᾶν, ἐς πᾶσαν βάσανον ἀπικομένοισι, τὰ αὐτὸς συνετείλατο βασιλεῖ φράσαι· τῷ καὶ Σίκινος ὁ οἰκέτης αὐτοῦ ἐγίνετο. οἱ ὅτε ἀπίκοντο πρὸς τὴν Ἀττικήν, οἱ μὲν κατέμενον ὅτι τοῦ πλοίου, Σίκινος δὲ ἀναβὰς παρὰ Ξέρξεα, ἔλεγε τάδε, Ἔπεμψέ με Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος, στρατηγὸς μὲν Ἀθηναίων, ἀνὴρ δὲ τῶν συμμάχων πρώτων ἀείσος καὶ σοφώτατος, φράσοντά τοι ὅτι Θεμι-

C στοκλέης ὁ Ἀθηναῖος, ἐὶ βουλόμην ὑπουργέειν, ἔχει σὺ Ἕλληνας, τὰς νῆας βουλομένους διώκειν, καὶ τὰς ὑπ Ἑλλήσποντον φεύγοντας λύειν. καὶ νῦν κατ ἡσυχίην πολλὴν κομίζεο. Οἱ μὲν, ταῦτα σημήναντες, ἀπέπλεον ὀπίσω.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε σφι ἀπέδοξε μήτ ὅτι διώκειν ἔτι τοσοῦτον τῶν βαρβάρων τὰς νῆας, μήτε πλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, λύσοντας τὸν πόρον, τὴν Ἄνδρον περιεκάτηντο, ἐξελεῖν ἐθέλοντες. πρῶτοι γὰρ Ἀνδρίοι νησιωτέων, χρήματα αἰτηθέντες

D ὑπὸ Θεμιστοκλέος, οὐκ ἔδοσαν· ἀλλὰ προφερομένου Θεμιστοκλέος λόγον τόνδε, ὡς ἥκοιεν Ἀθηναῖοι τοῖσι ἑωυτοὺς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, πειθώ τε καὶ ἀναγκαίην, οὕτω τέ σφι κέρτα δοτέα εἴη χρήματα· ὑπεκρίναντο τοῖσδε τοῖσι ταῦτα, λέγοντες ὡς καὶ λόγον ἔσαν ἄξια αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες, καὶ θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν εὖ.

E ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἰ ἐοικυίας ἐς ταὐτὰ λίσσα αὐήκοντας, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων τὴν νῆσον, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρέειν, πενίῃ τε καὶ ἀμηχανίῃ· καὶ τούτεων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους, οὐ δώσειν χρήματα. οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν

316

ἀδυναμίης τῆς Ἀθηναίων δυνάμιος εἰς χρέωσιν. οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα ὑποκρινάμενοι, καὶ οὐ δόντες χρήματα, ἐπολιορκέοντο. Θεμιστοκλέης δέ, οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεονεκτέων, ἐξέπεμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους ἀπειλητηρίους λόγους, αἰτέων χρήματα ἅμα τῷ αὐτέων ἀγγέλῳ, χρεώμενος λόγοισι τοῖσι ἐς ἐκείνους Ἀνδρίοις ἐχρήσατο· λέγων ὡς εἰ μὴ δώσουσι ταῦτα αἰτεόμενον, ἐπάξει τὴν στρατιὴν τὴν Ἑλλήνων, καὶ πολιορκέων ἐξαιρήσει. λέγων ταῦτα, συνέλεγε χρήματα μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παρίων· οἱ πυθανόμενοι τὴν τε Ἄνδρον ὡς πολιορκέοιτο, δείσαντες μὴ ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλέα, ὡς εἴη ἐν αἰνῇ μεγίστῃ τῶν στρατηγῶν, δείσαντες ταῦτα, ἔπεμπον χρήματα. εἰ δὲ δή τινες καὶ ἄλλοι ἐδόσαν νησιωτέων, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δέ τινας καὶ ἄλλους δοῦναι, καὶ οὐ τούτους μούνους. καίτοι Καρυστίοισι γε οὐδὲν τούτου εἵνεκα, τῶν κακῶν ἐπαρκέσαι ἐγένετο· Πάριοι δὲ Θεμιστοκλέα χρήμασι θωπεύσαντες, διέφυγον τὸ στράτευμα. Θεμιστοκλέης μὲν νυν. ἐξ Ἄνδρου ὁρμεώμενος, χρήματα παρὰ νησιωτέων ἠτέετο, λαθὼν τοὺς ἄλλων στρατηγούς.

Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξεα, ὅτε σχόντες ὀλίγας ἡμέρας μετὰ τὴν ναυμαχίην, ἐξήλαυνον ἐς Βοιωτοὺς τὴν αὐτὴν ὁδόν. ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν πρόπεμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνοίξαι εἰς τὸ ἔτεος πολεμέειν· χειμερίσαι δὲ ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου· ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα Μαρδόνιος ἐξελέγετο πρῶτον μὲν Πέρσας πάντας τοὺς ἀθανάτους καλεομένους, πλὴν Ὑδάρνεος τοῦ στρατηγοῦ. οὗτος γὰρ οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλέος· μετὰ δέ, τῶν ἄλλων Περσέων τοὺς θωρηκοφόρους, καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην· καὶ Μήδους τε καὶ Σάκας, καὶ Βακτρίους, καὶ Ἰνδούς, καὶ τὸν πεζὸν, καὶ τὴν ἄλλην ἵππον. ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα εἵλετο· ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους, τοῖσι εἴδεά τε ὑπῆρχε ἀξιολεγόν, καὶ εἴ τεοισί τι χρηστὸν συνήδεε πεποιημένον. ἐκ δὲ, πλεῖστον ἔθνος Πέρσας αἱρέετο, ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψελιοφόρους· ὅπισθε δὲ, Μήδους. ὅτοι δὲ πλῆθος μὲν οὐκ ἐλάσσονες ἦσαν τῶν Περσέων,

A validiorem fore Athenienſium potentiam. Hæc illi quum reſpõdiſſent, nec pecuniam dediſſent, obſidebantur. Themiſtocles verò (a neque enim vnquam acquirẽdo ceſſabat) ad cæteras inſulas minacia verba mittens, pecuniam flagitabat, eiſdem nuntiis eiſdémque verbis vtens quibus apud Andrios fuerat vſus: niſi pecuniam darent quam poſcerentur, exercitum ſe Græcorũ illuc adducturum, & eam inſulã B obſeſſam deleturum. Hæc dicendo, ingentem pecuniæ vim coegit à Caryſtiis atque à Pariis: qui audito tum Andrum obſideri quòd cum Medis ſenſiſſent, tum Themiſtoclem maximo in honore inter duces eſſe, hoc metu pecuniam miſere. Aliarum autẽ inſularum aliqua pecuniam dederit nécne, affirmare nequeo: reor tamẽ alias quoque dediſſe, non has ſolùm. Quanquam Caryſtiis ne hac quidem re contigit effugere cladem, vt Pariis, qui Themiſtocle pecunia delinito, C hoſtem deuitarunt. Ita Themiſtocles ex Andro profectus; clã cæteris ducibus exegit pecunias ab inſulanis.

At copiæ Xerxis illic aliquot poſt pugnam dies immoratæ, mouerunt in Bœotos eadẽ qua venerant via. Quippe Mardonio viſum eſt ſimul regem præmittere, (intempeſtiuum enim propter anni tempus belligerari) ſimul in Theſſalia ſatius eſſe hyber D nare, & deinde ineunte vere tentare Peloponneſũ. Is vbi in Theſſaliam peruenit, ibi ante omnia, decem millia Perſarum qui immortales vocantur elegit, excepto eorum duce Hydarne, qui negauit ſe regem eſſe relicturũ. Item ex aliis Perſis thoracatos, & b mille equites: ad hæc Medorũ, Sacarũ, Indorũ peditatũ equitatúmque. Has nationes ſibi totas E deſũpſit: ex aliis autẽ ſociis paucos, quorũ duntaxat aut c ſpeciẽ animaduertebat, aut aliquod egregium facinus cognouerat. Sed plurimos ex vna gente Perſarum delegit torquatos & armillatos: ſecũdo loco Medos, qui nõ numero Perſis inferiores erant,

a Semper enim corradendæ alicunde pecuniæ cupidus erat.

b Illos mille eq.

c Indolem

sed robore: ita vt vniuersi, trigin ta myriades vnà cum equitibus essẽt. Hoc interim tempore quo Mardonius habet delectum copiarum, & Xerxes circa Thessaliam agit, oraculum è Delphis ad Lacedæmonios venit vt Xerxẽ pœnas necis Leonidę repoſcerẽt, & quod daretur ex eo reciperẽt. Mittunt igitur quamcitiſſimè Spartiatæ caduceatorem. Is adhuc in Theſſalia nactus exercitũ, vbi in conſpectum Xerxis venit, ità verba fecit, Rex Medorum, Lacedæmonii te & Heraclidę qui è Sparta ſunt pœnas cædis repoſcunt, quòd regem ipſorũ interemiſti, dum Græciam protegit. Ad ea Xerxes cachinnos tollit: ac diu reſponſo nõ reddito, Hic, inquit, (monſtrato Mardonio, vt ille ei aſſiſtebat) pœnas tales dabit quales illos decent. Caduceator hoc reſponſo accepto diſceſſit. Xerxes Mardonio in Theſſalia relicto, ipſe ad Helleſpontum ire maturabat: intráque quinque & quadraginta dies ad traiectum peruenit, nullâ propemodum partẽ copiarum ducens: quæ quocunque veniebant & ad quoſcunque homines, eorum direptis fructibus veſcebãtur: vbi autem nihil fructuum reperiebant, ipſa herba, vt è ſolo germinabat: nonnulli, delibatis corticibus, & ſtrictis frondibus arborum tam agreſtium quàm manſuetarum, nihil omninò relinquentes. hoc autem præ fame facere cogebantur. Quos deinde peſtilentia excipiente ac dyſenteria, *id eſt tormínibus*, inter viã extinguebantur. Eorum etiam nonnullos Xerxes ægrotos reliquit, iniungens ciuitatibus, vt in quanque veniebat, vti illos curarent & paſcerent: quoſdam etiã in Theſſalia, & aliquot in Siri Pæoniæ, & in Macedonia: vbi ſacrum Iouis currum, quẽ in Græciam tẽdens reliquerat, reuerſus non *offendit. Eũ Pæones Thracibus quum dediſſent, tamen repoſcenti Xerxi dixere, vnà eum equis inter paſcendum fuiſſe abactum à Thracibus qui ſuperiora Strymonis circa fontes incolerent. Quo in loco rex Biſaltcorũ

a Recepit.

ῥώμῃ δὲ ἔασαν. ὥστε σύμπαντας, τεσσεράκοντα μυριάδας γενέσθαι σὺν ἱππεῦσι. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐν τῷ Μαρδονίου τε τῷ στρατιῷ διέκρινε, καὶ Ξέρξης ἐν τῷ Θεσσαλίῃ, χρηστήριον ἐληλύθεε ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι, Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τῶ Λεωνίδεω φόνου, καὶ τὸ διδόμενον δέχεσθαι. πέμποισι δὴ κήρυκα τῷ ταχίστην Σπαρτιήτην· ὃς ὅπως κατέλαβε ἐόσσομενον ἐπὶ πάσσῃ τῷ στρατιῷ ἐν Θεσσαλίῃ, ἐλθὼν ἐς ὄψιν τῷ Ξέρξεω, ἔλεγε τάδε, Ὦ βασιλεῦ Μήδων, Λακεδαιμόνιοί τέ σε καὶ Ἡρακλεῖδαι οἱ ἀπὸ Σπάρτης αἰτέουσι φόνου δίκας, ὅτι σφέων τὸν βασιλῆα ἀπέκτεινας ῥυόμενον τὴν Ἑλλάδα. ὁ δέ, γελάσας τε καὶ καταοχὼν πολλὸν χρόνον, ὡς οἱ ἐτύγχανε παρεστεὼς Μαρδόνιος, δείκνυσι ἐς τοῦτον, εἶπε, Τοιγὰρ σφι Μαρδόνιος ὅδε δίκας δώσει τοιαύτας οἵας ἐκείνοισι πρέπει. ὁ μὲν δή, δεξάμενος τὸ ῥηθέν, ἀπαλλάσσετο· Ξέρξης δὲ Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπών, αὐτὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐς τὴν Ἑλλήσποντον· καὶ ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς Ἀβυδηνῶν, ἐν πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος, ὡς εἶπαν. ὅκου δὲ πορευόμενοι γινοίατο, καὶ κατ' οὔς τινας ἀνθρώπους, τούτεων καρπὸν ἁρπάζοντες ἐσιτέοντο· εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὕροιεν, τὸ δὲ τῷ ποίῳ τῷ ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένῳ, καὶ τὸ δενδρέων τὸν φλοιὸν ἐξελέποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον, ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων· καὶ ἔλιπον οὐδέν. ὥστε δὴ ἐποίουν λιμοῦ. ὑπολαβὼν δὲ λοιμὸς τότε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη κατ' ὁδὸν ἔφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτέων κατέλιπε, ὑπισχνεόμενος τῇσι πόλισι, ἵνα ἐκ τούτου γίνηται ἐλαύνων, μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν· ἐν Θεσσαλίῃ τε τινας, καὶ ἐν Σίρι τῇς Παιονίης, καὶ ἐν Μακεδονίῃ. ἔνθα καὶ ὁ ἱερὸν ἅρμα κατάλιπων τοῦ Διὸς, ὅτε ὑπὸ τῷ Ἑλλάδα ἤλαυνε ἀπίων, οὐκ ἀπέλαβε· ἀλλὰ δόντες οἱ Παίονες τοῖσι Θρῄιξι, ἀπαιτέοντος Ξέρξεω, ἔφασαν νεμομένας ἁρπαχθῆναι ὑπὸ τῶν αὖθι Θρηίκων τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυμόνος οἰκεομένων. ἔνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασιλεὺς

317

κατὰ χ' οἰκημένων.

γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς, Θρηϊξ, ἔργον ἐπάρ- A
φυες εἰργάσατο· ὃς δ' τε αὐτὸς ἔφη τῷ Ξέρ-
ξῃ ἑκὼν εἶ) δουλεύσειν, ἀλλ' οἴχετο αὖθις ἐς τὸ
οὖρος τὸ Ῥοδόπην, τοῖσί τε παισὶ ἀπηγόρ-
ευε μὴ στρατεύεσθαι ὅτι τῷ Ἑλλάδα.
Οἱ δὲ, ἀληθήσαντες, ἢ ἄλλως σφι θυμὸς ἐγ-
ένετο θήσασθαι τὸν πόλεμον, ἐστρατεύοντο
ἅμα τῷ Πέρσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἀσι-
νέες πάντες, ἓξ ἐόντες, ἐξώρυξε αὐτέων ὁ πα-
τὴρ τοὺς ὀφθαλμούς, διὰ τὸ αἰτίην τοιήν-
δε. καὶ οὗτοι μὲν τοῦτον τὸν μισθὸν ἔλαβον. B
Οἱ δὲ Πέρσαι, ὡς ἐκ τῆς Θρηϊκῆς πορευόμε-
νοι ἀπίκοντο ὅτι τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι,
Ἑλλήσποντον τῇσι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄ-
βυδον. τὰς γὰρ γεφύρας οὐκ εὗρον ἔτι ἐούσας,
ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. ἐνθαῦτα δὴ κατεχόμενοι, σιτία πλέω ἢ κατ'
ὁδὸν ἐλάγχανον· σῦάένα τε κόσμον ἐμπι-
πλάμενοι, καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες, ἀπέ-
θνησκον τοῦ στρατοῦ τοῦ πρόσθεόντος πολλοί. Οἱ C
δὲ λοιποὶ ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέονται ἐς Σάρ-
δις. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὅδε λεγόμενος λόγος,
ὡς, ὅτε Ξέρξης ἀπελαύνων ὅδε Ἀθηναίων,
ἀπίκετο ὅτ' Ἠιόνα τὴν ὅτι Στρυμόνι, ἐνθεῦτεν οὐκέτι ὁδοιποριῇσι διεχρέετο, ἀλλὰ
τῷ μὲν στρατιῷ Υδάρνῃ ὅτι πρέπει ἀπάγειν ἐς Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δ' ὅτι νηὸς
Φοινίσσης ὅτι βάς, ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην.
πλέοντα δέ μιν αἴσημον Στρυμονίῃ ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην· καὶ δή, μᾶλ-
λον γάρ τι χειμαίνεσθαι γεμούσης τῆς νηός, D
ὥστε ὅτι τῶν καταστρώματος ἐπεόντων συ-
χνῶν Περσέων τῷ σεῦ Ξέρξῃ κομιζομένων,
ἐνθαῦτα ἐς δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλῆα, εἰ-
ρέσθαι βώσαντα τὸν κυβερνήτεα, εἰ τις ὅτι
σφι σωτηρίη. καὶ τὸν εἰπεῖν, Δέσποτα, οὐκ
ἔστιν οὐδεμίη, εἰ μὴ τουτέων ἀπαλλαγή τις
γένηται τῶν πολλῶν ὅτι βατέων. καὶ Ξέρ-
ξεα λέγεται ἀκούσαντα ταῦτα, εἰπεῖν, Ἄν-
δρες Πέρσαι, νῦν τις δείξαι δόξάτω ὑμέων,
βασιλῆος κηδόμενος· ἐν ὑμῖν γὰρ ἔοικε ἐμοὶ E
εἶ) ἡ σωτηρίη. Οἱ μὲν ταῦτα λέγειν τοὺς
δὲ, προσκυνέοντας, ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασ-
σαν· καὶ τὴν νῆα ὅτι κουφισθεῖσαν, οὕτω δὴ
ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. ὡς δὲ ἐκβῆναι
τάχιστα ἐς γῆν Ξέρξεα, ποιῆσαι τοιόνδε·
ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλῆος τὴν ψυχὴν, δωρή-

ac terræ Creſtonicæ, Thrax, facinus eximium fecit. hic & ſe volentem negauit Xerxi ſeruiturũ, eôque in edita montis Rhodopes abiit: & filiis vetuit ne aduerſus Græciam militarent. Illi patre contemptui habito, ſiue alioqui belli libidine inſpiciũdi, militauere cum Xerxe. qui poſtquã incolumes reuerterũt, omnibus pater (erant autem ſex) ob eam cauſam oculos effodit. Et iſti quidem hanc mercedẽ acceperunt. Perſæ autem, vbi citato itinere ad traiectum peruenere, Helleſpontum nauibus traiecere ad Abydum. non enim intentas iam rates inuenere, ſed tempeſtate diſſolutas. Ibi copioſiorẽ, quàm in itinere commeatum adepti, nulla modeſtia ſeſe reficientes, ac mutatis aquis, permulti interibant ex iis qui de exercitu ſuperfuerant: cæteri cum Xerxe Sardis peruenere. Narratur autẽ & alia hæc res, Xerxem, poſteaquam Athenis profectus eſt ad oram ſuper Strymonem, illinc non amplius terra iter feciſſe: ſed exercitu Hydarni permiſſo, quẽ ad Helleſpontum deduceret, ipſũ nauem Phœniſſam conſcendiſſe, vt in Aſiam ſe reciperet: & dũ curſum tenet, à Strymonia ingenti vento fuiſſe exceptum: & eo vehementius tempeſtate vexatum quòd nauis referta vectoribus erat, vtpote quũ ſuper contabulationes eſſent frequentes Perſæ qui cum Xerxe vehebantur. Ibi metu perculſum regem cum clamore interrogaſſe gubernatorem num qua ſalus eis eſſet. Et quum ille reſpondiſſet, Here, nulla admodum eſt, niſi horum victorum aliqua fiat abitio: tunc Xerxem eo audito ita loquutum, Viri Perſæ, nunc aliquis veſtrûm declaret ſe curam habere regis. in vobis enim videtur ſita eſſe ſalus mea. Hæc vbi dixit Xerxes, illos eo adorato deſiliiſſe in mare: atque ita leuata naui, Xerxem incolumem in Aſiam peruenisſe. Et vbi primùm in terram egreſſus eſt, hoc egiſſe: gubernatorem, quòd regis quidem animam ſeruaſſet, aurea

corona donasse: quòd autem multos Persarum perdidisset, decollasse. Hic autem alter modus qui narratur reuersionis Xerxis, haudquaquam fidem apud me habet, cùm propter alia, tum propter obitum Persarum. [a] nã si id regi à gubernatore dictum est, tamẽ ex infinitis rationibus, vel ob hanc vnam, cui repugnari non potest, negarim hoc regẽ fuisse facturum: quin potius Persas iussurum è tabulatis in ventrem nauis descendere, vtpote qui primores Persarum essent: & remiges Phœnices, Persis numero pares, in mare deiecturũ. Sed is (vt dictum est superius) itinere pedestri cum reliquo exercitu in Asiam reuersus est. Cuius rei id quoque magno est testimonio, quòd constat, Xerxem, quũ rursus in Asiam reciperet se, Abdera peruenisse, [b] adhibuisséque conuiuio Abderitas, & acinace aureo eos [c] ac tiara auro intertexta donasse: & vt ipsi oppidani aiunt, illum, postquam ex Athenis retrò fugit (quod apud me ride caret) illic primùm zonam [d] resoluisse: adeo fuerat terrore correptus. Sunt autẽ Abdera magis ad Hellespontum sita quàm Strymon, atque littus ex quo nauem illum conscendisse ferunt.

Cæterùm Græci posteaquam Andrũm expugnare nequeunt, conuersi in Carystum, vastato illorum agro rediere Salaminem. Ibi ante omnia diis primitias selegerunt cùm aliarum rerum, tũ Phœnissarum triremium tres: quarum vna reponeretur apud Isthmum (quæ ad meam vsque memoriam extabat) altera apud Sunium, tertia Aiaci illic apud Salaminem. Secundo loco prædam inter se dispartiere, ex qua primitias Delphos misere. Vnde statua effecta est longitudine cubitorum [e] decem, truncam nauis partem manu sustinens: eodẽ in loco stans vbi Alexander Macedo aureus. Missis Delphos primitiis, Græci publicè deum percõtati sunt nunquid perfectas & gratas primitias accepisset. Quibus ille respondit habere se quidẽ à Græcis aliis, verùm non ab AEginetis: sed reposcere donũ optimè nauatæ

a Nam si hæc ita Xerxi fuerunt à gubernatore dicta, ex decẽ millibus sententiam suam hac de re proferentibus haud vnus fuerit qui neget regem hoc facturũ fuisse: Persas iuss. *Ad Verbum, Ex decẽ millibus sentẽtiarum, Vel opinionũ, Vnam mihi repugnantem non habeo. Ex quibus Verbis videat lector an alium sensum elicere possit.*

b Et hospitii fœdus cum illis iniisse. *Vel, hospitij necessitudinem cũ illis contraxisse.*

c Ac triremi auro intertexta. *Vel (vt alij) triremi stauarata. Certè intertexta impropriè hic diceretur. At Valla πάρη legit pro πειρῆι.*

d Soluisse vt liberum omni metu.

e Duodecim

A σα θαμ χρυσέῃ κεφαλῇ τὸν κυβερνήτεα· ὅτι δὲ Περσέων πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμεῖν τῷ κεφαλῷ αὐτόν. οὗτος δὲ ἄλλως λέγεται ὁ λόγος περὶ τοῦ Ξέρξεω νόστου, οὐδαμῇ ἔμοιγε πιστός, οὔτε ἄλλως, οὔτε τὸ Περσέων τοῦτο πάθος. εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω ἐρρήθη ὑπὸ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ὃν μυρίοισι γώμοισι μέζω ὁκόσα ἔχω αἰτήσομαι, μὴ σὺ αὐτὸν ποιήσας βασιλῆα τοιόνδε· σοὶ μὲν ὅτι τοῦ καταστρώματος, καταβιβάσας ἐς κοίλην B ναῦν, ἐόντας Πέρσας, καὶ Περσέων τοῖσι πρώτοισι· τῶν δ' ἐρετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν. ἀλλ' ὁ μὲν (ὡς καὶ πρότερον εἴρηται) ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ, ἀπέβησε ἐς τὴν Ἀσίην. μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα, καὶ ξείνια τε σφι συνθέμενος, καὶ δωρησάμενος αὖθις ἀκινάκῃ τε χρυσέῳ καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ. καὶ, (ὡς αὖθις λέγουσι Ἀβδηρῖται, λέγοντες "μὲν οὐδαμῇ ἔμοιγε πιστά") πρῶτον ἀλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηναίων ὀπίσω, ὡς ἐν ἀδείῃ ἐών· πρὸς τῷ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τὰ Ἄβδηρα ἵδρυται, ἢ τῷ Στρυμόνος, καὶ τῆς ἠιόνος. ὅθεν δὴ μιν φασὶ βατιεῶαι ὅτι τὴν ναῦν. 318

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε οὐκ οἷοί τε ἐγίνοντο ἐξελεῖν τὴν Ἄνδρον, στρατόμενοι ἐς Κάρυστον, καὶ δηιώσαντες αὐτέων τὴν χώρην, D ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. πρῶτα μὲν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια ἄλλά τε καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας· τὴν μὲν, ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥτις ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν· τὴν δὲ, ὅτι Σουνιόν· τὴν δὲ, τῷ Αἴαντι αὐτῇ ἐς Σαλαμῖνα. μετὰ δὲ τοῦτο, διεδάσαντο τὴν λοιπὴν, καὶ τὰ ἀκροθίνια ἔπεμψαν ἐς Δελφούς. ἐκ τῶν ἐγίνετο ἀνδριὰς ἔχων ἐν τῇ χερὶ ἀκρωτήριον νηός, ἐὼν μέγαθος δυώδεκα πηχέων· ἕστηκε δὲ οὗτος τῇπερ ὁ Μακεδὼν E Ἀλέξανδρος ὁ χρύσεος. πέμψαντες δὲ ἀκροθίνια οἱ Ἕλληνες ἐς Δελφοὺς, ἐπηρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἥρεστὰ τὰ ἀκροθίνια. ὁ δὲ πρὸς Ἑλλήνων μὲν τῶν ἄλλων ἔφησε ἔχειν, πρὸς Αἰγινητέων δὲ, οὔ· ἀλλ' ἀπαιτέειν αὐτοὺς τὰ ἀριστεῖα τῆς

ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Αἰγινῆται δὲ πυθόμενοι, ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσέους, οἳ ὅτι ἐπὶ χαλκέου ἑξάοι τρεῖς ὅτι τῆς γωνίης, ἀγχοτάτω τῆ Κερκίδι χρητῆρες. μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς λείης ἔπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμόν, ἀριστεῖα δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γνώμης Ἑλλήνων αἰεὶ τὸν πόλεμον τοῦτον. ὡς δὲ ἀπικόμενοι οἱ στρατηγοὶ διενέμοντο τὰς ψήφους ὅτι τῷ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ, τὸν ἑωυτοῦ καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες ἐκ πολλῶν, ἐνταῦτα πᾶς τις αὐτέων ἑωυτῷ ἐπέθετο τὴν ψῆφον, αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι. δεύτερα δὲ, ἁπὸ πολλοὶ στέρξεν ἐξεπίστατον Θεμιστοκλέα κρίνοντες. ἁπὸ μὲν δὴ ἐμωμώσατο· Θεμιστοκλέης δὲ δευτερείοισι ὑπερεβάλλετο πολλόν. οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ, ἀλλ' ἀποπλωόντων ἐκείνων ἐς τὴν ἑωυτῶν ἀκρίτων, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐδόκεε τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀπὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμήθη παρὰ τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι· καὶ μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριστεῖα μὲν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον· σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος, Θεμιστοκλέι, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. ἐδωρήσαντο δὲ μιν ἅρμα τὸ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαντι. ἀνιέσαντες δὲ πολλὰ, παρὰ ἀπίστα παρέπεμψαν ἀνδρῶν τεσσεράκοντα Σπαρτιητέων λοχαγέας, οὗτοι οἵπερ ἱππῆες καλέονται, μέχρι οὔρων τῶν Τεγεητικῶν. μοῦνον δὴ τοῦτον πολλῶν ἀνδρῶν τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Σπαρτιῆται παρέπεμψαν. ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἐνταῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος, τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐών, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ὁμοφύλων ἀστῶν, φθόνῳ καταμωρπτέων, εἰκάζει Θεμιστοκλέα, τιμὴν ἐς Λακεδαίμονα ἀπιξιν παρεφέρων, ὡς δικαίως τὰς Ἀθήνας ἔχει τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δέ, ἐπεί τε ἐπέσχετο καὶ οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶπε,

ad Salaminem operæ in pugna nauali. Id quum audissent AEginetæ, aureas stellas tres dedicauerunt, quæ super malum nauis æreum stant apud angulum, proximè Crœsi craterem. Post dispartitam prædam Græci ad Isthmum nauigauerunt, daturi præcipuum præmium Græcorũ meritissimo, qui in hoc bello præclarissimè rem gessisset. Eò vbi peruentum est, duces Græci in aram Neptuni suam quisque sententiam scriptam detulere, quémnam ex omnibus primum & quem secundum iudicarent. In ea autem suum quisque nomen inscripsit, se illum qui præstantissimus extitisse existimans: sed in secundis partibus Themistocli adiudicandis plerique congruerunt. Ita quum singuli in primo loco singulos calculos haberent, in secundo Themistocles multo superior extitit. Et licet hanc rem Græci liuore quodam superfederint indicare, in suam quisque patriam reuecti, tamen Themistocles & habitus est & celebratus per vniuersam Græciã omnium Græcorum longè prudentissimus. Ipse tamen quia nõ fuisset honore affectus ab iis qui ad Salaminem dimicassent, vt honore afficeretur Lacedæmonem se contulit. Eum Lacedæmonii & splendidè exceperunt, & magnificè honorauerunt: & primas quidem partes rei bene gestæ, EVrybiadæ: solertiæ verò ac dexteritatis, Themistocli dederunt, vtrunque oleagina corona donantes: præterea hunc [a]biga quæ apud Spartã erat præstantissima: laudatúmque verbis amplissimis, trecenti ex primoribus Spartiatarũ, qui equites vocantur, discedentem ad Tegeaticos vsque fines comitati sunt. Hunc solum ex omnibus quos nouimus hominibus Spartiatæ abeuntem deduxerunt. Eidem, postquam ex Lacedæmone Athenas venit, ibi [b]Timodemus vnus ex inimicis eius, alioqui nõ è claris viris, liuore insaniens, crimini dabat itionem in Spartam: dicens illum Athenarum respectu, non sui, ab Lacedæmoniis honores assequutum. Et quum non faceret finem talia dicendi, inquit ei Themistocles,

a Curru omniũ qui Spartæ erant præstantissimo. *Vel, pulcherrimo.*

b Timodemus Aphidnæus. *Valla autẽ Ἀφιδναῖος omisit, aut potius nõ legit. quod certè suspectum etiam reddunt quæ sequuntur.*

O homo, ita res habet, neque ego si Belbinitanus forem, sic à Spartanis honoratus fuissem: neque tu, etsi Athenienſis. Atque hæc hactenus.

Artabazus autem Pharnacis filius, vir inter Persas cùm antea illustris, tum ex rebus Platæensibus factus illustrior, regem deducebat iis sexaginta millibus quæ sibi Mardonius delegerat: quem vbi traiectu tenus comitatus est, quũ iam ille in Asia esset, regressus circa Pallenen agebat, vtpote Mardonio per Thessaliã Macedoniámque hybernante, nec alias copias obire curante. Nec è sua dignitate existimabat nõ diripere rebelles Potidæatas, in quos casu incidisset. Etenim Potidæatæ, postquam rex præteriit, & classis Persica à Salamine fugiens abiit è conspectu, à barbaris defecerant: mox aliis quoque qui Pallenen incolebant rebellantibus. Tunc verò Artabazus Potidæam obsedit: & suspicatus etiã Olynthios ab rege defecturos, & ipsos obsedit. Eam autem vrbem tenebant Bottiæi qui è sinu Thermæo fuerãt à Macedonibus eiecti. Hos Artabazus postquam obsidione cepit, in paludẽ deductos trucidauit, vrbémque administrandam Critobulo Toronæo tradidit, à genere Chalcidensi. Ita Chalcidenses Olynthũ obtinuere. Expugnata Olyntho Artabazus Potidææ obsidendæ impensius incumbebat. Hoc faciens, cum Timoxeno Scionæorum magistratu de faciẽda proditione transegit, incertum mihi quónam modo ab initio: neque enim traditur. ad extremum ita actum est: Quoties exaratum libellum aut Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum mittere volebat, eum sagittæ postremo inuoluebat, adaptatísque desuper pennis, ad locum de quo conuenerat sagittã emittebat. Sed Timoxenus qui Potidæam prodebat, proditionis compertus est. nam Artabazus ad conuentum locum sagittam dirigens, frustrante iactu humerum cuiusdam Potidæatæ percussit. Ad quem saucium turba

A ΟΥ̓τω ἔχει τοι· οὔτ' αὖ ἐγὼ ἐὼν Βελβινίτης ἐτιμήθην οὕτω ὑπὸ Σπαρτιητέων, οὔτ' αὖ σὺ ὦ Ἀθηναῖε, ἐὼν Ἀθηναῖος. Ταῦτα μὲν νυν ἐς τοσοῦτον εἰρήσθω.

Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, αὐὴρ ὃς ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ παρὰ πολλὸν ἐών, ὃς δὲ τὰ Πλαταιϊκῶν καὶ μᾶλλον ἐπὶ γυώμωνος, ἔχων ἐξ μυριάδας στρατοῦ ὃν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, παρεπέμπετο βασιλέα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁμοῦ ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ, ὀπίσω παρυώμενος, κατὰ τὰ Παλλήνην εἶχε

B ἄτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ Μακεδονίην, καὶ οὐδένα λόγον ποιεύμενος ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπεδον, οὐκ ἐδικαίου ἐπιτυχὼν ἀπήκεσι Ποτιδαιήτῃσι μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαι σφέας. οἱ γὰρ Ποτιδαιῆται, ὡς βασιλεὺς παρεξελήλακε, καὶ ὁ ναυτικὸς τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύγων ἐκ τῆς Σαλαμῖνος, ἐκ τοῦ φανεροῦ ἀπέστασαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων· ὡς

C δὲ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ κατὰ Παλλήνην εἶχον. ἐνθαῦτα δὴ Ἀρτάβαζος ἐπολιόρκεε τὴν Ποτιδαίην. ὑπονοήσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλέος, καὶ τούτους ἐπολιόρκεε. εἶχον δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι, οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐξαναστάντες ὑπὸ Μακεδόνων· ἐπεὶ δὲ σφέας εἷλε πολιορκέων, κατίσας ἐξαγαγὼν ἐς λίμνην. τὴν δὲ πόλιν παραδιδοῖ Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν, καὶ τῶν Χαλκιδικῶν

D ἔθνεϊ καὶ οὕτω Ὀλυνθον Χαλκιδέες ἔσχον. ἐξελὼν δὲ τούτους ὁ Ἀρτάβαζος, τῇ Ποτιδαίῃ ἐπετάκυνε· προσεῖχε δὲ οἱ προθύμως, ἐσυνετίθετο παραδοσίην Τιμόξεινος ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγός· ὅντινα μὲν τρόπον ἄρχω, ἐγὼ οὐκ ἔχω εἰπεῖν· (οὐ γὰρ ὧν λέγεται) τέλος μέντοι, τοιάδε ἐγένετο· ὅκως βιβλίον γράψειε ὁ Τιμόξεινος ἐθέλων παρὰ Ἀρτάβαζον πέμψαι, ὁ Ἀρτάβαζος παρὰ Τιμόξεινον, ἐξύοντος παρὰ τὰς πτερύγας ἐκκλίξαντες, καὶ περιρράψαντες τὸ βιβλίον, ἐπέξυον ἐς συγκείμενον χωρίον. ἐπαίσιος δὲ ἐγένετο ὁ Τιμόξεινος παραδιδοὺς τὴν Ποτίδαιαν. ἐξύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκείμενον, ἀμαρτὼν τοῦ χωρίου τούτου, βάλλει ἀνδρὸς Ποτιδαιήτεω τὸν ὦμον· καὶ δὲ, βληθέντα, παρεσπάραξε ὄμιλος,

319

ἐπαίσιος

(οἷα φιλέϙ γίνεϑαι ἐν πολέμῳ) οἱ αὐτίκα ὃ τόξευμα λαβόντες, ὡς ἔμαϑον τὸ βιβλίον, ἔφερον ἐπὶ τοὺς ϛρατηγούς· πρῶτοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων Παλλήνεων συμμαχίη. τοῖσι δὲ ϛρατηγοῖσι ἐπιλεξαμένοισι τὸ βιβλίον, καὶ μαϑοῦσι τὸν αἴτιον τῆς προδοσίης, ἔδοξε μὴ καταπλῆξαι Τιμόξενον προδοσίῃ, τὸ Σκιωναίων πόλιος εἵνεκα, μὴ νομίζοιατο εἶ) Σκιωναῖοι ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον αἰεὶ προδόται. ὁ μὲν δὴ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπαίσϑη ἐλήφϑη. Ἀρταβάζῳ δέ, ὅϛ πολιορκέοντι ἐγ- B γένετο μῆνες τρεῖς μάλιϛα, γίνεται ἀμπωτὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι τὸ γεγονὸς ἠμόμφων, παρέσϑαι ἐς τὴν Παλλήνην. ὡς δ' ἐξ δύο μὲν μοῖρας διαδιαπρήξεσθαι, ἐπὶ δὲ τρεῖς ἐπόλοιποι ἔσαν, ἐξ διελθόντας χερσὶ ἔσω εἶ) ἐν τῇ Παλλήνῃ, ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, ὅσην οὐδαμά κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις ἠμόμφων. οἱ μὲν δὴ νέῳ αὐτέων ὐκ ἐπιξάμενοι διεφθείροντο, C τοὺ δὲ ἐπισταμένους Ποτιδαιῆται ἐπιπλώσαντες πλοίοισι ἀπώλεσαν. αἴτιον δὲ λέγουσι Ποτιδαιῆται τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος καὶ τὸ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τόδε, ὅτι τὸ Ποσειδέωνος ἐς τὸν νηὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἱστέϑησαν οὗτοι τῶν Περσέων πρῶτοι καὶ διέφθειραν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. αἴτιον δὲ τὸ τοὺς λέγοντας, δεῖ λέγειν ἐμοιγε δοκέουσι. τοὺς δὲ περι- D ἡμμένους ἀπῆγε Ἀρτάβαζος ἐς Θεσσαλίην παρὰ Μαρδόνιον. οὗτοι μὲν οἱ προπέμψαντες βασιλῆα, οὕτω ἔσχε.

Ὁ δὲ ναυτικὸς ϛρατὸς ὁ Ξέρξεω περιῆμμένος, ὡς προσέμιξε τῇ Ἀσίῃ, φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος, καὶ βασιλῆά τε καὶ τὴν ϛρατιὴν ἐκ Χερσονήσου διεπόρθμευσε ἐς Ἄβυδον, ἐχειμέϱωσε ἐν Κύμῃ. ἔαρος δὲ ἐπιλάμψαντος, προΐος στρατελέγετο ἐς Σάμον. αἱ δὲ τῶν νεῶν καὶ ἐχειμέϱωσαν αὐτοῦ. Περσέων δὲ καὶ Μήδων οἱ πλοῦνες ἐπεβά- E τευον. ϛρατηγοὶ δὲ σφι ἐπῆλθον, Μαρδόντης τε ὁ Βαγαίου καὶ Ἀρταΰντης ὁ Ἀρταχαίου· συνῆρχε δὲ τούτοισι καὶ ἀδελφιδεὸς αὐτοῦ Ἀρταΰντεω προσελομένου ὁ Ἀμίτρης· ἅτε δὲ μεγάλως πλημμύϱαντες, οὐ προΐεσαν αἰωτέρω τὰ πρὸς ἑσπέρης, οὐδὲ

(vt adsolet in bello fieri) quum concurrisset, subitò reuulsa sagitta, animaduertens libellum, detulit ad magistratus. aderat autē & cæterorum Pallenensiū commilitium. Perlecto libello magistratus & cognito proditionis autore, non tamen censuerunt Timoxenum esse plectēdum, Scionææ ciuitatis gratia, ne in posterum semper Scionæi pro proditoribus haberentur. Atque hūc quidem in modum Timoxenus proditionis manifestus fuit. Artabazum verò tres iam menses obsidentem ingens æstus maris excepit, & is diutius: vnde barbari videntes locum factum lacunosū, in Pallenen concesserunt. quorum quum duæ partes permeassent eluuiem, tres aliæ supererant, quas vbi pertransissent, oportebat intrare Pallenen. sed eas tanta maris æstuatio inuasit quanta nunquam extiterat, vt indigenæ aiunt, quūea frequēter illic accidat. Eorū qui nādi erant ignari, interiere: qui erant gnari, eos Potidæatæ nauigiis adorti trucidauere. Huius autem æstus ac restagnationis & cladis Persarum ferunt Potidæatæ hinc causam extitisse, quòd isti è Persis qui sunt à mari oppressi, in tēplum Neptuni & eius simulacrū quod situm est in suburbanis, impiè gesserant. Hanc fuisse causam illi videntur verè dicere. Eos autem qui superauere, Artabazus in Thessaliam ad Mardonium duxit. Et cum iis qui regē reduxerunt ita est actum.

Classiarius autem Xerxis exercitus qui superfuerat, vbi à Salamine fugiens attigit Asiam, rege cum aliis copiis è Chersoneso Abydum traducto, hyemauit apud Cumam. Idē primo statim vere Samum cōuenit, vbi nonnullæ naues hyemauerant. Eius classis plerique epibatæ erant ex Persis & Medis, ducésque superuenerant, Mardontes Bagæi, & Artayntes Artachæi filius, cuius patruelis Amitres ab eodem ascitus erat istorū collega. Hi vtpote magnōpere percussi, nō audebāt occasum versus producere, ne

vnus quidem: sed apud Samum subsidentes Ioniam à rebellando prohibebant, trecentas naues cum Ioniis habentes. Neque expectabant fore vt Græci in Ioniã irent, sed vt sua tutari contenti essent: ducta ex hoc coniectura, quòd ipsos è Salamine fugientes non fuissent insequuti, sed libenter abscessissent. [a] Atque vt se victos mari, ita longè superiorem terra Mardonium futurum arbitrabantur. Qui dum apud Samum erant, simul consultabant si quid mali possent facere hostibus, simul subauscultabant quonam res Mardonii spectarent. At Græcos excitabat tũ veris aduentus, tum Mardonius in Thessalia agens. & eorum quidem exercitus pedestris nõdum cogebatur: naues autem in AEginam abierant numero centum ac decem, præfecto atque nauarcho Leutychide, qui fuit Menaris, qui fuit Agesilai, qui fuit Hippocratidæ, qui fuit Leutychidis, qui fuit Anaxilai, qui fuit Archidami, qui fuit Anaxãdridæ, qui fuit Theopompi, qui fuit Nicãdri, qui fuit Charili, qui fuit Eunomi, qui fuit Polydectis, qui fuit Prytanis, qui fuit EVryphontis, qui fuit Proclis, qui fuit Aristodemi, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hylli, qui fuit Herculis filius, ex altera ab regia familia. Hi omnes, præter duos qui primi post Leutychidem commemorati sunt, reges Spartæ fuerunt. Athenienſium autem, duce Xãthippo Ariphronis filio, hac omni classe AEginam profecta, ad ueniunt eò nuntii Ionum iidem qui nuper ierant ad orandos Lacedæmonios vt Ioniam liberarent, quorum vnus fuit Herodotus Basilidis filius. Hi, septem fuerant ab initio, qui coniuratione inter se facta de trucidãdo Stratte Chiorum tyranno, postea cõspiratione patefacta per vnum ex ipsis qui rem detulerat, cæteri qui sex erant, è Chio se subduxerunt, Spartámque se contulerũt, & tunc AEginam, oraturi Græcos vt in Ioniam nauigarent: ægréq; exoratos Delon vsque perduxêre. Nam vlteriora omnia

a De mari igitur animum abiecerant, sed longè superiorem, &c. ad Verbum, Circa mare igitur animo victi erãt. Vel, animũ cecidêrant. Id est, De rebus igitur mari gerendis spem abiecerant.

A ἐπηναίηκαζε σοφίης· ἀλλ' ἐν τῇ Σάμῳ κατήμενοι, ἐφύλασσον τὸν Ἰωνίου μὴ ἀποσῇ, νέας ἔχοντες σὺν τῇσι Ἰάσι τεσσηκοσίας. οὐ μὲν δὲ προσεδέκοντο γε τὸν Ἕλληνας πρὸς ἐλθόντα ἐλθόσθαι ἐς τὸν Ἰωνίου, ἀλλ' ἀποχρήσειν σφι τὸν ἑωυτῶν φυλάξειν· καθορέοντες ὅτι σφέας οὐκ ἐπεδίωξαν φεύγοντας ἐκ Σαλαμῖνος, ἀλλ' ἄσμενοι ἀπαλλάσσοντο. κατὰ μὲν νυν τὸν θάλασσαν ἑωυτοὺς ἔσσω τῷ θυμῷ, πεζῇ δὲ ἐδόκεον πολλῷ κρατήσειν

Historiam multi scripsere præclarè: sed nemo dubitat duos lõgè cæteris præferendos: quorum diuersa virtus laudem penè est parem consequuta. Densus & breuis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus & fusus Herodotus. Ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ ΕΚΛΟΓΑΙ.

EX CTESIAE CNIDII PERSICIS EXCERPTA.

ΚΤΗΣΙΟΥ τοῦ Κνιδίου τὰ Περσικὰ ἐν βιβλίοις ἐστὶ κγ'. ἀπ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις ἓξ τά τε Ἀσσύρια διαλαμβάνει καὶ ὅσα πρὸ τῶν Περσικῶν· ἀπὸ μὲν τοῦ ζ' τὰ Περσικὰ διεξέρχεται. καὶ ἐν μὲν τῷ ζ' καὶ η' καὶ ι' καὶ ια' καὶ ιβ' καὶ ιγ' διέξεισι τὰ περὶ Κύρου καὶ Καμβύσου καὶ τοῦ μάγου, Δαρείου τε καὶ τοῦ Ξέρξου. σχεδὸν δὲ ἅπασιν αὐτοῖς μάχεται Ἡροδότῳ ἱστορῶν, ἀλλὰ καὶ ψεύσην αὐτὸν ἀποκαλῶν ἐν πολλοῖς, καὶ λογοποιὸν ἀποκαλῶν· καὶ γὰρ νεώτερος μάλιστ' ἐστὶν αὐτοῦ, φησὶ δὲ αὐτὸν, τῶν πλείονων ἀκούσας ἱστορεῖ, αὐτόπτην γεγονέναι, ἢ παρ' αὐτῶν Περσῶν (ἔνθα τὸ ὁρᾶν μὴ ἐνεχώρει) αὐτήκοον καταστάντα, οὕτως τῶν ἱστοριῶν συγγράψαι. οὐχ Ἡροδότῳ δὲ μόνῳ τἀναντία ἱστορεῖ, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ξενοφῶντος τοῦ Γρύλλου· ὅτ' ἐνίων διαφωνεῖ. ἤκμασε δὲ ἐν τοῖς χρόνοις Κύρου τοῦ ἐκ Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος, ὃς ἀδελφὸς Ἀρτοξέρξου (εἰς ὃν ἡ Περσικὴ βασιλεία κατῆλθεν) ἐτύγχανε.

Φησὶν οὖν αὐτίκα περὶ τοῦ Ἀστυάγους, ὡς οὐδὲν αὐτῷ Κύρος τοῦ γένους ἐχρημάτιζεν· οὗτος δὲ αὐτὸν καὶ Ἀστυιγᾶν καλεῖ. φυγεῖν δὲ ἀπὸ προσώπου Κύρου Ἀστυιγᾶν ἐν Ἐκβατάνοις, καὶ κρυφθῆναι ἐν τοῖς χρισκεάνοις τῶν βασιλείων οἰκημάτων, κρυφάντων αὐτὸν τῆς τε θυγατρὸς Ἀμύτιος καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Σπιταμᾶ. ἐπιστάντα δὲ Κύρον, ὑπαίξαι ἀναρπάσαντα μετὰ τῶν Σπιταμᾶν τε καὶ Ἀμυτίν, ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν Σπιτάκην τε καὶ Μεγαβέρνην, περὶ Ἀστυιγᾶ. τὸν δὲ, ἑαυτὸν προσαγγεῖλαι, ἵνα μὴ δι' αὐτὸν μετὰ τῶν παίδων. ληφθέντα δὲ, πέδαις παχείαις κατὰ

CTESIAE Cnidii Perſica libris vigintitribus cõtinẽtur: ſed in ſex prioribus res Aſſyriorum & quæcunque res Perſicas præceſſere, tractat: à ſeptimo autem libro de Perſicis rebus agit: at in ſeptimo, octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo & decimo tertio, quæ ad Cyrum & Cambyſem, & magum illum, Dariúmque & Xerxem ſpectant, commemorat: ferè in omnibus repugnantia Herodoto narrans, illúmque in multis mendacem & ſcriptorem fabularũ appellãs. illo enim poſterior eſt. Se autẽ eorũ quæ narrat, magna ex parte oculatum teſtem fuiſſe, aut certè, quæ videre non licuit, de iis à Perſis qui viderant, edoctum, ita demum ea memoriæ prodidiſſe dicit. Nec verò tantummodo ab Herodoti, ſed etiam in aliquibus à Xenophontis Grylli filii hiſtoria diſſentit. Floruit temporibus Cyri Dario & Paryſatide geniti: qui frater fuit Artoxerxis ad quẽ regnum Perſicum deuenit.

Scribit itaque ſtatim de Aſtyage, eum genere Cyro iunctum non fuiſſe: illúmque etiã Aſtyigã vocat. Fugiſſe autem Aſtyigan à conſpectu Cyri in Ecbatana, & in criſcranis regiarũ ædium ab Amyti filia ſua & eius viro Spitama occultatum fuiſſe dicit. at ſuperuenientem Cyrum, non ſolùm Spitaman & Amytin, ſed eorum etiam liberos Spitacẽ ac Megabernem de Aſtyiga per cruciatus interrogari voluiſſe: Aſtyigan verò ſeipſum patefeciſſe, ne propter ſe pueri cruciarentur, captúmque & cõpedibus craſſis ab

OEbara vinctũ: nec multo pòst ab ipso Cyro liberatum, & non secus ac patrem honoratum obseruatúmque fuisse: filiámque Amytin primùm quidem tãquam matrem in honore habitam, postea verò Cyro nupsisse, quum Spitamas eius vir esset interfect⁹ propterea quòd mentitus esset, ignorari à se dicens Astyigan de quo interrogabatur. Hæc dicit Ctesias de Cyro, iis quæ ab Herodoto referuntur dissimilia. Itémque illum aduersus Bactrios pugnauisse, & eam pugnã æquo Marte gestam fuisse. sed Bactrianos, postquam Astyigan Cyri patrem factum esse, Amytin autẽ matrem & vxorẽ, intellexerunt, spóte seipsos Amyti & Cyro dedidisse. Tradit etiam, Cyrum cum Sacis bellum gessisse, & Amorgem Sacarum regem Sparethræ maritum cepisse: eam autem, capto marito, exercitũ coegisse, bellúmque Cyro intulisse, & virorum quidem trecẽta millia, mulierum verò ducenta in aciem eduxisse: & Cyrum superauisse, viuúmque eum cum multis aliis cepisse: itémque Parmisẽ Amytis fratrem & tres eius filios, propter quos postea Amorgem liberatũ fuisse, quòd & ipsi liberati fuissẽt. Tradit etiam, Cyrum Amorgis ope adiutũ, Crœso & Sardibus bellum intulisse. Narrat etiã quomodo OEbaræ consilio lignea Persarum simulacra in muro conspecta timorem incolis iniecerint, & propter hanc causã ipsa vrbs capta fuerit: & quo pacto ante captam vrbem, Crœsi filius pro obside datus fuerit, quum Crœsus diuino quodã spectro deceptus fuisset. Narrat etiam quomodo dolos nectente Crœso, filius in eius cõspectu fuerit interfectus, & mater hãc calamitatem intuita seipsam ex muro præcipitarit, nec tamen mortua sit: & quomodo, capta vrbe, ad Apollinis ædem, quæ erat in vrbe, confugerit, ac mortua sit: & quomodo ter in templo vinctus à Cyro Crœsus, tertiùm arte oculos fallente solutus sit, quãuis templo figilla circũposita essent, eorúmque custodia OEbaræ commissa esset: quomodo item illis qui vnà cum

A Οἰβάρᾳ δεθῆναι. λυθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ Κύρου μετ' οὐ πολύ, καὶ ὡς πατέρα τιμηθῆναι· καὶ τὴν θυγατέρα Ἀμυτιν πρῶτον μὲν μητρικῆς ἀπολαῦσαι τιμῆς, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς γυναῖκα ἀχθῆναι τοῦ Κύρου, Σπιταμᾶ δ' αὐδρὸς αὐτῆς ἀπηρημένου, ὅτι ἐψεύσατο, ἀγνοεῖν εἰπὼν ἐρωτώμενον Ἀστυίγαν. Ταῦτα λέγει Κτησίας περὶ Κύρου, καὶ οὐχοῖα Ἡρόδοτος. καὶ ὅτι πρὸς Βακτρίους ἐπολέμησε καὶ ἀγχώμαλος ἡ μάχη ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ Βάκτριοι Ἀστυίγαν μὲν, πατέρα B Κύρου γεγενημένον, Ἀμυτιν δὲ, μητέρα καὶ γυναῖκα, ἔμαθον, ἑαυτοὺς ἐκόντες Ἀμυτι καὶ Κύρῳ παρέδοσαν. καὶ ὅτι πρὸς Σάκας ἐπολέμησε Κῦρος, καὶ συνέλαβεν Ἄμοργον τῶν Σακῶν μὲν βασιλέα, αὐδρὰ δὲ Σπαρέθρης· ἥτις καὶ μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ αὐδρὸς, στρατὸν συλλέξασα, ἐπολέμησε Κύρῳ, αὐδρῶν μὲν στράτευμα, τριάκοντα μυριάδας ἐπαγομένη, γυναικῶν δὲ, εἴκοσι. Ϛ νικᾷ Κῦρον, καὶ συλλαμβάνει ζωγρίᾳ, μετὰ καὶ ἄλλων πλείστων· Παρμίσην τε Ⓜ Ἀμύτιος C ἀδελφὸν, καὶ τρεῖς αὐτοῦ παῖδας. δι' οὓς ὕστερον καὶ Ἄμοργος ἀφείθη, ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνοι ἀφείθησαν. καὶ ὅτι στρατεύει Κῦρος ἐπὶ Κροῖσον καὶ πόλιν Σάρδεις, σὺν ἔργῳ ἔχων Ἄμοργον· ὅπως τε τῇ βουλῇ Οἰβάρᾳ Περσῶν εἴδωλα ξύλινα αἱ ἀπὸ τείχους φανέντα, εἰς δέος μὲν κατέστησε τοὺς ἐνοικοῦντας, ἅλω δὲ μᾶλλον ταῦτα καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν. ὅπως τε πρὸς τῆς ἁλώσεως δίδοται ὁ παῖς Κροίσου ὁμήρου λόγῳ, δαιμονίου φαντάσματος ἀπατήσαντος Κροῖσον. ὅπως τε 2 D δολοῤῥαφοῦντος Κροίσου, ὁ παῖς κατ' ὀφθαλμοὺς αἱμαρεῖται· καὶ ὅπως ἡ μήτηρ τὸ πάθος ἰδοῦσα, ἑαυτὴν τοῦ τείχους ἀποκρημνίζει, καὶ οὐ θνήσκει. ὅπως τε, ἁλούσης τῆς πόλεως, πρὸς τὸ ἐν τῇ πόλει ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καταφύγει, καὶ θνήσκει. καὶ ὡς τρὶς ἐν τῷ ἱερῷ πεδηθεὶς ὑπὸ Κύρου, λύεται τρίτον ἀοράτως· καίτοι σφραγίδων παρ' ἱερῷ ὑπακειμένων, καὶ τούτων τὴν φυλακὴν E Οἰβάρᾳ ἐμπεπιστευμένων. ὅπως τε οἱ συν-

δούμβυοι Κροίσῳ, ταῖς κεφαλὰς ἀπετέμνον- A
το, ὡς καταπροδιδόντες λύεσθαι Κῆ-
σον. καὶ ὅτι αἰαλησθεὶς ἐν τοῖς βασιλείοις,
καὶ δεθεὶς ἀσφαλέστερον, βροντῶν καὶ σκη-
πτῶν ἐπενεχθέντων, λύεται πάλιν· καὶ τότε
μόλις ὑπὸ Κύρου ἀφίεται. ἐξ οὗ καὶ πε-
ριείπετο, καὶ ἔδωκε Κύρος Κροίσῳ πόλιν με-
γάλην Βαρδίλην, ἐγγὺς Ἐκβατάνων, ἐν ᾗ
ἦσαν ἱππεῖς μὲν πεντακισχίλιοι, πελτασταὶ
δὲ καὶ ἀκοντισταὶ καὶ τοξόται, μύριοι. ἔτι
δὲ Ἀστυάγαν ὡς ἀποστέλλῃ Κύρος ἐν B
Περσίδι Πετισάκαν τὸν ἡμιάρρενα, μέγα
παρ' αὐτῷ δυνάμενον, ἐνέγκαι ἀπὸ Βαρ
καυίων Ἀστυάγην. ἐπόθει γὰρ αὐτός τε καὶ ἡ
θυγάτηρ Ἀμυτις τὸν πατέρα ἰδεῖν. καὶ ὡς
Οἰβαρᾶς βουλεύσῃ Πετισάκᾳ ἐν ἐρήμῳ
τόπῳ καταλιπόντα Ἀστυάγην, λιμῷ καὶ δί-
ψῃ ἀπολέσαι· καὶ γέγονε. δι' ἐνυπνίων δὲ
τοῦ μιάσματος μεμυημένος, Πετισάκης,
πολλάκις αἰτησαμένης Ἀμύτιος, εἰς τιμω-
ρίαν τοῦ Κύρου ἐκδίδοται. ἡ δὲ τοὺς ὀ- C
φθαλμοὺς ἐξορύξασα, καὶ τὸ δέρμα περι-
δείρασα, ἀνεσταύρωσεν. Οἰβαρᾶς δὲ δε-
διὼς μὴ τὰ ὅμοια πείσεται, καίτοι Κύρου
μηδὲν τοιοῦτον ἰσχυριζομένου παραχωρῆ-
σαι, αὐτὸς ὅμως ἀποκαρτερήσας δ' ἡμερῶν
δέκα, ἑαυτὸν ἐξήνεγκε. Ἀστυάγας δὲ με-
γαλοπρεπῶς ἐτάφη. καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ δὲ ἄ-
βρωτος αὐτοῦ διέμεινεν ὁ νεκρός. λέοντες γὰρ
αὐτοῦ (φασὶ) μέχρι Πετισάκα πάλιν ἐλ-
θεῖν καὶ ἀναλαβεῖν, ἐφύλαττον τὸν νεκρόν. D
Κύρος δὲ στρατεύει ἐπὶ Δέρβικας, Ἀμο-
ραίου βασιλεύοντος αὐτῶν· καὶ ἐξ ἐνέδρας
οἱ Δέρβικες ἐκπλήττουσιν ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἱπ-
πεῖς Κύρου τρέπουσι. καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς
Κύρος ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ Ἰνδὸς αἴρει· (συν-
εμάχοντο γὰρ καὶ Ἰνδοὶ τοῖς Δερβίκεσιν, ἐξ
ὧν καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔφερον) τοῦτ' οὖν ὁ
Ἰνδὸς πεσόντα Κύρον βάλλει ἀκοντίῳ
ὑπὸ τὸ ἰσχίον, εἰς τὸν μηρόν. ἐξ οὗ καὶ
τελευτᾷ. τότε δὲ ζῶντα αἰσθόμενοι αὐτὸν E
οἱ οἰκεῖοι, ὅπερ ἦν τρανόπεδον ἡέσθη. ἀ-
πέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ Περσῶν πολ-
λοὶ καὶ Δερβίκων ἴσοι. μύριοι γὰρ ἑκάτεροι.

Croeso vincti fuerant, amputata fuerint capita, vt quorum proditione solutus Crœsus fuisset. Narrat etiã, Crœsum in regias ædes adductum vinctúmque firmius fuisse: sed quum tonitrua fulmináque ifruissent, rursum fuisse solutum: túmque Cyrum vix tãdem eum missum fecisse. à quo tempore Cyrus cùm aliis humanitatis officiis eum prosequutus sit, tum verò vrbem magnã nomine Barenen prope Ecbatana ei donauerit: in qua erant quinque millia equitum, peltatorum autem iaculatorúmque & sagittariorum decem millia. Commemorat item quomodo Cyrus Petisacan eunuchum, qui apud ipsũ plurimùm authoritate valebat, in Persas miserit vt Astyigam à Barcaniis adduceret. nam & ipse & Amytis filia patrem videre cupiebat. Quomodo item OEbaras consilium dederit Petisacæ vt in deserto loco Astyigã relinqueret, & fame sitíque conficeret. id quod factum est. At in somnis scelere patefacto, Petisacas puniendus traditur Amyti, quę eũ expoposcerat. Illa verò oculos eius effodit, pellémque detraxit, & cruci dcíde affixit. OEbaras autem, timẽs ne eadẽ quæ ille pateretur, quãuis Cyrus nihil tale se permissurum affirmaret, nihilominus decem dierum inedia ipse sibi mortem conscíuit. Astyigas verò magnificè splendidéque sepultus est, atque in deserto loco cadauer eius intactũ permansit, neque fuit à feris comesum. leones enim cadauer eius, donec Petisacas reuersus acciperet, seruabant. Cyrus autẽ aduersus Derbices expeditionẽ suscipit, quorum rex erat Amoræus: at Derbices ex insidiis producunt elephantes, ac Cyri equites fugãt. vbi ipse Cyrus ex equo cecidit & quidam Indus. nã Indi Derbicibus in bello opem ferebant: à quibus etiam acceptos elephantes in bellum ducebant. Hic igitur Indus, quum Cyrus iã cecidisset, eum iaculo vulnerauit sub coxa in femore: ex quo vulnere postea mortuus est. tũ verò ipsum adhuc viuũ, quũ familiares sui erexissẽt, ad castra profecti sũt. Occubuerũt autẽ in pugna illa multi Persæ, & æquales numero Derbices. nã illorũ quoq. x. millia erãt.

Amorges verò quum audiuiſſet quod Cyro contigerat, feſtinanter venit, Sacarum equitum viginti millia ducēs. & quum Perſæ ac Derbices inter ſe conflixiſſent, tam ſtrenuè Perſæ ac Sacæ pugnarunt, vt penes eos victoria tūerit: interfecto Derbicum rege Amoræo, cū duobus eius filiis. occubuerunt autem Derbicum triginta millia, Perſarum nouē millia: & regio in ditionem Cyri conceſſit. Cyrus verò ſub mortis tempus Cambyſem primum filium regem creauit: iuniorem verò nomine Tanyoxarcē, dominum Bactriorum & ipſius regionis, necnō Choramniorum, Parthiorúmque & Carmaniorū: & vt ſuas regiones à tributo ſoluēdo liberas haberet, ſtatuit. Ex Spitamæ autem liberis, Spitadē quidē Derbicibus præfecit, Megabernem autem Barcaniis: cóſquē matri in omnibus obtēperare iuſſit. Quinetiam illos & mutuò & cum Amorge dexteras in amicitiæ teſtimonium iungere voluit: & illis quidem qui in mutua beneuolentia permanerent, omnia fauſta precabatur: at illos qui priores iniuriā illaturi eſſent, deuouebat. His dictis diem ſuum obiit, tertio à vulnere accepto die, quum annos triginta regnauiſſet. Atque hic finē habet vndecimus Cteſiæ Cnidii liber.

Duodecimus verò à regno Cambyſis incipit. Hic regnans iuſſit patris corpus per Bagapatē eunuchum apud Perſas ſepeliri, & alia quemadmodum à patre conſtituta erant, adminiſtrauit. Plurimum verò apud ipſum authoritate valebat Artaſyras Hyrcanius: ex eunuchis autem Ixabates & Aſpadates & Bagapates, qui etiam apud patrē maximus fuerat. Poſt Petiſacæ autē mortē, hic aduerſus AEgyptū & Amyrtæū AEgyptiorū regem exercitū ducit, quum Combapheus eunuchus, qui plurimum apud AEgyptiorum regem poterat, pontes & alias AEgyptiorū res prodidiſſet, vt ipſe AEgypti præfecturam conſequeretur. id quod factū eſt. ita enim cū eo Cābyſes pactus fuerat, primùm per Ixabatē Cōbaphen patruelē, & ſuis ipſe verbis poſtea. Quū autē Amyrtæū viuū cepiſſet, nullo alio

A Ἀμόργης δὲ ὡς ἐκ Κύρου ἀκούσας, ἀσμενδὴ ὡς ἐγίνετο, ἔχων Σακῶν ἱππέας. καὶ πολέμου συρραγέντος Περσῶν καὶ Δερβίκων, νικᾷ κατακρατὴς ὁ Περσικὸς καὶ Σακῶν κρατός. ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ τῶν Δερβίκων βασιλεὺς Ἀμοραῖος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ δύο παῖδες αὐτοῦ. ἀπέθανον δὲ Δερβίκων μὲν τρισμύριοι, Περσῶν δὲ ἐννεακισχίλιοι. καὶ ὡς ἐχώρησεν ἡ χώρα Κύρῳ. Κύρος δὲ μέλλων τελευτᾶν, Καμβύσην μὲν τὸν

B πρῶτον υἱὸν, βασιλέα καθίστη· Ταννοξάρκην δὲ τὸν νεώτερον, ἐπέστησε δεσπότην Βακτρίων τε καὶ τῆς χώρας, καὶ Χοραμνίων, καὶ Παρθίων, καὶ Καρμανίων, ἀτελῆ τε ἔχειν τὰς χώρας διετάξατο. τῶν δὲ Σπιταμᾶ παίδων, Σπιτάδην μὲν, Δερβίκων ἀπέδειξε σατράπην, Μεγαβέρνην δὲ, Βαρκανίων. τῇ μητρὶ δὲ πάντα πείθεσθαι προσέταξε. καὶ Ἀμόργῃ φίλον τοῦτοις, τῶν δεξιῶν ἐμβαλλομένων, ἐποιεῖτο, καὶ ἀλλήλοις τε τοῖς

C μὲν ἐμμένουσι ταῖς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίαις ἀγαθὰ εὔχετο, ἐπηρᾶτο δὲ τοῖς χειρῶν ἀρξουσιν ἀδίκων. Ταῦτα εἰπὼν, ἐτελεύτησε τρίτῃ ὕστερον ἀπὸ τοῦ τραύματος ἡμέρᾳ, βασιλεύσας ἔτη λ'. ἐν οἷς ὁ ἱστορικὸς Κτησίου λόγος τοῦ Κνιδίου.

Ἄρχεται δὲ ὁ ιβ' ἀπὸ τῆς Καμβύσου βασιλείας. οὗτος βασιλεύσας ἀπέστειλε τὸν τοῦ παιδὸς Βαγαπάτου τὸν ἡμιάρρενος εἰς Πέρσας ταφὴν νεκρόν· καὶ τἆλλα ὡς ὁ πατὴρ ὡρίσατο, διῳκήσατο. μέγιστον δὲ πρὸ αὐτοῦ ἠδυνάτο Ἀρτασύρας Υρκάνιος· τῶν δὲ

D ἡμιαρρένων Ἰξαβάτης τε καὶ Ἀσπαδάτης καὶ Βαγαπάτης, ὃς καὶ παρὰ τῷ πατρὶ μέγιστος. καὶ μετὰ τὴν Πετισάκα θάνατον, οὗτος στρατεύει ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα Ἀμυρταῖον, Κομβαφέως τοῦ ἡμιαρρένος, ὃς ἐν μεγάλῃ δυναστείᾳ παρὰ τῷ Αἰγυπτίων βασιλεῖ, καταπεπόνηκε τάς τε γεφύρας καὶ τἆλλα τῶν Αἰγυπτίων πρά-

E γματα, ἐφ' ᾧ ἡγεῖσθαι ὑπῆρχε Αἰγύπτου. ὃ γέγονε. Ταῦτα γὰρ αὐτῷ Καμβύσης μὲν ἐξ Ἰξαβάτου τοῦ Κομβαφέως αἰεὶ συνέπεμπε, καὶ αὐτὸς οἰκειοφώνως ὕστερον. ζωγρίαν δὲ λαβὼν Ἀμυρταῖον, οὐδὲν ἄλλο

κακὸν

καὶ κὰν εἰργάσατο ἢ ὅπι εἰς Σοῦσα ἀνάσσατον σὺν ἑξακισχιλίοις Αἰγυπτίοις, οὓς αὐτὸς ἠρετίσατο, ἐποιήσατο. καὶ τὴν Αἴγυπτον δὲ πᾶσαν ὑπέταξεν. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ, Αἰγυπτίων μὲν μυριάδες πέντε, Περσῶν δὲ δύο. μάγος δέ τις Σφενδαδάτης ὄνομα, ἀμαρτήσας καὶ μαστιγωθεὶς ὑπὸ Τανυοξάρχου, ἀφικνεῖται πρὸς Καμβύσην, ἐνθυμβάλλων τὸν ἀδελφὸν Τανυοξάρκῃ ὡς ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ. καὶ σημεῖον ἐδίδου τῆς ἀποστάσεως, ὡς εἰ κληθείη ἐλθεῖν, οὐκ αὐτὸς ἔλθοι. δηλοῖ τοίνυν ὁ Καμβύσης ἐλθεῖν τὸν ἀδελφόν· ὁ δὲ, χρείας ἄλλης ἀπαντούσης μεγάλης, ἀνεβάλετο. παῤῥησιάζεται τοῖς ἐνθυμβολαῖς πλέον ὁ μάγος. Ἀμυτις δὲ ἡ μήτηρ τὰ τοῦ μάγου ὡς ἐπὶ κακῷ νουθετοῦσα, συνουθετεῖ Καμβύσην τὸν υἱὸν μὴ πείθεσθαι. ὁ δὲ ὑπεκρίνετο μὴ πείθεσθαι, ἐπείθετο δὲ μάλιστα. ὅθεν μεμαθηκὼς ὁ τρίτον Καμβύσου πρὸς τὸν ἀδελφὸν, συμβαίνειν. καὶ ἀσπάζεται μὲν αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς, ἔδει δὲ ἦθος ἀνελεῖν ἐμελέτα. κρύφα δὲ Ἀμύτιος εἰς πρᾶξιν ἀγαγεῖν τὴν μελέτην ἔσπευδε. καὶ λαμβάνει πέρας ἡ πρᾶξις. ὁ γάρ τοι μάγος βουλῆς τῆς βασιλεῖ κοινωνῶν, βουλεύεται τοιοῦτον· ὅμοιος ὢν αὐτὸς ὁ μάγος κάρτα τῷ Τανυοξάρκῃ. βουλεύεται τοίνυν ὁ μάγος ἐν τῷ Φθερῷ, ὡς δῆθεν ἀδελφοῦ βασιλέως κατειπόντα, τὴν κεφαλὴν πρηστάξαι ἀποτμηθῆναι, ἐν δὲ τῷ κρυπτῷ ἀναιρεθῆναι Τανυοξάρκῃ, καὶ τὴν ἐκείνου στολὴν ἀμφιασθῆναι τὸν μάγον· ὥστε καὶ τῷ ἀμφιάσματι νομίζεσθαι Τανυοξάρκην. καὶ γίνεται ταῦτα. αἵματι γὰρ ταύρου, ὃ ἔδεισεν, ἀναιρεῖται Τανυοξάρκης, ἀμφιάζεται δὲ ὁ μάγος, καὶ νομίζεται Τανυοξάρκης. καὶ λανθάνει πολλὰς ἤδη πόλεις ἐπὶ πολὺν χρόνον, πλὴν Ἀρτασύρα καὶ Βαγαπάτου καὶ Ἰξαβάτου. τούτοις γὰρ μόνοις Καμβύσης ἐθάῤῥησε τὴν πρᾶξιν. Λάβυζον δὲ ἡμιᾤρέων ⟨καὶ⟩ πρῶτον οἱ ἦσαν Τανυοξάρκου, προσκαλεσάμενος ὁ Καμβύσης, καὶ τοὺς ἄλλους, ἐπιδείξας τὸν μάγον ὡς ἐσκευάσατο καθεζόμενον, » Τοῦτον (ἔφη) νομίζετε Τανυοξάρκην; » ὁ δὲ Λάβυζος, θαυμάσας, Καὶ τίνα ἄλλον,

ipsum detrimento affecit, nisi quòd illum in Susa cum sex millibus AEgyptiorũ quos ipse delegit, relegauit. Sed & vniuersam AEgyptũ subegit: obierúntq; in ea pugna AEgyptiorũ quinquaginta millia, & Persarum viginti. Quidam autem magus cui nomen erat Sphendadati, quũ fuisset ob delictũ verberibus à Tanyoxarce cæsus, accedit ad Cãbysem, & apud eum fratrem Tanyoxarcem accusat, eum ipsi insidias moliri dicens: argumẽtum etiam rebellionis addens, quòd, si vocaretur, non veniret. Cambyses igitur fratrem ad se venire iubet. ille verò aliquo negotio detentus, profectionem distulit. Tũc verò magus eum audacius criminari. At mater Amytis verba magi suspecta habens, Cambysem filium ne fidem haberet mago, admonebat. at rex se non credere fingebat: quum tamen maximopere crederet. Quum autem tertiùm à Cambyse frater esset accersitus, venit: ipsúmque frater amplexatus est, quum nihilominus de illo interficiendo cogitaret, sed hãc cogitationem ad exitum ĩnscia Amytide perducere conabatur. id quod perfectum est. nam magus cõsilium cũ rege cõmunicans, hunc dolũ machinatur: Quum ipse Tanyoxarci esset simillimus, consilium regi dat vt ipsi tãquam falso fratris regis accusatori, caput abscindi coram omnibus iubeat: clàm autem Tanyoxarcem interfici imperet. quinetiam illius vestem sibi indui magus postulat, vt ex ipso vestitu Tanyoxarces esse iudicetur. atque hæc fiũt. nam hausto sãguine taurino interficitur Tanyoxarces: at magᵘ illius veste induitur, & Tanyoxarces existimatur: diúque latet omnes præter Artosyran, Bagapatem & Ixabatem. his enim solis rem Cãbyses aperire ausus est. Cambyses autẽ Labyzo qui primus erat inter Tanyoxarcis eunuchos, & aliis ad se vocatis, magum illa veste indutum, ostendit sedentem, dixítque, Hunc esse Tanyoxarcem existimatis? Labyzus verò miratus, Quem aliũ,

dixit, esse putemus? Adeo propter similitudinē magus latebat. Mittitur ergo ad Bactrios, & omnia non secus ac si Tanyoxarces esset, administrat. Post annos verò quinque, res tota declaratur Amyti per Tibetheum eunuchum, quem magus verberauerat, petitque Sphendadatem à Cambyse: qui dare noluit: quāobrem illa eū execratur, & hausto veneno moritur. Sed contigit vt sacrificante Cambyse, quū victimæ iugularentur, sanguis non flueret. qua ipse ex re magis etiam deiecto animo erat. Sed & Roxane puerum capite carētem peperit: magíque ipsi dicebant, hanc prodigiorum significationem esse, nullum regni successorem ab eo relictum iri. Mater etiam noctu illi in somnis apparens, ob cædem perpetratam minabatur: ideóque magis etiam angebatur. Quum autem Babylonem accessisset, & ibi paruum lignum cultro poliens, tempus vt falleret, femoris musculū percussisset: vndecimo die mortem obiit, quum duodeuiginti annis regnauisset.

Bagapates autem & Artasyras, antequam Cābyses moreretur, consilium inierunt regni mago tradendi, qui quidem illo mortuo regnum adeptus est. At Ixabates sumptum Cambysis corpus in Persidem portauit. vnde veniens, dum magus sub Tanyoxarcis nomine regno potiretur, de eo apud vniuersum exercitū indicium professus est, eúmque infamauit. Quod quum fecisset, in templum confugit: indéque comprehensus est, & ei caput abscissum. Vnde septem inter Persas principes viri vnà aduersus magum cospirauere, Onophas, Idernes, Norondabates, Mardonius, Barisses, Artaphernes & Darius Hystaspis filius. Hi, quum inter se fidem dedissent, assumitur etiam Artasyras, prætereáque Bagapates, qui claues omnes regiarum ædium habebat. Illi igitur septem viri Bagapatis opera in regias ædes ingressi, magū inueniūt cum pellice Babylonia dormiētem. Qui quum illos vidisset, prosiliit, & nullo instrumēto bellico reperto, (quoniā omnia Bagapates clam subtraxerat)

A ἔφη, νομιοῦμεν; τοσοῦτον ἐλάνθανε τῇ ὁμοιότητι ὁ μάγος. ἐκπέμπεται οὖν εἰς Βακτρίους, καὶ τοξάτῃ πόντα ὡς Ταννοξάρκης. πέντε δὲ ἐνιαυτῶν διελθόντων, μηνύεται ἡ Ἄμυτις ὃ δρᾶμα ὑφ' Τιβέθεως τοῦ ἡμιάρρενος, ὃν ὁ μάγος τυπτήσας ἐτύγχανε. καὶ αἰτεῖ Ⓦ Σφενδαδάτην παρὰ Καμβύσου. ὁ δὲ οὐ δίδωσιν. ἡ δὲ ἐπαράται, καὶ πιοῦσα φάρμακον, τελευτᾷ. ὑφ' ὁ Καμβύσης, καὶ τῶν ἱερείων σφαζομένων αἷμα οὐκ ἀποῤῥεῖ· καὶ ἀθυμεῖ. καὶ τίκτει αὐτῷ ἡ Ῥωξάνη παιδίον ἀκέφαλον· καὶ πλέον ἀθυμεῖ. καὶ Ⓐ μάγοι λέγουσιν αὐτῷ τὸ τῶν τεράτων δήλωσιν, ὅτι οὐ καταλείψει τῆς ἀρχῆς διάδοχον· καὶ ἐφίσταται αὐτῷ ἡ μήτηρ ἐν νυκτί, ἀπειλοῦσα τῆς μιαφονίας· καὶ πλέον ἀθυμεῖ. ἀφικόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ξέων ξυλάριον μαχαίρᾳ, διατειβῆς χάειν, παίει τὸν μηρὸν εἰς τὸν μυῶ, καὶ ἐνδεκαταῖος τελευτᾷ, βασιλεύσας δυοῖν δέοντα εἴκοσι.

Βαγαπάτης δὲ καὶ Ἀρτασύρας, πρὶν ἢ Καμβύσης τελευτήσει, ἐβουλεύσαντο βασιλεῦσαι τὸν μάγον. καὶ ἐβασίλευσαν, ἐκείνου τελευτήσαντος. λαβὼν δὲ τὸ Καμβύσου σῶμα Ἴξαβάτης ἦλθε εἰς Πέρσας. τὸν μάγον δὲ βασιλεύσαντος ὀλίγον χρόνον, ὀνόματι τῷ Ταννοξάρκου, ἦκεν Ἴξαβάτης ἐκ Περσίδος, καὶ κατειπὼν τῇ στρατιᾷ πάσῃ, καὶ διαμαρτυράμενος τὸν μάγον, κατέφυγε εἰς τὸ ἱερόν· ἐκεῖθέν τε συλληφθεὶς ἀπετμήθη. ἐντεῦθεν ἑπτὰ τῶν Περσῶν ὀλίγοι συνέθεντο ἀλλήλοις κατὰ τοῦ μάγου, Ὀνόφας, Ἰδέρνης, Νοθονδαβάτης, Μαρδόνιος, Βαριόσης, Ἀρταφέρνης καὶ Δαρεῖος Ὑστάσπεω. τούτων ἀλλήλοις πίστεις δόντων, προσλαμβάνεται καὶ ὁ Ἀρτασύρας, εἶτα καὶ ὁ Βαγαπάτης, ὃς τὰς κλεῖς πάσας τῶν βασιλείων εἶχε. καὶ εἰσελθόντες σὺν τοῦ Βαγαπάτου οἱ ἑπτὰ εἰς τὰ βασίλεια, εὑρίσκουσι Ⓦ μάγον παλλακῇ Βαβυλωνίᾳ συγκαθεύδοντα. ὡς δὲ εἶδεν, ἀνεπήδησε· καὶ μηδὲν

B

C

D

E

ὅπλων τῶν πολεμικῶν ὁρμώντων, (πόντα γὰρ ὁ Βαγαπάτης λάθρα ὑπεξήγαγε)

4

δίφρον χρύσεον σὺν τείχας, & λαιὸν τὸν A
πόδα, ἐμάχετο. καὶ τέλος, κατακεντηθεὶς
ὑπὸ τῶν ἑπτὰ, ἀπέθανε, βασιλεύσας μῆ-
νας ἑπτά.

sedile aureum confregit, eiúsque pede arrepto, quum pugnaret, tandem à septem illis viris vulneratus, mortem obiit, quũ septẽ menses regnauisset.

Βασιλεύει δὲ τῶν ἑπτὰ ὁ Δαρεῖος, τῷ
ἵππου, καθὰ συνέκειτο ἀλλήλοις, πρῶ-
του, μηχανῇ τινὶ καὶ τέχνῃ, ὅπῃ ὁ ἥλιος
πρῶτος ἀνατολὰς ἐγγύτο, χρεμετίσαντος.
ἄγεται τοῖς Πέρσαις ἑορτὴ τῆς μαγοφο-
νίας, καθ' ἣν Σφενδαδάτης ὁ μάγος ἀνῃ-
ρηται. Δαρεῖος πρῶτα μὲν τάφον ἑαυτῷ B
κατασκευάσθαι ἐν τῷ διπλῷ ὄρει· καὶ
κατασκευάζεται. ὑπομνήσας δ' ἰδεῖν αὐ-
τὸν, ὑπό τε τῶν Χαλδαίων καὶ τῶν γο-
νέων κωλύεται. ὡς δὲ γονεῖς ἀνελθεῖν βου-
ληθέντες, ὅπῃ οἱ ἱερεῖς εἶδον οἱ ἀνέλκον-
τες ἄγχει, καὶ ἐφοβήθησαν, καὶ φοβηθέν-
τες ἀφῆκαν τὰ σχοινία, ἔπεσον καὶ ἐτελεύ-
τησαν. καὶ ἐλυπήθη Δαρεῖος λίαν· καὶ ἀ-
πετμήθησαν αἱ κεφαλαὶ, πεντήκοντα
ὄντων τῶν ἀνελκόντων. ὅτι ὑπεπέμπετο Δα- C
ρεῖος Πελαγόνην ὡς σατράπην Καππαδο-
κίας, ὅτι Σκύθας ἀγαγεῖν, καὶ ἄνδρας
καὶ γυναῖκας αἰχμαλώτους. ὁ δὲ, ἀγα-
γὰς πεντηκοντόροις λ', ἠχμαλώτισε. συνέ-
λαβε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως τῶν
Σκυθῶν Μαρσαγέτεω, ὅτι κακῶς ὑπὸ
τοῦδε τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ δεδεμένον. Σκυ-
θάρχης δὲ ὁ Σκυθῶν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ἔ-
γραψεν ὑβρίζων Δαρεῖον· καὶ ἀντεγρά-
φη αὐτῷ ὁμοίως. γράμμα δὲ ἀγιέρας D
Δαρεῖος, ὀγδοήκοντα μυριάδας, & ζεύ-
ξας τὸν Βόσπορον καὶ τὸν Ἴστρον, διέβη ὅτι
Σκύθας, ὁδὸν ἐλάσας ἡμερῶν ιε'. καὶ ἀντέ-
πεμπον ἀλλήλοις πρέσβεις· ὅτι κρατέστερος
ἦν ὁ τῶν Σκυθῶν. διὸ καὶ φεύγων Δα-
ρεῖος διέβη τὰς γεφύρας· καὶ ἔλυσε σπεύ-
δων πρὶν ἢ πρόσω ἄγαν Σκυθῶν στράτευμα· καὶ
ἀπέθανον ὑπὸ Σκυθάρχου οἱ καταλ-
φθέντες ἐν τῇ Εὐρώπῃ, μυριάδες ὀκτώ.
Δαρεῖος δὲ τὰ γέφυρα λύσας, Χαλκη- E
δονίων οἰκίας καὶ ἱερὰ συνέφλεξεν, ἐπεὶ τὰς
πρὸς αὐτῆς γεφύρας ἐμελέτησαν λῦσαι·
καὶ ὅτι τὸν βωμὸν, ὃν πρῶν Δαρεῖος κατέβετο

Regnat verò ex septẽ illis viris Darius, quum eius equus (iuxta id quod inter eos conuenerat) arte quadã adhibita primus post solis ortum hinnisset. Cæterùm quo die Sphendadates magus interfectus est, festũ, magophonia dictum, apud Persas celebratur. Hic Darius sepulcrum sibi extrui in duplici monte iubet, atque id extruitur: sed quũ id videre cuperet, à Chaldæis & à parentibus prohibetur. Quum autem parẽtes eius ascendere voluissent, ceciderunt atque interierunt: quũ sacerdotes qui illos sursum trahebant, illud conspicati & inde timore correpti, funes laxassent. Quæ res ingentem Dario mœrorem attulit: & illis qui eos trahebant, numero quadraginta, amputata capita fuerunt. Darius præterea Ariaramnẽ Cappadociæ satrapã aduersus Scythas proficiscí, & viros fœminásque captiuos abducere iubet. Ille autem cum triginta nauibus quinquagenũm remorum traiiciens, id exequutus est. Comprehendit autem & fratrem regis Scytharũ Marsagetem, quum eum à suo fratre ob malè administratum munus in vincula coniectum inuenisset. At Scytharces Scytharũ rex, iratus, literas Dario scripsit contumelioſas: & similiter ipsi responsum est. Darius tãdem octingentorum millium exercitũ coacto, & Bosphoro Istróque ponte iunctis, aduersus Scythas profectus est, & quindecim dierum itinere progressus est: sibíq; mutuò arcus miserunt. Sed quũ Scythici validiores essent, Darius pontes transiuit, atque festinanter dissoluit antequã totus transiret exercitus: quare Scytharces octoginta illa hominum millia in Europa relicta, interfecit. Darius verò, quum pontem pertransisset, domus templáque Chalcedonensium combussit: quoniam pontes qui versus regionem suam spectabant, dissoluere tentauerant, & aram, quam Darius transiens,

in honorem Iouis diabaterii ſtatuerat, euerterant. Datis autem ex Ponto rediens & Medicum exercitum ducens, inſulas Græciámque populabatur: cui apud Marathonẽ Miltiades occurrit, vicítque barbaros: & ipſe quoque Datis occubuit, eiúſque cadauer petentibus Perſis denegatum eſt. Darius autem ad Perſas reuerſus eſt, vbi celebratis ſacrificiis, quũ triginta dies morbo laboraſſet, mortuus éſt: qui annos * ante regnum vixerat, & annos vnum & triginta regnauerat. Obiit etiam diem ſuum Artaſyras. Bagapates autem, quum ſex annos ſepulcro Darii aſſediſſet, mortuus eſt.

Regnat Xerxes filius eius, apud quem Artapanus Artaſyræ filius maximam obtinet autoritatem, quemadmodum eius pater apud patrẽ regis obtinuerat, itémque Mardonius antiquus. Ex eunuchis autem plurimùm apud eũ poterat Natacas. Xerxes vxorem ducit Onophæ filiam Amiſtrin, ex qua filium ſuſcipit Dariæum: & poſt biennium, alterum, Hyſtaſpem nomine: & præterea Artoxerxem: duáſque filias, quarum vna, Amytis, nomine auiæ, vocatur: altera, Rhodogune. Xerxes aduerſus Græcos expeditionẽ ſuſcepit, quòd Chalcedonenſes pótem ſoluere conati eſſent, (quẽadmodum iam dictũ eſt) & arã à Dario erectam diruiſſét: quódque Datin Athenienſes interfeciſſent, neque cadauer eius dare voluiſſent. Primùm igitur Babylonem profectus eſt: & Belitanæ videre ſepulcrum exoptauit: viditque opera Mardonii adiutus: & vrnam olei non potuit, quemadmodum ſcriptum erat, implere. Inde Ecbatana profecto, defeciſſe Babylonios, & Zopyrum ſuum ducẽ interfeciſſe, nuntiatur. In hunc modum de his loquitur Cteſias, non quemadmodum Herodotus. nã quæcũque hic de Zopyro, (niſi quòd mula ipſi peperit) ille à Megabyzo facta fuiſſe ſcribit, qui Xerxis gener erat, quum filiam eius Amytin vxorem duxiſſet. Ita Babylon capta eſt per Megabyzum: cui Xerxes, præter alia multa,

A ὃπ' ὀνόματι Δ|αβατηνίου Διός, ἠφάνισεν. Δάτις δ' ἐπανιὼν ἐκ Πόντου, καὶ τὸν Μηδικὸν στόλον ἡγούμενος, ἐπόρθει νήσους καὶ τὴν Ἑλλάδα. ὁ Μαραθῶνι δὲ Μιλτιάδης ὑπαντιάζει, καὶ νικᾷ τοὺς βαρβάρους, καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς Δάτις. καὶ οὐδὲ τὸ σῶμα Πέρσαις αἰτησαμένοις ἐδόθη. Δαρεῖος δὲ ἐπανελθὼν εἰς Πέρσας, καὶ θύσας, καὶ ἡμέρας νοσήσας λ', τελευτᾷ· ζήσας μὲν
B ἔτη ιβ' πρὸ τῆς βασιλείας, βασιλεύσας δὲ ἔτη λα'. ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀρτασύρας καὶ ὁ Βαγαπάτης δὲ ὃ σῆμα Δαρείου παρακαθίσας ἔτη ζ', ἐτελεύτησε.

Βασιλεύει Ξέρξης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ᾧ Ἀρτάπανος ὁ Ἀρτασύρα παῖς γίνεται δυνατὸς πρὸ αὐτοῦ, ὡς ὁ πατὴρ παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ Μαρδόνιος ὁ παλαιός. ἡμιαρρένων δὲ μέγιστον ἠδυνάτο Νατάκας. γαμεῖ δὲ Ξέρξης Ὀνόφα θυγατέρα Ἀμιστρίν, καὶ γίνεται αὐτῷ παῖς Δαρεαῖος. καὶ ἕτερος μετὰ δύο
C ἔτη, Ὑστάσπης, καὶ ἔτι Ἀρταξέρξης· καὶ θυγατέρες δύο, ὧν ἡ μία, Ἄμυτις, κατὰ τὴν ὀνομασίαν τῆς μάμμης· ἡ δὲ, Ῥοδογούνη. ὁ δὲ δὴ Ξέρξης στρατεύει ὅτι τοὺς Ἕλληνας, ὅτι τε Χαλκηδόνιοι λύσαι τὸν φόρον (ὡς ἤδη εἴρηται) ἐπειράθησαν· καὶ ὅτι ⟨illegible⟩ βωμὸν ὃν ἔστησε Δαρεῖος, καθεῖλον. καὶ ὅτι Δάτιν Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν, καὶ οὐδὲ τὸν νεκρὸν ἔδοσαν. πρότερον δὲ εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκετο, καὶ ἰδεῖν ἐπεθύμησε ⟨illegible⟩ Βελιτανᾶ τάφον, καὶ εἶδε δὴ Μαρδονίου· καὶ τὸν πύελον ἐλαίου οὐκ ἴσχυσεν, ὡσπερ καὶ ἐγέγραπτο, πλῆσαι. ἐξελαύνει Ξέρξης εἰς Ἐκβάτανα, καὶ ἀγγέλλεται αὐτῷ ἀπόστασις Βαβυλωνίων, καὶ Ζωπύρου τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν ὑπὸ σφῶν ἀναίρεσις. οὕτως καὶ πρὸς τούτων φησὶ Κτησίας, καὶ οὐχ ὡς Ἡρόδοτος· ὁ δὲ περὶ Ζωπύρου ἐκεῖνος λέγει, πλὴν ὅτι ἡμίονος αὐτῷ ἔτεκεν. ἐπεὶ τά γε ἄλλα Μεγάβυζον οὗτός λέγει
E ἀφ' ὑβρίσθαι, ὃς ἦν γαμβρὸς ὅτι τὴν θυγατέρα Ἀμύτην, τοῦ Ξέρξου. οὕτως μὲν ἥλω ἀφ' ὑπὸ Μεγαβύζου Βαβυλών. δίδωσι δὲ αὐτῷ Ξέρξης ἄλλα τε πολλὰ,

καὶ μύλιον χρυσοῦν, ἓξ ἕλκυσαν τάλαντα· ὀλιγώτατον τῶν βασιλικῶν δώρων τῶν ἐκ Πέρσας ἐστί. Ξέρξης δὲ στρατίσας στρατιὰν Περσικὴν, ἄνευ τῶν ἁρμάτων, ὀγδοήκοντα μυριάδας, καὶ τετήρεις χιλίας, ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ζεύγνυς τὸν Ἄβυδον. Δημάρατος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος προσῆλθέτο ἤδη πρότερον, καὶ στρατῷ αὐτῷ ἐν τῇ Δαρδανίᾳ, καὶ ἀπῆρξε τῆς εἰς Λακεδαίμονα ἐφόδου. Ξέρξης δὲ προσβάλλει ἐν Θερμοπύλαις Λεωνίδᾳ τῷ στρατηγῷ τῶν Λακεδαιμονίων, διὰ Ἀρταπάνου, ἔχοντος μυρίους. καὶ κατεκόπη ὁ Περσικὸν πλῆθος, τῶν Λακεδαιμονίων δύο ἢ τριῶν ἀναιρεθέντων. εἶτα προσβαλεῖν κελεύει μετὰ δισμυρίων· καὶ ἦττα γίνεται καὶ ἐκείνων. εἶτα μαστιγοῦται ἐπὶ τῷ πολεμεῖν· καὶ μαστιγούμενοι, ἐπῄεσαν. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κελεύει μάχεσθαι, μετὰ πεντακισμυρίων· καὶ ἐπὶ σὺν ἦνυεν, ἔλυσε τότε τὸν πόλεμον. Θώρηξ δὲ ὁ Θεσσαλὸς, καὶ Τραχινίων ὁ δυνατοὶ, Καλλιάδης καὶ Τιμαφέρνης, πρῆσσον στρατιὰν ἔχοντες. καλέσας δὲ Ξέρξης τούτους τε καὶ τὸν Δημάρατον καὶ τὸν Ἡγίην τὸν Ἐφέσιον, ἔμαθεν ὡς οὐκ ἂν ἡττηθεῖεν Λακεδαιμόνιοι εἰ μὴ κυκλωθεῖησαν. ἠγωνιῶν δὲ τῶν δύο Τραχινίων διὰ δυσβάτου στρατὸς Περσικὸς διελήλυθε, μυριάδες τέσσαρες· καὶ κατὰ νώτου γίνονται τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ κυκλωθέντες ἀπέθανον μαχόμενοι ἀνδρείως ἅπαντες. Ξέρξης δὲ πάλιν στράτευμα πέμπει κατὰ Πλαταιέων, μυριάδας ιβ', ἡγούμενον ἀνδρῶν Μαρδόνιον ὀπτήσας. Θηβαῖοι δ' ἦσαν καὶ κατὰ Πλαταιέων τὸν Ξέρξῃ κινοῦντες. ἀντιστρατεύει δὲ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος, τριακοσίοις μὲν ἔχων Σπαρτιήτας, χιλίοις δὲ τῶν περιοίκων, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων πόλεων χιλιάδας ἓξ. καὶ νικᾶται καταχράτης ἡ Περσικὴ στρατιὰ, καὶ φεύγει τραυματισθεὶς καὶ Μαρδόνιος. οὗτος ὁ Μαρδόνιος πέμπεται συλήσας ὃ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν τῶν ἐκ Ξέρξου κατοικεῖ, φησὶ, θνήσκει, χαλάζης ὀπτησούσης παχείας· ἐφ' ᾧ λίαν Ξέρξης ἐλυπήθη· res Xerxi maximum mœrorem attulit. Is cũ

A molam auream ſex talenta pendẽtem donauit, quod apud Perſas omnium regiorum munerũ eſt pretioſiſſimum. Xerxes autẽ, Perſico exercitu coacto, qui ex millibus octingentis conſtabat, præter currus, inſtructis etiam mille triremibus, in Græciam profectus eſt: Abydúmque ponte iũxit. Ad eum Demaratus Lacedæmonius tum primũ acceſſit, & cum illo traiecit, eúmque ab inuadẽda Lacedæmone pro-
B hibuit. Xerxes porro per Artapanum quindecim millia ducentem, apud Thermopylas cũ Leonida Lacedæmoniorũ duce prælium iniit, in quo magna Perſarum cæſa eſt multitudo, ex Lacedæmoniis tãtummodo duobus aut tribus interfectis. Poſtea viginti millia in aciem educi iubet: qui & ipſi ſuperãtur. Quum autem verberibus etiam cæſi vt acriores ad pugnam redderẽtur,
C nihilominus victi fuiſſent, quinquaginta millia iubet educi: & quum nihil proficeret, bellandi finem fecit. Sed Thorax Theſſalus, & apud Trachinienſes potẽtiſſimi Calliades & Timaphernes cum exercitu aderant: quos Xerxes quum vocaſſet, vnáque Demaratum & Hegian Epheſium, Lacedæmonios nulla ratione vinci poſſe, niſi circumdarẽtur, intellexit. Perſarum itaque quadraginta millia, quum duo illi
D Trachinienſes per inuia eos duxiſſent, Lacedæmonios à tergo adoriũtur: qui circũdati, omnes ad vnum fortiter pugnantes occubuerunt. Rurſus Xerxes aduerſus Platæenſes exercitum cẽtum & viginti millium mittit, & Mardonium eius ducẽ cõſtituit. Qui autẽ Xerxem in Platæenſes cõcitabant, erãt Thebani. Mardonio occurrit Pauſanias Lacedæmonius, trecentos Spartanos & mille accolas, ex aliiſque vr-
E bibus ſex millia ſecum ducens. Ibi ſuperato exercitu Perſarum, Mardonius vulneratus aufugit. Hic Mardonius quum à Xerxe ad diripiendam Apollinis ædem miſſus eſſet, ingruente ingenti grãdine oppreſſus moritur: quæ

ſed quum Athenienſes armatis centum & decem triremibus ad Salaminem fugiſſent, vrbem vacuam capit, quam incendit, præter arcem. in ea enim etiam aliqui reliqui pugnabant: tandémque quum & illi noctu fugiſſent, illam etiam noctu combuſſerũt. Xerxes autem quum inde ad anguſtiſſimum Atticæ locum, Heracleum appellatũ, veniſſet, aggerem Salaminem verſus ducere cœpit, pedeſtri itinere ad eam traiicere cogitans. Sed conſilio Themiſtoclis Athenienſis & Ariſtidis, ſagittarii ex Creta accerſuntur, ac veniunt: deinde bellũ nauale Perſarum & Græcorum geritur. Perſæ naues habebant pluſquam mille, ducémque Onophan: Græci verò ſeptingẽtas. Græci tamen victores euadunt: & quingentæ naues Perſarũ profligantur: & fugit Xerxes conſilio rurſus & arte Ariſtidis atque Themiſtoclis. In reliquis verò omnibus præliis ceciderunt Perſarum centum & viginti millia. At Xerxes, quum in Aſiam traieciſſet, & Sardis proficiſceretur, miſit Megabyzum vt templum Delphicum diriperet: illóque id ſuſcipere recuſante, Matacas eunuchus iniuriam Apollini illaturus omniáque direpturus mittitur. Is cõfectis ita rebus ad Xerxem reuerſus eſt. Xerxes ex Babylone ad Perſas proficiſcitur. At Megabyzus ſuam vxorem Amytin (quæ filia Xerxis erat, quemadmodũ iã dictũ eſt) adulterii inſimulat. quam ob rem Amytis à patre acriter reprehẽditur: at illa impudicitiæ crimen à ſe remouet. Verùm Artapanus, qui plurimum apud Xerxẽ autoritate valebat, cum Spamitre eunucho (qui & ipſe plurimum apud eum poterat) de Xerxe interficiendo conſilium agitat: idque perpetrant, & Artoxerxi filio perſuadent ab altero filio Dariæo patrem ſuum necatum eſſe: adducitúrque Dariæus ab Artapano domum Artaxerxis, cum ingenti clamore ſe parricidam eſſe negans. is tamen capite plectitur.

A Ξέρξης δὲ ὅτε αὐτὰς Ἀθήνας ἐλαύνει. καὶ Ἀθηναῖοι, πληρώσαντες ἑκατὸν δέκα τριήρεις, φθάνουσιν εἰς Σαλαμῖνα. καὶ Ξέρξης τὴν πόλιν κενὴν αἱρεῖ, καὶ ἐμπίμπρησι, πλὴν τῆς ἀκροπόλεως. ἐν αὐτῇ γὰρ ἔτι τινὲς ὑπολειφθέντες ἐμάχοντο. τέλος κἀκείνων νυκτὶ φυγόντων, καὶ κείνην συνέφλεξαν. ὁ δὲ Ξέρξης ἀπόθεν ἐλθὼν ὅτι τενότατον τῆς Ἀττικῆς, ὃ Ἡρακλέον καλεῖται, ἐχώννυε χῶμα ὅτι Σα-
B λαμῖνα, πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβιβᾶν διανοούμενος. βουλῇ δὲ Θεμιστοκλέους Ἀθηναίου καὶ Ἀριστείδου, τοξόται μὲν ἀπὸ Κρήτης μεταπεμπόμενοι καὶ παραγίνονται· εἶτα ναυμαχία Περσῶν καὶ Ἑλλήνων γίνεται· Περσῶν μὲν, ναῦς ἐχόντων ὑπὲρ τὰς χιλίας, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Ὀνόφα· Ἑλλήνων δὲ, ἑπτακοσίας. καὶ νικῶσιν Ἕλληνες, καὶ διαφθείρονται Περσικαὶ πεντακόσιαι νῆες· καὶ φεύγει Ξέρξης, 6
C βουλῇ πάλιν καὶ τέχνῃ Ἀριστείδου καὶ Θεμιστοκλέους. ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἁπάσαις μάχαις ἀπέθανον Περσῶν ιβ' μυριάδες. Ξέρξης δὲ περάσας εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἀπελαύνων εἰς Σάρδεις, ἔπεμπε Μεγάβυζον τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν συλήσαι. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος πρῆττεῖτο, ἀποστέλλεται Ματακᾶς ὁ εὐνοῦχος, ὕβρεις τε φέρων τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ πρήσων συλήσων. καὶ δὴ οὕτως ποιήσας, περὶς Ξέρξεω ἐπέστρεφε.
D Ξέρξης δὲ ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς Πέρσας παραγίνεται, καὶ Μεγάβυζος κτὶ τῆς γυναικὸς τῆς ἰδίας Ἀμύτιος, (ἣ θυγάτηρ, ὡς περείρηται, Ξέρξου ἐτύγχανεν) ὡς μεμοιχευμένης, λόγους ἐκίνει. καὶ ἐπιτιμᾶται Ἀμυτις λόγοις ὑπὸ τοῦ παιδὸς, καὶ ὑπισχνεῖται σωφρονεῖν. Ἀρτάπανος δὲ, μέγα παρὰ Ξέρξῃ δυνάμενος, μετὰ Σπαμίτρου τοῦ ἡμιάρρενος, καὶ αὐτὸ μέγα δυναμένου, βουλεύονται ἀνελεῖν Ξέρ-
E ξεω. καὶ ἀναπείθουσι. καὶ πείθουσιν Ἀρταξέρξεω τὸν υἱὸν ὡς Δαρειαῖος αὐτὸν ὁ ἕτερος παῖς ἀνεῖλε. καὶ παραγίνεται Δαρειαῖος ἀγόμενος ὑπὸ Ἀρταπάνου εἰς τὴν οἰκίην Ἀρταξέρξου, πολλὰ βοῶν καὶ ἀπαρνούμενος ὡς οὐκ εἴη φονεὺς τοῦ παιδός· καὶ ἀποθνήσκει.

Καὶ βασιλεύει Ἀρτοξέρξης, παραλαβὼν Ἀρ- A
ταπάνου· καὶ βουλεύεται πάλιν κατ'
αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει κοινωνὸν τῆς βουλῆς Ἀρ-
τάπανος Μεγάβυζον, ἤδη πεπυσμένον ὅτι
τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ Ἀμύτι, ἀφ' ἧς τὸν τῆς μοι-
χείας ὑπώλημμεν· καὶ ὅρκοις ἀλλήλοις ἀ-
σφαλίζονται. ἀλλὰ μεμυσμένα πάντα Μεγά-
βυζος, καὶ αἱρεῖται Ἀρτάπανος ᾧ δέοντι
ἔμελλεν αἱρεῖν Ἀρτοξέρξην· καὶ γίνεται B
πάντα δῆλα τὰ εἰργασμένα ὅτι Ξέρξῃ καὶ
Δαρείῳ. καὶ ἀπόλλυται πικρῷ καὶ κακί-
στῳ θανάτῳ Ἀσπαμίτρης, ὃς ἦν κοινωνὸς
ὅτι τοῖς φόνοις Ξέρξου καὶ Δαρείου· σκα-
φεύεται γάρ, καὶ οὕτως ἀναιρεῖται. μάχη δὲ
γίνεται μετὰ θάνατον Ἀρταπάνου, τῶν τε
συνωμοτῶν αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων Περσῶν. καὶ
πίπτουσιν ἐν τῇ μάχῃ οἱ τρεῖς τοῦ Ἀρταπά-
νου υἱοί· τραυματίζεται δὲ καὶ Μεγάβυζος ἰ-
σχυρῶς· καὶ θρίαμβεῖ Ἀρτοξέρξης καὶ ἡ Ἄμυ-
τις καὶ ἡ Ῥοδογούνη, καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν Ἀ-
μυστρις. καὶ μόλις πολλῇ ὅτι μελεία πε- C
σώζεται Ἀπολλωνίδου ἰατροῦ τοῦ Κώου.
ἀφίσταται Ἀρτοξέρξου Βάκτρα, καὶ ὁ σατ-
ράπης ἄλλος Ἀρτάπαμος· καὶ γίνεται μά-
χη ἰσοπαλής· καὶ γίνεται πάλιν ἐκ δευτέρου·
καὶ αὐέμου κατὰ πρόσωπον Βακτρίων πνέ-
σαντος, νικᾷ Ἀρτοξέρξης, καὶ προσχωρεῖ
αὐτῷ πᾶσα Βακτρία. ἀφίσταται Αἰγύ-
πτιος, Ἰνάρου Λυδίου ἀνδρὸς καὶ ἑτέρου Αἰ-
γυπτίου τῷ ἀποστάσιν μελετήσαντος, καὶ
παρασκευάζεται πρὸς πόλεμον. πέμπουσι D
καὶ Ἀθηναῖοι, αἰτησαμένου αὐτόν, τεσσα-
ράκοντα νῆας. καὶ μελετᾷ αὐτὸς Ἀρτοξέρξης
στρατεύσαι. καὶ τῶν φίλων οὐ συμβουλευ-
όντων, πέμπει Ἀχαιμενίδην τὸν ἀδελφόν,
τεσσαράκοντα μὲν μυριάδας ἐπαγόμενον
στράτευμα πεζικόν, νῆας δὲ πεντήκοντα συμβάλλει
πόλεμον Ἴναρος πρὸς Ἀχαιμενίδην· καὶ
νικῶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ βάλλεται Ἀχαιμε-
νὴς ὑπὸ Ἴναρου, καὶ θνήσκει· καὶ ἀποπέμ-
πεται ὁ νεκρὸς αὐτοῦ εἰς Ἀρτοξέρξην. ἐνίκη- E
σεν Ἴναρος καὶ κατὰ θάλασσαν, Χαριτιμίδου
βοηθήσαντος, ὃς τὸ ἐξ Ἀθηνῶν τεσσαρά-
κοντα νηῶν ἐστρατήγει ναύαρχος· καὶ ν' Περ-
σῶν νῆες, αἱ μὲν εἴκοσιν αὐτῆς ἀνδράσιν ἑάλωσαν,

Artoxerxes igitur Artapani opera regno potitur. sed idem Artapanus eius vitæ insidians, consilium suũ cum Megabyzo (qui iam ob suspectam adulterii vxorem suam, mœrore affectus erat) communicat, fidémque mutuò datam iureiurando firmant. Sed re tota Megabyzi indicio prodita, Artapanus ea morte qua Artoxerxes erat afficiendus, afficitur: atque adeo quæcunque in Xerxem Dariæúmque perpetrata fuerant, patefiunt. Aspamites quoque, qui cædis Xerxis ac Dariæi conscius fuerat, acerbissimo genere mortis, adhibitis videlicet per scapham tormentis, plectitur. At post Artapani mortẽ, eorum qui cum illo coniurarãt, & Persarum aliorum pugna oritur, in qua cadunt tres Artapani filii, & grauiter Megabyzus vulneratur. Quem casum Artoxerxes itémque Amytis & Rhodogune ac ipsarum mater Amystris ingẽti luctu prosequutisunt: atque adeo vix tandem hæc Apollonidis medici Coi opera, sũmam adhibentis diligentiã, mortis periculo liberatur. Desciscunt ab Artaxerxe Bactra, aliúsque itẽ præfectus Artapanus: & æquo Marte pugnatur. Quum autem commissa iterum pugna, ventus in faciem Bactrianorum spiraret, vincit Artoxerxes, & in eius ditionem vniuersa Bactria concedit. Deficit etiam AEgyptus, Inaro Lydio & altero AEgyptio defectionis autoribus: omniáque ad bellum pertinentia parãtur. Athenienses quoque Inaro petenti quadraginta naues mittunt: & ipsemet Artoxerxes exercitum educere cogitat: sed, nõ ita consulentibus amicis, mittit Achæmenidem fratrem cũ quadringentis millibus peditum, & octoginta nauibus. Confligit Inarus cum Achæmenide, AEgyptiúque vincũt: atque Achæmenides quum ab Inaro vulnus accepisset, moritur, eiúsque cadauer ad Artoxerxẽ mittitur. Idem Inarus mari victor euadit, Charitimide magnum inde nomen consequuto, qui quadraginta nauium Athenis missarum nauarchus erat. Ex quinquaginta Persarum nauibus, viginti cum ipsis hominibus captæ,

triginta profligatæ fuerunt. Deinde aduersus Inarum mittitur Megabyzus, præter exercitũ qui reliquus fuerat, alium ducẽs, qui ex ducentis hominum millibus constabat, nauibus autem trecẽtis, quibus Oriscus præerat. adeo vt præter naues reliqua multitudo quingentorum hominũ millium esset. nam quum cecidit Achæmenides, cẽtum hominum millia ex quadringentis quæ duxerat millibus, vnà cæsa fuerunt. Pugnatur acriter, & vtrinque multi, sed plures ex AEgyptiis, cadunt. Tandem Megabyzus Inarum in femore vulnerat, fugátque: & fortiter pugnantes Persæ victores euadunt. Inarus verò fugiens Byblum proficiscitur, (hæc est munita vrbs in AEgypto) & cum eo Græci quicunque in prælio & cũ Charitimide cæsi non fuerant. AEgyptus præter Byblum partes Megabyzi sequitur: & quoniã Byblus expugnari nõ posse videbatur, Megabyzus cum Inaro & Græcis, quorum erant sex millia & amplius, fide data paciscitur, nullã eos à rege iniuriam accepturos, & Græcos domum quũ liberet reuersuros. Quum igitur Sarsamẽ AEgypti præfectum constituisset, vnà cũ Inaro & Græcis ad Artoxerxem proficiscitur: eúmque inuenit iratum Inaro vehementer, quoniam is fratrem Achæmenidem interfecerat. Megabyzus omnia quæ gesta fuerãt narrat, & quomodo fide Inaro Græcísque data Byblum ceperit: atque pœnam illorum pertinaciter deprecatus, efficitur voti compos. tãdémque ad exercitum defertur, Inarum & Græcos nihil detrimenti passuros. Verumenimuero Amytis vicem interempti filii Achæmenidis dolens, grauiter conquerebatur quòd Inarus & Græci pœnas sibi non darent. atque adeo illos à rege exposcit: sed is tradere recusat. Deinde Megabyzum ab eo exposcens, repulsam itidem patitur. Tandem tamẽ illa quum instando molesta esset, impetrauit. & quinque pòst annis, Inarũ pariter & Græcos à rege accepit. Græcis autẽ quinquaginta (nam

A αἱ δὲ λ' διεφθάρησαν· εἶτα πέμπεται χ' Ἰνάρου Μεγάβυζος, ἐπαγόμενος ἄλλο στράτευμα πρὸς τῷ ὑπολοίφ, μυριάδας εἴκοσι, καὶ νῆας τ'· καὶ ὁπλίτιδα αὐδῖς Ὀρίσκιον. ὡς δ' ἦλθε τὴν νεῶν, ὃ ἄλλο πλῆθος, ν' μυριάδας. Ἀχαιμενίδης γὰρ ὅτε ἔπεσεν, ι' μυριάδες αὐτῷ, ἐξ ὧν ἦγε μ', σὺν διεφθάρησαν. γίνεται οὖν μάχη κρατερὴ, καὶ πίπτουσιν ἀμφοτέρωθεν πολλοὶ, πλείους δὲ Αἰγύπτιοι. καὶ βάλλει Μεγάβυ-
B ζος εἰς τὸν μηρὸν Ἴναρον, καὶ τιτρώσκεται· καὶ 7
νικῶσι Πέρσαι καταχράτος· φεύγει δ' πρὸς πόλιν Βύβλον Ἴναρος, (πόλις ἰσχυρὰ ἐν Αἰγύπτῳ αὕτη) καὶ οἱ Ἕλληνες δὲ μετ' αὐτοῦ, ὅσοι μὴ ἐν τῇ μάχῃ ἦν μετ' Χαριτιμίδου ἀπέθανον. πρὸς χωρεῖ δὲ Αἴγυπτος πόλιν Βύβλου πρὸς Μεγάβυζον. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἀνάλωτος ἐδόκει, ἀπένδεται πρὸς Ἴναρον
C καὶ τοὺς Ἕλληνας ἑξακισχιλίους ὄντας, καὶ ἔπι πρὸς, ὁ Μεγάβυζος, ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν παρὰ βασιλέως λαβεῖν, καὶ τοὺς Ἕλληνας, ὁπότε βούλοιντο, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν. καθίστησι δὲ τῆς Αἰγύπτου σατράπην Σαρσάμαν· καὶ λαβὼν Ἴναρον καὶ τοὺς Ἕλληνας, πορεύεται πρὸς Ξέρξην. καὶ θύσασι λίαν κατ' Ἰνάρου τετυμμένον, ὅτι τὸν ἀδελφὸν Ἀχαιμενίδεω ἀπεκτονώς εἴη. διηγεῖται τὰ γεγονότα πρῶτα Μεγάβυζος, καὶ ὡς πίστεις δοὺς Ἰνάρῳ καὶ τοῖς Ἕλλησι, Βύβλον εἵλητο. καὶ ἐξαιτεῖται λιπαρῶς βασιλέα περὶ
D τῆς αὐτῶν σωτηρίας· καὶ λαμβάνει. καὶ ἐξάγεται τέλος τῇ γραπτῇ ὡς Ἴναρος καὶ οἱ Ἕλληνες οὐδὲν κακὸν πείσονται. Ἀ-μυτις δὲ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς Ἀχαιμενίδου δεινὰ ἐποιεῖτο, εἰ μὴ τιμωρήσαιτο Ἴναρον καὶ τοὺς Ἕλληνας· καὶ αἰτεῖται ταῦτα βασιλέα, ὁ δὲ οὐκ ἐνδίδωσιν. εἶτα Μεγάβυζον· ὁ δὲ ἀποπέμπεται· εἶτα, ἐπεὶ διώχλει τὸν υἱὸν, κατειργάσατο· καὶ πέντε παρελθόντων ἐτῶν, λαμβάνει τὸν Ἴ-
E ναρον παρὰ βασιλέως καὶ τοὺς Ἕλληνας. καὶ ἀνεσταύρωσε μὲν ὀκτὼ τεσσαράκοντα ζωῆς· πεντήκοντα δὲ Ἑλλήνων, ὅσους λαβεῖν ἴσχυσε, τούτων ἔτεμε τὰς κεφαλάς.

Atque hunc quidem tribus crucibus suffixit, plures capere nõ potuerat) capita amputauit.

καὶ ἐλυπήθη λύπην σφοδρὰν Μεγάβυζος, καὶ ἐπένθησε· καὶ ἠτήσατο ὅπως Συρίαν τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἀπίναι. ἐν τούτῳ δὲ λάθρα καὶ τοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων ἀπεστέλλετο, καὶ ἀπῆλθε· καὶ ἀπέστη βασιλέως. καὶ ἀθροίζει μεγάλην δύναμιν, ἄγει πεντεκαίδεκα μυριάδων, χωρὶς τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν. καὶ πέμπεται ΟΥἼσιες κατ' αὐτὸν σὺν εἴκοσι μυριάσι. καὶ συνάπτεται πόλεμος, καὶ βάλλουσιν ἀλλήλους Μεγάβυζος καὶ ΟΥἼσιες, ὁ μὲν, ἀκοντίῳ· καὶ τυγχάνει Μεγαβύζου εἰς τὸν μηρὸν, καὶ τιτρώσκει ἄγει δακτύλων δύο. ὁ δὲ ὡσαύτως ἀκοντίῳ τὸν ΟΥἼσιος μηρόν. εἶτα βάλλει εἰς τὸν ὦμον καὶ κεῖνος πίπτει ἐκ τοῦ ἵππου. καὶ φεύγων Μεγάβυζος παρεστάσει αἰχμαλωτεῖν καὶ φεισῶνται. ἐπίπτον δὲ πολλοὶ τῶν Περσῶν· καὶ ἐμάχοντο ἀνδρείως οἱ τοῦ Μεγαβύζου παῖδες Ζώπυρος καὶ Ἀρτύφιος. καὶ νίκη γίνεται Μεγαβύζῳ κατὰ κράτος. φεισιοιεῖται ΟΥἼσιεν ἐντίμως, καὶ ἀποπέμπει τοῦτον αἰτησάμενον παρὰ Ἀρτοξέρξου. πέμπεται δὲ κατ' αὐτοῦ ἑτέρα στρατιά, καὶ Μενοστάνης ὁ τοῦ Ἀρταρίου παῖς. ὁ δὲ Ἀρτάριος, σατράπης μὲν τῶν Βαβυλώνος, Ἀρταξέρξου δὲ ἀδελφός, καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις, καὶ φεύγει ἡ Περσικὴ στρατιά. καὶ Μενοστάνης βάλλεται εἰς τὸν ὦμον ὑπὸ Μεγαβύζου, εἶτα εἰς τὴν κεφαλὴν τοξεύεται ἀλλ' οὐ καιρίαν. φεύγει δὲ ὅμως αὐτὸς καὶ μετ' αὐτοῦ, καὶ νίκη λαμπρὰ γίνεται Μεγαβύζῳ. Ἀρτάριος δὲ πέμπει πρὸς Μεγάβυζον, καὶ παραινεῖ πείσασθαι βασιλεῖ. ὁ δὲ δηλοῖ πείσασθαι μὲν βούλεσθαι καὶ αὐτὸν, οὐ μέντοι προσελθεῖν πρὸς βασιλέα, ἀλλ' ἐφ' ᾧ μένειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ. ἀπαγγέλλεται ταῦτα βασιλεῖ· καὶ συμβουλεύουσιν Ἀρτοξάρης τε ὁ Παφλαγὼν εὐνοῦχος, μᾶλλον καὶ ἡ Ἀμισρις, πειρᾶσθαι πείσασθαι. πέμπεται οὖν Ἀρτάριός τε αὐτὸς καὶ Ἀμυτις ἡ γυνὴ, καὶ Ἀρτοξάρης, ἐτῶν ἤδη ὢν εἴκοσι, καὶ Πετίσας ὁ ΟΥσίριος καὶ Σπιταμᾶ πατήρ. πολλοῖς οὖν λόγοις καὶ ὅρκοις πληροφορήσαντες Μεγάβυζον, μόλις ὅμως πείθουσι πρὸς βασιλέα πορευθῆναι. καὶ βασιλεὺς τέλος ἔπεμπε παρακαλῶν μὲν συγγνώμην ἔχειν τῆς ἁμαρτημένων.

At Megabyzus magno dolore & luctu affectus est, petiitque vt sibi in Syriam regionem suam proficisci liceret. Huc etiã clàm præmisit Græcos alios, & profectus est, atque à rege desciuit: maximásque copias coegit, quæ, præter equites, ex centum & quinquaginta millibus constabant. Aduersus eum Vsiris mittitur cũ ducentis millibus: pugna conseritur, seque mutuò vulnerãt Megabyzus & Vsiris. hic quidem iaculo Megabyzum in femore per cussit, & vulnus duos digitos altum infligit: ille verò similiter iaculo Vsirin in femore, deinde & in humero vulnerauit. vnde Vsirin ex equo cadere contigit. sed eum circumsistens Megabyzus attolli & seruari iubet. Multi autem Persæ ceciderunt, Zopyro Artyphióque Megabyzi filiis fortiter pugnantibus. itaque tãdem viribus longè superior euadit Megabyzus, & victoria potitus, magnam Vsiris curam gerit, eúmque ad Artoxerxem mittit id petentem. Rursus autem exercitus aduersus eum mittitur, & Menostanes Artarii filius (Artarius autem erat satrapa Babylonis, & Artoxerxis frater) confligunt inter se: sed Persarum fugatur exercitus, & Menostanes in humero à Megabyzo percutitur: præterea in capite sagitta, sed non lethali vulnere, feritur, vnà tamẽ cum omnibus suis fugam capit, & Megabyzus splendida potitur victoria. Artarius Megabyzum per legatos monet vt cum rege paciscatur. Ille se paciscí quidem cum rege, non tamen ad eum proficisci sed in sua regione manere velle indicat. Hæc regi nuntiantur, cui Artoxares Paphlagon eunuchus & Amistris studiosè consilium dãt vt paciscatur. Itaque ipse Artarius & Amytis vxor, & Artoxares, iam viginti annos natus, & Petisas Vsiris filius & Spitamæ pater, mittuntur. Multis igitur sermonibus & iuramentis ad fidem faciendam adhibitis, vix tamen Megabyzo vt ad regem proficiscatur persuadent. Cui tandem reuerso rex per nuntios veniam se illi eorum quæ admisisset, dare significauit.

Sed quum egresso ad venationē rege & eum adorto leone, Megabyzus beluam hāc in pedes se erigentem iaculo percutiens interfeciſſet, ſuccēſens ei rex quòd eam percuſſiſſet antequam ipſe eam vllo ictu attigiſſet, caput abſcindi imperauit. Sed Amyſtris & Amytis aliorúmque precibus remiſſa ei mortis pœna, ad vrbē quandam nomine Cyrtæ circa mare rubrum relegatur. Artoxares quoque eunuchus in Armeniam relegatur, quòd ſæpe pro Megabyzo liberius apud regem loquutus eſſet. Sed Megabyzus, quum in exilio quinque annos eſſet commoratus, aufugit, ſe piſagan eſſe ſimulādo: (piſagas autem à Perſis dicitur leproſus, ad quem nemini accedere licet) & ad Amytin domúmque proficiſcitur, & vix agnit⁹, per Amiſtrin & Amytin cū rege recōciliatur: qui eum, quemadmodū antea, ſuæ menſæ participem facit. & quum ſex & ſeptuaginta vixiſſet annos, mortu⁹ eſt: propter quod magno rex eſt mœrore affectus. Mortuo Megabyzo Amytis cū multis conſuetudinem habebat, & ante hanc ſimiliter mater Amiſtris: Apollonides verò Cous medicus, quum Amytis leuiter ægrotaret, & ipſe eius amore captus eſſet, fore dixit vt ea in priſtinam valetudinem reſtitueretur ſi cum viris rē haberet. vuluę enim eſſe morbum. Sed quum hac arte voti cōpos factus cum ea concumberet, illa autem tabe laborare cœpiſſet, à concubitu abſtinuit. Tandē igitur illa morti vicina, matri in mandatis dedit vt Apollonidem vlciſceretur. Hæc ipſi regi Artoxerxi rem totam expoſuit, & quomodo cum illa concumbere ſolitus, nō prius deſiiſſet quàm ei illius mali autor fuiſſet: & quomodo ſupplicium de Apollonide ſūmi illa ſibi mādaſſet. Ille matri quicquid ipſi viſum fuerit agendi poteſtatem facit. Hæc, quum vinctum Apollonidē bimeſtri ſpatio cruciatibus affeciſſet, viuum poſtea defodit, quo nimirum tempore Amytis diem ſuū obiit. Sed Zopyrus, Megabyzi & Amytis filius, vbi iam patrē & matrē amiſit, à rege deſciuit,

A ἐξέρχεται βασιλεὺς ὅπι θηρεύσων, καὶ λέων ἐπέρχεται αὐτῷ· μετεώρου δὲ φερομένου τὸ θηρίου, βάλλει ἀκοντίῳ Μεγάβυζος, καὶ ἀναιρεῖ· καὶ ὀργίζεται Ἀρτοξέρξης ὅτι πρὶν ἢ αὐτὸς τύχῃ, Μεγάβυζος ἔβαλε· καὶ πρεσβεύεται τὴν κεφαλὴν Μεγάβυζον ἀποτμηθῆναι. Ἀμίστριος δὲ καὶ Ἀμύτιος καὶ τῶν ἄλλων τῇ πρεσβείᾳ, τὸ μὲν θανάτου ἔφυγε, διὰ τάφου δὲ γίνεται εἰς τὴν ἐρυθράν, ἔν τινι πόλει ὀνόματι Κύρτᾳ. ἐξορίζεται δὲ

B καὶ Ἀρτοξάρης ὁ εὐνοῦχος εἰς Ἀρμενίαν, ὅτι πολλάκις ὑπὲρ Μεγαβύζου βασιλεῖ ἐπαρρησιάσατο. ὁ δὲ Μεγάβυζος πέντε διαπεφευγὼς ἐν τῇ ἐξορίᾳ ἔτη, ἀποδιδράσκει, ὑποκριθεὶς τὸν ποσάγαν. (ποσάγας δὲ λέγεται παρὰ Περσαις ὁ λεπρός, καὶ ἔστι πᾶσιν ἀπρόσιτος.) ἀποδρὰς οὖν παραγίνεται πρὸς Ἀμυτιν ἐς τὸν οἶκον, καὶ μόλις ἐπιγινώσκεται· καὶ δι' Ἀμίστριος καὶ δι' Ἀμύτιος καταλλάσεται ὁ βασιλεύς, καὶ ποιεῖ αὐτὸν, ὡς ὃ πρόσθεν, ὁμοτράπεζον. ζήσας δὲ

C ἐξ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἀπέθανε· καὶ χάρτα ἤθετο βασιλεύς. τελευτήσαντος δὲ Μεγαβύζου, χάρταλλον Ἀμύτις αὐδρᾶσιν ὁμιλοῦσα· καὶ πρός γε ταύτης, καὶ ἡ μήτηρ Ἀμίστρις ὁμοίως. ὁ δὲ Ἀπολλωνίδης ὁ ἰατρὸς ὁ Κῶος, ἐπεὶ ἀσθενῶς εἶχεν Ἀμυτις, εἰ καὶ βληχρῶς καὶ οὐκ ἰσχυρῶς, ἐκεῖνος δὲ ἠράσθη αὐτῆς, ἔφη εἰς τὴν ὑγίειαν αὐτὴν ἐπιμελήσειν ἐὰν αὐδράσιν ὁμιλήσῃ. τῆς γὰρ ὑστέρης εἶ) ὁ νόσημα. ἐπεὶ δὲ αὖτις ἐξεγλύφετο

D ὃ ὑπόδευμα, καὶ ὡμίλει αὐτῇ, ἡ δὲ ἀδελφὸς ἐμφαίνετο, ἀπέσχε τῆς συνουσίας. τελευτῶσα δὴ οὖν ἐπήγγειλε τῇ μητρὶ, ἀμύνασθαι Ἀπολλωνίδην. ἡ δὲ ἀπήγγειλε πρῶτα Ἀρτοξέρξῃ τῷ βασιλεῖ, ὅπως τε ὡμίλει, καὶ ὅπως ἀπέσχηται ὑβρίσας· καὶ ὅπως ἡ θυγάτηρ ἐπήγγειλεν Ἀπολλωνίδην ἀμύνασθαι. ἐκεῖνος δὲ τῇ μητρὶ ὃ παρεισάμενον αὐτῇ πρόσθεν ὑπετέρπει. ἡ δὲ, λαβοῦσα ἔδωσε

E Ἀπολλωνίδῃ, δυσὶ μησὶ κολάζουσα· ἔπειτα ζῶντα κατώρυξεν, ὅτε καὶ Ἀμυτις ἀπέθανε. Ζώπυρος δὲ ὁ Μεγαβύζου καὶ Ἀμύτιος παῖς, ἐπεὶ αὖτις ὁ, τε πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ ἐτελεύτησεν, ἀπέστη βασιλέως·

καὶ εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο, κατὰ τιὼ τῆς μητρὸς εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίαν. εἰς Καῦνον δὲ ἅμα τοῖς ἐπομένοις εἰσέπλευσε, καὶ ἐκέλευσε παραδιδόναι τὴν πόλιν. Καύνιοι δὲ αὐτῷ μὲν παραδιδόναι τὴν πόλιν ἔφασκον, Ἀθηναίοις δὲ τοῖς συνεπομένοις, οὐκέτι. εἰσιόντι δὲ Ζωπύρῳ εἰς τὸ τεῖχος λίθον Ἀλκίδης Καύνιος ἐμβάλλει εἰς τὴν κεφαλήν· καὶ οὕτως Ζώπυρος ἀποθνήσκει. Ἄμισρις δὲ ἡ μάμμη τὸν Καύνιον ἀνεσταύρωσεν. ἀποθνήσκει δὲ καὶ ἡ Ἄμισρις, κάρτα γεραιὰ γυνή. καὶ Ἀρτοξέρξης δὲ ἀποθνήσκει, μὴ καὶ β' ἔτεσι βασιλεύσας.

Ἀρτοξέρξου δὲ τελευτήσαντος, Ξέρξης ὁ υἱὸς βασιλεύει, ὃς μόνος ἦν γνήσιος ἐκ Δαμασπίας· ἡ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ καὶ Ξέρξης ἐτελεύτησεν, ἀπέβιω. Βαγόραζος δὲ τὸν νεκρὸν τοῦ παιδὸς καὶ τῆς μητρὸς ἀπήγαγε εἰς Πέρσας. ἐπὶ δὲ καὶ δέκα νόθοις υἱοῖς ἔσχεν ὁ Ἀρτοξέρξης, ἐξ ὧν ἦσαν καὶ Σεκυνδιανὸς, ὁ ἐξ Ἀλογούνης τῆς Βαβυλωνίας, καὶ Ὦχος, καὶ Ἀρσίτης, ὁ ἐκ Κοσμαρτιδηνῆς, καὶ αὐτῆς Βαβυλωνίας. ὁ δὲ Ὦχος ὕστερον ἐβασίλευσε. ἔτι δὲ παῖδες αὐτοῦ, ὡς οἱ τοῖς εἰρημένοις, καὶ Βαγαπαῖος καὶ Παρύσατις, ἐξ Ἀνδίας, καὶ αὐτῆς Βαβυλωνίας. αὕτη ἡ Παρύσατις Ἀρτοξέρξου καὶ Κύρου μήτηρ ἐγένετο. ὃν δὲ Ὦχον ζῶν ὁ πατὴρ Ὑρκανίων σατράπην ἐποίησε, δοὺς αὐτῷ καὶ γυναῖκα Παρύσατιν ὄνομα· ἥτις ἦν Ξέρξου μὲν θυγάτηρ, ἀδελφὴ δὲ οἰκεία. ὁ δὲ Σεκυνδιανὸς ὡς ἐποιήσατο Φαρνακύαν τὸν εὐνοῦχον, ὃς ἦν μετὰ Βαγόραζον καὶ Μενοστάνην καὶ ἑτέρους τινάς, μεθύοντες ἐν ἑορτῇ τινι τοῦ Ξέρξου καὶ καθεύδοντος ἐν τοῖς βασιλείοις, εἰσελθόντες ἀποκτείνουσιν αὐτὸν, τεσσαρακοστῇ καὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀφ' ἧς μεθυόντος ἀπὸ τῆς τοῦ παιδὸς τελευτῆς. συνέβη οὖν ἀμφοτέρους ἅμα εἰς Πέρσας ἀποκομισθῆναι. αἱ γὰρ ἄγουσαι τὴν ἁρμάμαξαν ἡμίονοι, ὥσπερ αἰαμούσας τὸν τοῦ παιδὸς νεκρὸν, οὐκ ἤθελον παρβαίνειν. ὅτε δὲ κατέλαβε, συνεθυμήθησαν.

Βασιλεύει δὲ Σεκυνδιανὸς, ὃν γίνεται ἀζαβαείτης αὐτῷ Μενοστάνης. ἀπιὼν δὲ Βα-

atque Athenas profectus est, propterea quòd Athenienses mater eius beneficiis affecerat. Caunũ vnà cum illis nauigauit, & Caunios ciuitatem tradere iussit: at illi vrbem ipsi quidem tradituros se respondebant, Athenienſibus verò qui eum sequebantur, nequaquam. In Zopyri igitur murum subeuntis caput saxum iecit Alcides Caunius, ex quo ictu Zopyrus mortem obit. Amistris verò auia Caunium illum cruci affixit. Postea autẽ & ipsa moritur, iá ætate valde cõfecta. Artoxerxes item obit, quũ duos & quadraginta regnasset annos.

Artoxerxe mortuo regnat Xerxes eius filius, qui solus erat legitimus ex Damaspia susceptꝰ, quæ eodem ipso die quo Xerxes mortuus est, è vita discessit: Bagorazus verò cadauer patris & matris in Persiam tulit. Fuerunt autem Artoxerxi septemdecim filii spurii, in quibus fuit Secundianus ex Alogũne Babylonia susceptus, & Ochus, & Arsites, ex Cosmartidene, quæ etiam erat Babylonia. Ochus autem postea regnat, & præter hos liberi eius. Fuerunt ex his, & Bagapæus & Parysatis, ex Andia, quæ etiam erat Babylonia. Hæc Parysatis, Artoxerxis & Cyri mater fuit. & Ochum pater viuens Hyrcaniorum præfectum constituerat, eique in vxorem dederat mulierem quæ Parysatis appellabatur, Xerxis filiam, & regis sororem. Secundianus autem, postquam sibi Pharnacyam eunuchũ conciliauit, (qui secundum à Bagorazo, & Menostane, & quibusdam aliis locum tenebat) quum Xerxes in quodam festo ebrius esset atque in regia sua dormiret, ingressi eum interficiunt, die à patris morte quinto & quadragesimo. Euenit ergo vt amborum simul ad Persas corpora ferrentur. nam mulæ quæ currum trahebãt, tanquam filii cadauer expectantes, iter facere nolebant: sed posteaquam aduenit, magna cum alacritate iter fecerunt.

Regno autem potitur Secundianus, qui Azabaritem & Menostanem *eunuchos* apud se habuit. At Bago-

razo ad Secundianum reuerſo, Secundianus iampridem cum eo ſimultatem exercēs, eum criminatus quòd abſque eius conſilio cadauer patris ibi reliquiſſet, lapidibus obrui imperauit. Quod factum ægerrimè exercitus tulit: qui quamuis ab eo muneribus donaretur, eum nihilominus ob Bagorazi & fratris Xerxis cædē odio proſequebatur. Poſtea autem Ochus à Secundiano accerſitus, venturum ſe promittit: ſed minimè venit: & hoc ab eo ſæpius fit. tandem Ochus multo ſe munit exercitu, & regnum occupaturus ſperatur. Arbarius equitum Secūdiani præfectus ab eo ad Ochum deficit: deinde Arxanes AEgypti ſatrapa: quinetiā Artoxares ex Armenia venit ad Ochū: & ipſi citarin inuito impoſuerunt.

A μέγαζος, ὁ δὲ ἀποστρέψας πρὸς Σεκυνδιανὸν, ἐπεὶ παλαιὰ αὐτῷ ἐξ ἔριδος ἀπετύφετο, ὡς δηθεν αὐτοῦ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, τὸν πατέρα λιπὼν τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, πρεσταξε βασιλέως λιθόλυτος ἐγενήθη. ἐφ' ᾧ ἡ στρατιὰ εἰς λύπην κατηνέχθη. ὁ δὲ δῶρα αὐτῇ ἐδίδου. ⓐ δὲ ἐμίσουν αὐτὸν, ὅτι τε τὸν ἀδελφὸν Ξέρξεω ἀπεκτόνει, καὶ ὅτι Βαγόραζον. διαπέμπεται Σεκυνδιανὸς προσκαλούμενος Ὦχον. ὁ δὲ ὑπισχνεῖται μὲν, οὐ προσγίνεται δέ. καὶ γίνεται τοῦτο πολλάκις. τέλος πειβάλλεται Ὦχος πολλῷ στρατιᾷ, καὶ ἐλπίδος ἐστὶ βασιλεύειν. ἀφίσταται Ἀρβάριος ὁ τῶν ἱππέων Σεκυνδιανοῦ ἄρχων πρὸς Ὦχον· εἶτα Ἀρξάνης ὁ Αἰγύπτου σατράπης· καὶ Ἀρτοξάρης ὁ ἐξ Ἀρμενίας ἦκε πρὸς Ὦχον. καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ τῷ κίταρι, οὐκ ἐκόντι.

B

Regnat Ochus, & nomine mutato Dariæus appellatur, qui dolis iuramētiſque, monitu Paryſatidis, Secundianum tentat. at Menoſtanes Secundianum diligenter hortabatur ne crederet eius iuramentis, neque cum fallacibus hominibus paciſceretur: ſed nihilominus Secundianus perſuadetur & capitur, & in cineres coniectus moritur, quum VI menſes & dies XV regnauiſſet. Regnat igitur ſolus Ochus, qui etiam Dariæus nominabatur: apud eum autem autoritate valebant tres eunuchi, primū quidem locum Artoxare, ſecundum Artibarxane, tertiū Athoo tenente. Vxorem autem potiſſimùm in conſilium adhibebat, ex qua, antequam regnum adipiſceretur, duos ſuſceperat liberos, Amiſtrin fœminam, & Arſacan marem, qui poſtea mutato nomine dictus eſt Artoxerxes. Ex eadem autem etiam regnāte alterum ſuſcepit marē, & ei nomen Cyri à ſole eſt impoſitum: deinde Artoſten: alióſque deinceps vſque ad tredecim. atque iſta hiſtoricus ex illa ipſa Paryſatide ſe audiſſe tradit. Sed reliqui filii celeriter è vita migrauerūt: ſuperfuerúntque illi quorū fecimus mentionē, & quartus filius, qui Oxendras eſt appellatus. Deſciſcūt à rege, Arſites frater eius germanus, ex eadē matre eodémq; patre genitus: & Artyphius ὁ Μεγα-

C

Βασιλεύει Ὦχος, καὶ μετονομάζεται Δαρειαῖος. καὶ μετέρχεται ἀπάτῃ καὶ ὅρκοις, ὑποθήκῃ Παρυσάτιδος, ᾗ Σεκυνδιανοῦ· πολλὰ Μενοσάνους παραινοῦντος Σεκυνδιανῷ μὴ πιστεύειν τοῖς ὅρκοις, μηδὲ συνδεδέσθαι τοῖς ἐξαπατῶσι. πείθεται δ' οὖν ὅμως, καὶ ἁλίσκεται, καὶ εἰς τὴν ἀποδυτὴν ἐμβάλλεται καὶ ἀπόλλυται, βασιλεύσας μῆνας ἓξ, ἡμέρας πεντεκαίδεκα. βασιλεύει οὖν μόνος Ὦχος, ὁ καὶ Δαρειαῖος· ὠνοῦτο δὲ τρεῖς ἠδύνατο πρὸς αὐτῷ, μέγιστον μὲν Ἀρτοξάρης, δεύτερος δὲ Ἀρτιβαρζάνης, καὶ τρίτος, Ἄθωος. ἠγεῖτο δὲ μάλιστα τῇ γυναικὶ συμβούλῳ. ἐξ ἧς πρὸ τῆς βασιλείας δύο ἔσχε τέκνα, Ἀμιστριν θυγατέρα καὶ Ἀρσάκην υἱόν· ὃς ὕστερον μετωνομάσθη Ἀρτοξέρξης. τίκτει δὲ αὐτῷ ἕτερον υἱὸν βασιλεύουσα, καὶ τίθεται ὄνομα αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ἡλίου Κῦρον. εἶτα τίκτει Ἀρτόστην, καὶ ἑφεξῆς μέχρι παίδων δεκατεσσάρων. καί φησιν ὁ συγγραφεὺς, αὐτὸς πρὸς αὐτῆς ἐκείνης τῆς Παρυσάτιδος ταῦτα ἀκοῦσαι. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα τῶν τέκνων ταχὺ ἀπέβιω· ⓑ δὲ παῖδες γενόμενοι, οἵ τε προῤῥηθέντες τυγχάνουσι, καὶ ἔτι τέταρτος υἱὸς, Ὀξένδρας ὠνομασμένος. ἀφίσανται βασιλέως, Ἀρσίτης οἰκεῖος ἀδελφὸς ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, καὶ Ἀρτύφιος

D

E

ὁ Μεγαβύζου. πέμπεται Ἀρτασύρας καὶ αὐτῶν, καὶ πολεμεῖ Ἀρτύφιον. καὶ δυσὶ μάχαις Ἀρτασύρας ἡττᾶται, εἶτα πάλιν συμβολῶν, νικᾷ Ἀρτύφιον· καὶ ὑπάγεται τοῖς σὺν αὐτῷ Ἕλλησι δώροις, καὶ καταλιμπάνεται αὐτῷ Μιλήσιοι μόνοι τῶν. τέλος ὅρκοις καὶ πίστεσι λαβὼν τὸν Ἀρτασύρα, ἐπεὶ ὁ Ἀρσίτης οὐκ ἐφαίνετο, τῷ στρατηγήσαι βασιλεῖ. Παρύσατις δὲ βουλεύεται βασιλεῖ ὁρμῶντι τοῦτον τὸν Ἀρτυφίου θάνατον, μὴ ἀνεῖναι τοῦτο, (ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο ἀπάτιον. καὶ εἰς τὴν τοῦ στρατηγήσειν τὸν Ἀρσίτου) ἐπειδὴ καὶ ἐκεῖνος ἀπατηθεὶς ἁλῷ, δεῖν τότε ἀμφω διαχειρίσασθαι. καὶ γέγονεν οὕτως, βουλευσίσης τῆς συμβουλῆς. ἐμβάλλεται εἰς τὴν ἀποδοχὴν Ἀρτύφιος καὶ Ἀρσίτης. καίτοι Ἀρσίτῃ ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐβούλετο ἀπολέσαι, ἀλλ' ἢ Παρύσατις, τὰ μὲν πείθουσα, τὰ δὲ βιαζομένη, ἀπώλεσε. κατελεύθη δὲ καὶ Φαρνακύας, ὁ συναγελῶν Σεκυνδιανῷ Ξέρξῃ. ἀνῃρέθη δὲ καὶ Μενοστάνης ὑφ' ἑαυτοῦ, ἤδη τοῦ θανάτου συλλαμβανόμενος. ἀφίσταται Πισούθνης· καὶ ἀποστέλλεται κατ' αὐτοῦ Τισσαφέρνης, καὶ Σπιθραδάτης, καὶ Παρμίσης. αὐτεπεξῆλθε δὲ Πισούθνης, ἔχων καὶ Λύκωνα τὸν Ἀθηναῖον ἅμα Ἕλλησιν ὧν ἐκεῖνος ἦρχε. λαμβάνουσι δὲ οἱ τοῦ βασιλέως στρατηγοὶ χρήμασι Λύκωνα καὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἀφιστῶσι Πισούθνου. εἶτα δόντες αὐτῷ πίστεις καὶ λαβόντες, ἄγουσι τοῦτον βασιλεῖ. ὁ δὲ εἰς τὴν ἀποδοχὴν ἐνέβαλεν, Τισσαφέρνῃ δοὺς τὴν Πισούθνου σατραπείαν. ἔλαβε δὲ Λύκων καὶ πόλεις καὶ χώρας ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ. Ἀρτοξάρης ὃς μέγα ἠδυνάτο τοῦτον βασιλεῖ, βουλεύεται βασιλέα, θέλων αὐτὸς βασιλεύσαι, ἐκτομίας ὑπάρχων. πώγωνα γὰρ καὶ ὑποῤῥῖνα προστάξει αὐτῷ γυναικὶ κατασκευάσαι, ἵνα ὡς ἀνὴρ φαίνοιτο. δι' ἧς καὶ καταμηνύεται, καὶ συλλαμβάνεται· καὶ παραδίδοται Παρυσάτιδι, καὶ ἀναιρεῖται. Ἀρσάκης δὲ ὁ τοῦ βασιλέως παῖς, ὁ καὶ ὕστερον μετονομασθεὶς Ἀρτοξέρξης, γαμεῖ τὴν Ἰδέρνεω θυγατέρα Στατιραν· τὴν δὲ τοῦ βασιλέως θυγατέρα, ὁ τοῦ Ἰδέρνεω υἱός.

Megabyzi filius. In eos mittitur Artasyras, & Artyphium bello inuadit: atque in duabus pugnis Artasyras vincitur: deinde rursus congressus Artyphium superat, & eos qui cum illo erãt Græcos muneribus ad se allicit, adeo vt ille eum tribus tantummodo Milesiis relictus fuerit. tandem quum iusiurãdum fidémque ab Artasyra accepisset, quoniã Arsites non comparebat, regi se dedidit. Parysatis verò regi ad Artyphium interficiendũ animato, consilium dedit vt ne tunc temporis illum interficeret: (hoc enim modo Arsitem deceptũ ei se dediturum) sed postquam ille deceptus captúsque esset, tunc vtrũque necaret. id quod ita factum est, consilio exitum consequuto. Artyphius enim & Arsites in cineres cõiiciuntur. Arsitem tamen rex morte mulctare nolebat, sed Parysatis partim precibus, partim vi id effecit. Pharnacyas item, qui vnà cum Secundiano Xerxem occiderat, lapidibus est obrutus: & Menostanes sibi ipsi mortem cõsciuit, quum iam ad pœnam subeundã comprehenderetur. Descisit Pisuthnes, & in eũ Tissaphernes mittitur, atq; Spithradates, & Parmises. Pisuthnes verò aduersus eos tendit, secum habens Lyconem Athenienſem, cum Græcis quorum ille dux erat. Sed regis duces pecuniis Lyconem Græcósque captant, & vt à Pisuthne desciscant persuadent. deinde Pisuthni fide data, & ab eo accepta, eũ ad regem ducunt, qui eum in cineres coniicit, eiúsque satrapiam Tissapherni tradit. Lycon verò & vrbes & regiones mercedem proditionis accipit. Artoxares autem, qui plurimùm apud regẽ poterat, ei molitur insidias, de regno inuadendo cogitans. nam, quum esset eunuchus, imperauit vxori suæ vt sibi barbam conficeret, idque vt vir esse existimaretur. Sed per eam patefacto hoc dolo, comprehenditur, & Paryſatidis in potestatem traditur, à qua interficitur. Arsaces autem regis filius, qui postea est nominatus Artoxerxes, vxorem ducit Idernis filiam Statiram: atque regis filiam similiter vxorem ducit filius Idernis.

Amistris autem erat filia, cuius sponso nomen erat Terituchmes: qui patre suo mortuo, pro ipso satrapa constitutus est. Habebat autem sororem ex eodem patre natam, quæ Roxane vocabatur: quæ cùm formosa erat, tú verò sagittandi iaculandíque peritissima. Huius amore captus Terituchmes, & cum ea rem habens, oderat Amistrin: tandémque eam in saccum cõiicere statuit, vt à trecentis viris, cum quibus defectionem molitus est, cõfoderetur. Sed quidam cui nomen erat Vdiastes, qui autoritate apud Terituchmem valebat, & literas à rege acceperat, quibus multa ei pollicebatur si sua filia ei ab illo periculo liberaretur, Terituchmem aggressus interfecit: quum ipse Terituchmes aduersus eos qui in ipsum insurgebãt, strenuè pugnando, multos interfeciisset. nam ab eo triginta sex homines occisos fuisse tradunt. Sed filius Vdiastis Mitradates nomine, qui Terituchmis armiger erat, nec adfuerat, postquã rem didicit, patri diras imprecat⁹ est: & quum vrbem Zarin occupasset, eam filio Terituchmis conseruauit. At Paryssatis matrẽ Terituchmis, fratréſque Metrostẽ & Helicum, & sorores, quæ præter Statirã duæ erant, viuas terra obrui, Roxanem autem viuã secari iussit. Id quod factũ est. Rex verò vxori suæ, vt simili pœna Statiram afficeret Arsacis filii ipsius vxorẽ imperauit. Sed quũ matrem & patrem multis fletibus & planctibus placasset, & Paryssatidis animus flexus esset, pœnam remisit. Sed & ipse Ochus Dariæus Paryssatidi dixit fore vt valde ipsam aliquando pœniteret. At in libro decimooctauo narrat quomodo Ochus Dariæ⁹ mortuus sit quum Babylone ægrotasset, & annos triginta quinque regnauisset.

Regno igitur Arsaces potitur, qui & Artoxerxes mutato nomine dictus est. hoc regnũ adepto, Vdiasti lingua abscinditur, eique ponè auellitur: atque ita tandẽ ille moritur, & filius eius Mitradates pro patre satrapa cõstituitur.

A Ἀμιστρις δὲ ἦν ἡ θυγάτηρ, τοῦ δὲ τούτης νυμφίος ὄνομα Τεριτούχμης· ὃς καὶ τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος, αὐτὸ τοῦτο σατράπης κατέστη. ἦν δὲ ὁμοπάτριος αὐτῷ ἀδελφὴ Ῥωξάνη, καλὴ τοῦ εἴδει, καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν ἐμπειροτάτη. ἐρᾷ δὲ ταύτης ὁ Τεριτούχμης καὶ συγγινόμενος, ἐμίσει Ἀμιστριν· καὶ τέλος ἐβαλεῖν αὐτὴν εἰς σάκκον, καὶ κατακεντηθῆναι ὑπὸ τριακοσίων ἀνδρῶν, μεθ' ὧν καὶ τὴν ἀπό-
B στασιν ἐμελέτησεν, ἐβουλεύσατο. Ἀλλά τις ΟΥΔιάστης ὄνομα, ἰσχυὸν ἔχων παρὰ Τεριτούχμῃ, καὶ γράμματα παρὰ βασιλέως, πολλὰς ὑποσχέσεις ἔχοντα εἰ σωθείη αὐτῷ ἡ θυγάτηρ, δόξαν μὲν, ὑπισχνεῖται καὶ αἱρεῖ Τεριτούχμην, γυναίως ἐν τῇ ἐπομοσάσει ἀνδρισάμενον, καὶ πολλοὺς ἀποκτείναντα. μέχρι γὰρ λ' καὶ ζ φασὶν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ΟΥΔιάστου Μιτραδάτης, ὑπασπιστὴς ὢν Τεριτούχμου, καὶ μὴ παρὼν, ἐπεὶ ἔμαθε, πολλὰ τῷ πατρὶ κατηρᾶτο, καὶ πόλιν Ζάριν καταλαβὼν, ἐφύλαττε τούτῳ τῷ παιδὶ τοῦ Τεριτούχμου. ἡ δὲ Παρύσατις τήν τε μητέρα τοῦ Τεριτούχμου, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Μητρώστην καὶ Ἥλικον, καὶ τὰς ἀδελφὰς δύο οὔσας, χωρὶς τῆς Στατείρας, ζώσας ἐκέλευσε καταχωσθῆναι· τὴν δὲ Ῥωξάνην, ζῶσαν κατατεμεῖν. καὶ ἐγένετο. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε τῇ γυναικὶ Παρυσάτιδι,
D ποιῆσαι ὁμοίως καὶ Στάτειραν τὴν Ἀρσάκου γυναῖκα τοῦ παιδός. Ἀλλ' ὁ γε Ἀρσάκης πολλὰ τὴν μητέρα καὶ τὸν πατέρα δάκρυσι καὶ κοπετοῖς ἐξιλεωσάμενος, ἐπεὶ ἡ Παρύσατις ἐπεκάμφθη, συνεχώρησε· καὶ Ὦχος ὁ Δαρείαιος, εἰπὼν Παρυσάτιδι, πολλὰ μεταμελήσειν αὐτήν. Ἐν δὲ τῇ ιθ' ἱστορίᾳ διαλαμβάνει ὡς Ὦχος ὁ Δαρειαῖος ἀπέθανεν, ἀθυμήσας ἐν Βαβυλῶνι, ἔτη βασιλεύσας
E λε'.

Βασιλεύει δ' Ἀρσάκης, ὁ μετονομασθεὶς Ἀρτοξέρξης· καὶ ἐκτέμνεται ὁ ΟΥΔιάστης τὴν γλῶτταν, ἐξελκύεται τοῦτον ἐξόπισθεν, καὶ θνήσκει. ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ Μιτραδάτης αὐτὶ τοῦ πατρὸς κατέστη σατράπης.

ἐπράχθη δὲ ταῦτα παρὰ τῆ Σπατίρας. καὶ ἠνιᾶτο Παρύσατις. Διαβάλλει Κύρος ὑπὸ Τισσαφέρνους πρὸς Ἀρτοξέρξην ἀδελφὸν, καὶ καταφεύγει Παρυσάτιδι τῆ μητρὶ, καὶ ἀπολύεται τῆς διαβολῆς. ἀπελαύνει Κύρος ἠπιωμένος πρὸς τὸ ἀδελφοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν σατραπείαν, καὶ μελετᾷ ἐπιθυμήσαντα. Διαβάλλει Σατιβαρζάνης Ὀρόντην, ὡς Παρυσάτιδι μίγνυται, καίπερ λίαν αὐτῆς σωφρονούσης· καὶ ἀναιρεῖται Ὀρόντης. καὶ ὀργίζεται ἡ μήτηρ τῷ βασιλεῖ, ὅτι Παρύσατις φαρμάκῳ διαφθείρει τὸν Τεισσούχμου υἱόν. καὶ περὶ τοῦ θανάτου τὸν πατέρα διὰ τὸ πυρὸς, παρὰ τὸν νόμον. ἐξ οὗ καὶ ἔλεγχος Ἑλλανίκου καὶ Ἡροδότου, ὡς ψεύδονται. Ἀπόστασις Κύρου ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ συναγωγὴ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος καὶ βαρβαρικοῦ, καὶ στρατηγῶν Κλέαρχος Ἑλλήνων. ὅπως τε Συέννεσις ὁ Κιλίκων βασιλεὺς ἀμφω συνεμάχησε Κύρῳ τε καὶ Ἀρτοξέρξῃ. ὅπως τε Κύρος τῇ ἰδίᾳ στρατιᾷ καὶ Ἀρτοξέρξης πάλιν τῇ οἰκείᾳ προήνεσθη. Κλέαρχος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς ἦρχε τῶν Ἑλλήνων, καὶ Μένων ὁ Θεσσαλὸς, οἱ μετὰ Κύρου ἦσαν, ἀεὶ διαφοροι ἀλλήλοις ἐτύγχανον· διότι τῷ μὲν Κλεάρχῳ ἅπαντα ὁ Κύρος συνεβούλευε, τοῦ δὲ Μένωνος λόγος οὐδεὶς ἦν. πλὴν μόλιστα δὲ ἀπὸ μὲν Ἀρτοξέρξου πρὸς Κύρον πολλοὶ, πρὸς δὲ Ἀρτοξέρξην ἀπὸ Κύρου οὐδεὶς. διὸ καὶ ὁ βάρβαρος προσχωρῆσαι Κύρῳ μελετήσας, καὶ διαβληθεὶς, εἰς τὴν ἀποδυτὴν συνελήφθη. πρόσβολὴ Κύρου πρὸς τὴν βασιλέως σκηνὴν, καὶ νίκη Κύρου. ἀλλὰ καὶ θάνατος Κύρου, ἀπειθοῦντος Κλεάρχῳ· καὶ ἀκρωμοὶ τοῦ σώματος Κύρου ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἀρτοξέρξου. τὴν τε γὰρ κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα, μεθ' ἧς τὸν Ἀρτοξέρξην ἔβαλεν, αὐτὸς ἀπέτεμε· καὶ ἐθριάμβευσεν· καὶ ἀναχώρησις Κλεάρχου τοῦ Λακεδαιμονίου, ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ Ἕλλησι, τῆς νυκτὸς, καὶ τῶν τῆς Παρυσάτιδος πόλεων μιᾶς κατάληψις. εἶτα σπονδαὶ βασιλέως πρὸς τοὺς Ἕλληνας. ὡς Παρύσατις εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκετο, πενθοῦσα Κύρον,

Facta autem hæc fuere impulsu Statiræ: vnde Paryſatis dolore afficiebatur. Criminatur Tiſſaphernes Cyrum apud Artoxerxem fratrem: is ad matrem Paryſatin cõfugit, & à crimine obiecto abſoluitur. Reuertitur Cyrus ad ſuam ſatrapiam, ignominia à fratre affectus, ideóque de defectione cogitat. Satibarzanes Orontem criminatur, cum Paryſatide conſuetudinem eum habere dicens, quum álioqui caſtè illa viueret. Morte igitur mulcta tur Orontes: & mater iraſcitur ipſi regi quòd Paryſatis veneno Terituchmis filiũ necauerit. Et de eo qui patrem igne contra legem ſepeliuit, *ſit mentio.* vnde Hellanicus & Herodotus mẽdacii arguũtur. *Refertur etiam* Cyri à fratre defectio: & quomodo Græcum pariter & barbaricum exercitum coegerit, & Clearchus Græcorum exercitus dux fuerit. *Commemoratur deinde* quo pacto Syennesis Cilicum rex ambos, Cyrum videlicet & Artoxerxẽ, in bello gerẽdo adiuuerit, & quo modo Cyrus ſuum exercitum, & Artoxerxes viciſſim ſuum exhortat⁹ fuerit. Sed Clearchus Lacedæmonius Græcorum dux, & Menon, ambo Cyrum ſequẽtes, ſemper inter ſe diſſidebãt, quòd Cyrus Clearchi cõſilio in omnibus vteretur, Menon autem in nullo apud eum loco eſſet. Et ad Cyrum quidem ab Artoxerxe multi tranſfugiebant, ſed nullus à Cyro ad Artoxerxem. quam ob cauſam barbarus quum ad Cyrum deſciſcere tentaſſet, & accuſatus ea de re fuiſſet, in cineres eſt coniectus. *Narratur etiam* vt Cyrus in regis exercitum impreſſionem fecerit, & victoria potitus ſit: deinde vt occubuerit, dũ Clearcho morem non gerit. Vt Artoxerxes contumelioſis modis in fratris cadauer ſæuierit: quippe qui non ſolùm caput ſed & manũ qua percuſſus ab eo fuerat, abſciderit, & velut de ea triũphans, circũtulerit. *Scribit &* vt Clearchus Lacedæmoni⁹ cũ ſuis Græcis noctu receſſerit, & vnã ex Paryſatidis vrbib⁹ occupauerit: & vt rex cũ Græcis fœd⁹ inierit. Vt Paryſatis Babylonẽ profecta ſit Cyrũ lugẽs,

& vix tãdem caput eius manúmque recuperauerit, quæ Susa miserit, ibíque sepeliuerit. De Bagapate qui iussu regis caput à cadauere Cyri auulsit: & quomodo regis mater vbi in talorum lusu eum vicit, ex pacto Bagapatem obtinuit. & quomodo ipsi pellis detracta fuerit à Parysatide, & cruci deinde fuerit affixus ab eadem. quo tempore ipsa propter multam Artoxerxis obsecrationem flere Cyrum cessauit. Quomodo Artoxerxes dona cuidam dederit qui Cyri tiaram attulit, & Carem qui Cyrum à se vulneratum arbitrabatur, honorificè exceperit. Parysatis autem illum qui honorificè exceptus fuerat, cruciatib⁹ adhibitis interfecerit. Vt Artoxerxes petenti Parysatidi Mitradatē tradiderit, quippe qui in mensa se Cyrum interfeciſſe gloriatus esset: & vt sibi traditum acerba morte mulctauerit. Hæc in libris x i x & x x cõtinentur.

In libris autē x x i & x x i i, & x x i i i, (quo tota hæc finitur historia) hæc continentur, Quo pacto Tissaphernes Græcis insidias molitus sit, quum sociũ sibi adiunxisset Menonem Thessalum, & per eum dolo iuramẽtíque Clearchum ducémque cæteros in potestatem suam redegerit, quanuis Clearchus præuideret, insidiásque amoliretur. Sed tum multitudo per Menonem decepta, Clearchum etiam inuitum ad Tissaphernem coegit accedere, tum etiã Proxenus Bœotius antè dolo circumuentus, vt id faceret hortabatur. Quomodo Clearchum & cæteros compedibus vinctos Babylonem ad Artoxerxem miserit: & quomodo ad conspiciendum Clearchũ omnes confluxerint: & quomodo Ctesias ipse, quum medicus esset Parysatidis, Clearcho, dum in carcere esset, multa humanitatis officia per eã præstiterit. Et vt illum Parysatis à vinculis liberasset, nisi Statira virum Artoxerxem ad eum interficiendum hortando compulisset. Ita Clearchus morte mulctatus est: & circa eius cadauer ostẽtum hoc extitit, quòd flante vẽto vehemẽtissimo, sepulcralis agger magnæ altitudinis spõte sua id cõtexerit.

A καὶ μόλις ἐχωρίσατο τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς χειρὸς, καὶ ἔθαψεν, καὶ ἀπέστειλεν εἰς Σοῦσα. Περὶ τοῦ Βαγαπάτου τοῦ ἀποτεμόντος, τοῦ παλλακῆς βασιλέως, τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ σώματος Κύρου. ὅπως ἡ μήτηρ τοῦ βασιλέως κύβοις ὕστερον παίξασα, καὶ νικήσασα, ἔλαβε Βαγαπάτην. καὶ ὃν τρόπον τὸ δέρμα περιαιρεθεὶς ἀνεσταυρώθη ὑπὸ Παρυσάτιδος· ὅτε καὶ ὁ πολὺς ὕστερον Κύρῳ πένθος αὐτῇ ἐπαύσατο, διὰ τὸν πολ-
B λὸν τοῦ Ἀρτοξέρξου δίνησιν. ὡς Ἀρτοξέρξης δῶρα ἔδωκε τῷ ἐνέγκαντι Ⓜ Κύρου πῖλον, καὶ ὡς Ⓜ Κᾶρα τὸν δοκοῦντα Κύρον βαλεῖν Ἀρτοξέρξης ἐτίμησε. καὶ ὡς Παρύσατις τὸν τιμηθέντα Κᾶρα αἰκισαμένη, ἀπέκτεινεν. ὡς Ἀρτοξέρξης παρέδωκεν αὐτὴν ἀνδρὶ Μιτραδάτῃ Παρυσάτιδι, ὅτι τραπέζης μεγαλαυχήσαντα ἀποκτεῖναι Ⓜ Κύρον. καὶ κεῖνη λαβοῦσα, πικρῶς αἰκίσατο. Ταῦτα καὶ τὰ ἰθ' καὶ τὰ κ' ἱστορεῖ.

C Ἐν δὲ τῇ κα' καὶ β' καὶ γ', ἥτις καὶ τῆς ὅλης πέρας ἐστὶν ἱστορίας, τάδε περιέχεται. ὡς Τισσαφέρνης ἐπιβουλεύσῃ τοῖς Ἕλλησι, καὶ προσεταιρισάμενος Μένωνα τὸν Θεσσαλὸν, δι' αὐτοῦ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς ἀπάτῃ καὶ ὅρκοις ἐχειρώσατο, τοῦ Κλεάρχου καὶ προειδότος καὶ ἀποκρουομένου τὴν ἐπιβουλήν. ἀλλὰ τὸ, τε πλῆθος διὰ Μένωνος ἀπατηθὲν, κατέναγκασε καὶ ἄκοντα Κλέαρχον πρὸς Τισσα-
D φέρνην προσχωρεῖσθαι, καὶ Πρόξενος ὁ Βοιώτιος, αὐτὸς ἤδη πρόσθεν ἀπάτῃ, συμπρήνει. ὡς εἰς Βαβυλῶνα πρὸς Ἀρτοξέρξην Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους ἀπέστειλεν ἐν πέδαις· καὶ ὡς ἐπὶ θέαν Κλεάρχου ἀπάντες συνέρρυησαν. ὡς Κτησίας αὐτὸς, ἰατρὸς ὢν Παρυσάτιδος, πολλὰ Κλεάρχῳ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντι πρὸς ἡδονὴν καὶ θεραπείαν δι' αὐτῆς ἐπράξε· καὶ τῶν δεσμῶν ἂν Παρύσατις ἔλυσεν καὶ ἀφῆκεν, εἰ μὴ Στα-
E τιρα τὸν ἄνδρα Ἀρτοξέρξῃ ἐπέπεισε θανεῖν ἀναιρεθῆναι. καὶ ἀνῃρέθη Κλέαρχος· καὶ τέρας ἐπὶ τῷ σώματι συνέβη. αὐτόματος γὰρ ἐπ' αὐτῷ τάφος, μεγίστου πνεύσαντος ἀνέμου, ἐπὶ μέγα ἠρμένος, ἐπισυνέβη.

ἀνηρέθησαν δὲ καὶ Ἕλληνες σὺν αὐτῷ ἀναπεμφθέντες Ἕλλησες, πλὴν Μένωνος. λοιδορία Παρυσάτιδος πρὸς Στάτειραν, καὶ ἀναίρεσις διὰ φαρμάκου, τῆς μὲν διασωθείσης τὸν τρόπον· (ἐφυλάττετο γὰρ Στάτειρα λίαν μὴ παθεῖν ὃ πέπονθε) μαχαιρίου τὸ ἓν μέρος ἐπαλείφεται τῷ φαρμάκῳ· τὸ δὲ λοιπὸν οὐ μετεῖχε. τούτῳ τέμνεται ὀρνίθιον μικρόν, μέγεθος ὅσον ὠοῦ· (Περσικῶς δὲ ὀρνίθιον καλοῦσι) τέμνεται δὲ δίχα, καὶ τὸ μὲν καθαρὸν τοῦ ἰοῦ ἥμισυ αὐτὴ λαβοῦσα Παρύσατις ἐσθίει, τὸ δὲ προσομιλῆσαν τῷ φαρμάκῳ, ὀρέγει Στατείρᾳ. ἡ δὲ, ἐπεὶ ἐλπίουσαν τὸν ὁπαδοῦσαν ἑώρα τὸ ἥμισυ, μηδὲν συνιδεῖν δυνηθεῖσα, καὶ αὐτὴ σὺν ἐσθίει τὸ θανάτου τὸ φάρμακον. ὀργὴ μετὰ ταῦτα τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν μητέρα, καὶ σύλληψις τῶν εὐνούχων αὐτῆς, καὶ αἰκισμὸς καὶ ἀναίρεσις. καὶ ἐπὶ σύλληψι Γίγης ἣ ᾠκείωτο Παρυσάτιδι, καὶ κρίσις ἐπ' αὐτῇ· καὶ ἀθῴωσις μὲν παρὰ τῶν κριτῶν, κατεδίκη δὲ παρὰ βασιλέως· καὶ αἰκισμὸς Γίγης, καὶ ἀναίρεσις· καὶ ὀργὴ μετὰ τοῦτο Παρυσάτιδος πρὸς Ὦχον υἱόν, καὶ κεῖνον πρὸς τὴν μητέρα. καὶ τὸ χῶμα δὲ τοῦ Κλεάρχου δι' ἐτῶν ὀκτὼ μεσοῦν ἐφάνη φοινίκων, οἷς ἐν κρύφα Παρύσατις, καθ' ὃν καιρὸν ἐκεῖνος ἐτελεύτησε, μετὰ τῶν εὐνούχων κατακώσασα. αἰτίαι δ' αἱ ΕὐαγόραΒασιλεῖ Σαλαμῖνος βασιλεῖ Ἀρτοξέρξης διενέχθη. καὶ ἄγγελοι Εὐαγόραπρὸς Κτησίαν ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν παρὰ Ἀβουλίτου τὰς ἐπιστολάς. καὶ Κτησίου πρὸς αὐτὸν ἐπιστολή, περὶ τοῦ μεμαγμένην αὐτὸν Ἀναξαγόρᾳ τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. τῶν παρὰ Εὐαγόραἀγγέλων εἰς Κύπρον ἄφιξις, καὶ τῶν παρὰ Κτησίου γραμμάτων ἀπόδοσις Εὐαγόρᾳ. ᾗ Κόνωνος πρὸς Εὐαγόραν λόγος ὑπὲρ τοῦ πρὸς βασιλέα ἀναβάσεως, καὶ Εὐαγόραἐπιστολὴ περὶ ὧν ἠξιώθη ὑπ' αὐτοῦ. καὶ Κόνωνος πρὸς Κτησίαν ἐπιστολή. ᾗ βασιλεῖ παρὰ Εὐαγόραφόρος. καὶ τῶν ἐπιστολῶν Κτησίᾳ ἀπόδοσις. Κτησίου λόγος πρὸς βασιλέα περὶ Κόνωνος, καὶ ἐπιστολὴ πρὸς αὐτόν.

A Interfecti etiam fuerunt Græci cum eo missi, præter Menonē. *Narrantur deinceps* Paryſatidis in Statiram cōuicia, & quomodo Statira fuerit veneno necata. quod hūc in modum paratum erat: (cauebat enim sibi Statira diligenter ab hoc malo, quod ei tamen contigit.) Vna pars cultelli veneno superillinitur, cuius reliqua pars intacta remānsit: hoc secatur auicula parua, oui habēs magnitudinem. (auiculam hāc Persæ ryndacen appellant) di-
B uiditúrque in duas partes. & ipsa Paryſatis dimidiam partem quæ veneno carebat, accepit, comedítque: at partem veneno tinctā porrexit Statiræ. Illa quum eam quæ porrexerat edere dimidiam partem vidisset, nec quicquam *fraudis* animaduertere potuisset, ipsa quoque vnà mortiferum comedit venenum. Hinc matri rex iraſcitur, & eius eunuchi cōprehensi cruciantur & morte mulctantur. Prætereáque Ginge cōprehenditur, quæ Paryſatidi fa-
C miliaris erat, atque de ipsa iudicium exercetur: à iudicibus quidem absoluitur, à rege autē condemnatur. Tandem verò cruciatibus afficitur & necatur, eóq; nomine Paryſatis filio, hic vicissim matri succēsset. De Clearchi tumulo qui octo pòst annis palmarum plenus apparuit: quas Paryſatis clàm per eunuchos, quo tēpore ille mortuus est, aggesta terra obruerat. Causæ propter quas rex Artoxerxes & EVagoras Salaminis rex inter se dissi-
D derēt. & EVagoræ nūtii ad Cteſiam vt acciperent epistolas ab Abulite: & Cteſiæ ad ipsū epistola de reconciliatione cum Anaxagora Cypriorum rege. EVagoræ nuntiorum in Cyſtrum aduētus, & à Cteſia datæ ad EVagoram literæ, vt ei fuerint redditæ. Et, Cononis ad EVagoram oratio, ſuadentis vt ad regem ascenderet. Et, EVagoræ epistola
E de honoribus quibus ab eo affectus fuerat. Et, Cononis ad Cteſiā epistola. Et, tributum regi datum ab EVagora. Et, epistolæ Cteſiæ redditæ. Et, Cteſię ad regē oratio de Conone, & epistola ad ipsum.

Munera ab EVagora missa Satibarzani traduntur, & nuntii in Cyprum perueniũt. Et Cononis epistola ad regem & Ctesiam. Quomodo adhibita custodia retenti sint nũtii à Lacedæmoniis ad regem missi. Epistola regis ad Cononẽ & ad Lacedæmonios, quã ipse Ctesias tulit. & quomodo à Pharnabazo Conon cõstitutus sit nauarchus. Ctesiæque in Cnidum patriam suam aduẽtus & Lacedæmonem. & disceptatio aduersus Lacedæmoniorum legatos apud Rhodum: & emissio ab Epheso vsque ad Bactra. & Indicæ regionis, dierum, parasangarum. Catalogus regum à Nino & Semiramide vsque ad Artoxerxem: quibus ille librũ suũ claudit.

A τῶν περὶ Εὐαγόρου δώρων ἀπόδοσις Σατιβαρζάνῃ, καὶ τῶν ἀγγέλων τῶν εἰς Κύπρον ἄφιξις. καὶ Κόνωνος ἐπιστολὴ πρὸς βασιλέα καὶ Κτησίαν. ὡς ἐτηρήθησαν οἱ περὶ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι πεμφθέντες πρὸς βασιλέα. βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς Κόνωνα καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους, ἣν Κτησίας αὐτὸς ἐκόμισεν. ὡς ὑπὸ Φαρναβάζῳ ναύαρχος Κόνων ἐγένετο. Κτησίου εἰς Κνίδον τὴν πατρίδα ἄφιξις, καὶ εἰς Λακεδαίμο-

B να· καὶ κρίσις πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίων ἀγγέλους, ἐν Ῥόδῳ. καὶ ἄφεσις ἀπὸ Ἐφέσου μέχρι Βάκτρων. καὶ Ἰνδικῆς ἀριθμὸς, σταθμῶν, ἡμερῶν, παρασαγγῶν. καὶ κατάλογος βασιλέων ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως, μέχρι Ἀρτοξέρξου. ἐν οἷς καὶ ὁ τέλος.

EX EIVSDEM Ctesiæ scriptis quæ Indica nominata sũt, excerptæ ab eodem Photio historiæ.

ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ̃ ΑΥ̓ΤΟΥ̃ Κτησίου Ἰνδικῶν ἐν λόγοις, ἐκ τῆς τοῦ αὐτοῦ Φωτίου.

INDICA Ctesiæ vno libro cõtinentur, in quibus magis Ionicè loquitur. Scribit Indum fluuiũ, quà angustissimus est, quadraginta stadiorum esse: quà latissimus, ducentorum. Indos multitudine cæteros ferè vniuersos mortales superare dicit. De scolece, *id est, quodam verme*, qui est in flumine, & solus ex omnibus animalibus in eo nascitur. *Dicit etiam* vltra Indos non alios homines habitare. In Indica regione non pluere, sed eam à flumine rigari. De pantarba gemma, & quomodo septuaginta septem gemmas & lapides pretiosos in flumen proiectos, (quæ omnia erãt cuiusdã Bactriani institoris) pantarba retraxerit inter se cohærẽtes.

C

D

ΚΤΗΣΙΟΥ τὰ Ἰνδικά ἐστιν ἐν ἑνὶ βιβλίῳ, ἐν οἷς μᾶλλον ἰωνίζει. λέγει περὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, ὅτι μικρότατόν ἐστι, βῆμα τεσσαράκοντα εὐρέος ὄντος· τὸ δὲ πλατύτατον, καὶ διακοσίων. λέγει περὶ αὐτῶν τῶν Ἰνδῶν, ὅτι πλείους ἅπαντας ἀνθρώπους ὑπερβάλλουσι. περὶ τοῦ σκώληκος τοῦ ἐν τῷ ποταμῷ· ὃς καὶ μόνος τῶν ἄλλων ζῴων ἐν αὐτῷ γίνεται. περὶ τοῦ μὴ οἰκεῖν ἐπέκεινα αὐτῶν ἀνθρώπους. ὅτι οὐ χεῖ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ποτίζεται ἡ Ἰνδική. περὶ πανταρβᾶ τῆς σφραγῖδος· καὶ ὡς ὀγδοήκοντα σφραγῖδας ἀποῤῥιφείσας καὶ ἕτερους λίθους εἰς τὸν ποταμὸν, ἅπερ ἦν τοῦ Βακτρίου καπήλου, αὐτὴ ἀνείλκυσεν ἑκόντας ἀλλήλων.

περὶ τῶν τειχοκαταλύτων ἐλεφάντων. περὶ τῶν μικρῶν πιθήκων τῶν ἐχόντων οὐρὰς τετραπήχεις. περὶ τῶν ἀλεκτρυόνων τῶν μεγίστων. περὶ τοῦ ὀρνέου τοῦ βιττάκου, ὅτι γλῶτταν μὲν ἀνθρωπίνην ἔχει καὶ φωνὴν μέγεθος μὲν, ὅσον ἱέρακος, πορφύρεον δὲ τὸ στόμα· καὶ πώγωνα φέρει μέλανα. αὐτὸ δὲ κυάνεόν ἐστιν ὡς τὸν τριόχηλον, ὥσπερ κιννάβαρι. διαλέγεσθαι δὲ αὐτὸ ὥσπερ ἄνθρωπον, Ἰνδιστὶ μὲν ἂν διαλέγηται, καὶ Ἑλλιστί. περὶ τῆς χρυσῆς τῆς πληθυομένης ἀνὰ ἔτος ὑγρᾷ χρυσίου ἐξ ἧς ἑκατὸν περχοαὶ ὀστράκινοι ἀνὰ ἔτος ἀρύονται. ὀστρακίνους δὲ δεῖ εἶναι, ἐπεὶ πήγνυται ὁ χρυσὸς ἀπαρυόμενος· καὶ ἀνάγκη τὸ ἀγγεῖον θλᾶν, καὶ οὕτως ἐξάγειν αὐτό. ἡ δὲ χρυσῆ, τετράγωνός ἐστιν, ἑκκαίδεκα μὲν πήχεων ἡ περίμετρος, ὁ δὲ βάθος, ὀργυιά· ἑκάστη δὲ περχοὴ πάλαιστον ἔλκει. καὶ περὶ τοῦ ἐν τῷ πυθμένι τῆς χρυσῆς σιδήρου, ἐξ οὗ καὶ δύο ξίφη Κτησίας φησὶν ἐσχηκέναι· ἓν μὲν βασιλέως, καὶ ἓν δὲ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς Παρυσάτιδος. φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι πεπυρωμένος ἐν τῇ γῇ, νέφος καὶ χαλάζης καὶ τρικήρων ἐστὶν ἀποτρόπαιος. καὶ ἰδεῖν αὐτὸν ταῦτα φησὶ, βασιλέως δὶς ποιήσαντος. περὶ τῶν κυνῶν τῶν Ἰνδικῶν, ὅτι μέγιστοι εἰσὶν, ὡς καὶ λέοντι μάχεσθαι. περὶ τῶν ὀρῶν τῶν μεγάλων, ἐξ ὧν ἥ τε σαρδὼ ὀρύσσεται, καὶ οἱ ὄνυχες, καὶ αἱ ἄλλαι σφραγῖδες. ὅτι ἀλέα πολλὴ, καὶ ὅτι ὁ ἥλιος δεκαπλασίων ὁ μέγεθος ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις χώραις αὐτὸς ἑαυτοῦ φαίνεται, καὶ πολλοὶ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει φθείρονται· καὶ θάλασσαν φησὶν αὐτόθι σχεδὸν ἐλάττονα τῆς Ἑλληνικῆς. ὁ δὲ αἰὼν αὐτῆς ἕως τεσσάρων δακτύλων, θερμὸν εἶναι· ὥστε μὴ ἐνδύνειν ζῶν περσπελάσαντα τῇ θερμῷ, ἀλλὰ κάτωθεν διαπᾶσθαι.

Ὅτι ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς ῥέων διὰ πεδίων, καὶ δι' ὀρέων ῥεῖ· ἐν οἷς ὁ λεγόμενος Ἰνδικὸς κάλαμος φύεται, πάχος μὲν ὅσον δύο ἀνδρὲ περιωργυωθυοὶ περιλάβοιεν· ὁ δὲ ὕψος, ὅσον μυελοφόρου νεὼς ἰσόν. εἰσὶ δὲ ἔτι μείζους καὶ ἐλάττους, οἵους εἰκὸς ἐν ὄρει μεγάλῳ. εἶναι δὲ τῶν καλάμων καὶ ἄρρενας καὶ

A De elephantibus murifragis. De paruis simiis caudas quatuor cubitorum habentibus. De maximis gallis gallinaceis. De aue psittaco, quam lingua humana & voce præditam esse dicit, corui magnitudine, & rostro purpureo, barbámque gestare nigram, collũ habere cæruleum, quemadmodum cinnabari: loquíque ipsam Indicè, vt hominem: necnon Græcè, si Græcum sermonem docta fuerit. De fonte qui quotannis auro humido impletur, ex quo fonte centum vrcei fictiles singulis annis hauriũtur. ideóque fictiles esse oportet quoniam aurum dum hauritur concrescit, vt ad ipsum extrahendum frangere vas necesse sit. Fons hic quadratus est, cuius ambitus est sexdecim cubitorũ, altitudo vnius vlnæ: singuli autem vrcei *qui auro pleni hauriuntur*, talenti pondus exæquant. De ferro quod in fundo huius fontis extat: ex quo duos gladios se habuisse dicit ipse Ctesias: vnũ à rege, alterum à regis matre Parysatide donatum. Id ferrum si in terram defigatur, nebulas & grandines turbinésque auertere: & seipsum hæc vidisse, rege bis periculum faciente, commemorat. De canibus Indicis, qui maximi sunt, adeo vt etiam cum leone pugnent. De magnis mõtibus ex quibus sardo & onyches aliæque gemmæ effodiuntur. De acerrimo qui ibi est calore: & vt sol duplo maior quàm in aliis regionibus esse videatur, multíque æstu ibi suffocentur. Tradit etiam mare ibi non minus spatiosum Græco esse: atque id in summo quidem, donec quis ad quatuor digitorum altitudinem perueniat, calidum esse: adeo vt piscis iuxta calorem illum viuere non possit, sed in fundo degat.

B C D

Indum fluuium campos & montes interlabi *tradit*, in quibus nascatur qui calamus Indicus appellatur: eius quidem crassitudinis quam hominum duorum iunctæ vlnæ complecti possint: altitudinis autem, quanta est mali nauis onerariæ prægrandis. Esse & quosdam maiores, quosdam item minores, vtpote in spatioso monte. Esse autem inter hos calamos & marem &

E

fœminam: & fœminam quidem nucleum habere, marem verò nequaquam: & esse validissimũ. De animali Indico martichora dicto, quod facie hominẽ refert, leonis magnitudine, cinnabaris ruborem habens. Triplex est illi dẽtium ordo: aures humanis similes, oculi item cæsii, velut sũt hominũ. Caudam autem qualem scorpius epirotes habet, in qua & aculeus est cubitali maior. Sed & per tansuersũ aculeis munita est cauda. Aculeum item in summa parte, velut scorpius, gerit: quo accedentes pungit: nec mortem quicũque punctus fuerit, effugere potest. Quòd siquis eminus aduersus ipsum pugnet, & ab anteriori parte caudã prætendens aculeis petit, tanquam ab arcu eos eiaculans, & à posteriori parte eam rectà intentans. Ad plethri autem longitudinem iaculando peruenit, & quoscunque ferit, omnes ad vnum interficit, præter elephãtem. Eius autem aculei longitudinem pedalem, funis tenuissimi latitudiné habent. Martichora autẽ Grœcis ἀνθρωποφάγος sonat, *id est, hominiuorus*, quòd multos voret quos interfecerit. Sed & animalia cætera vorat. Pugnátque & vnguibus & aculeis. Aculeos autem vbi eiaculatũ fuerit, renasci scribit. Abundat autem his animalibus India: quæ ab hominibus interficiuntur, qui elephantis insidentes, telis ea petunt. De summa Indorum iustitia, & de moribus ac ritibus eorum. De loco sacro qui est in tractu inhabitabili regionis, quem sub nomine solis & lunæ venerantur: ad quẽ à mõte Sardonis quindecim est dierum iter. Vt sol ibi singulis annis per dies trigintaquinque aliquid refrigerationis illis concedat, propter id festum, vt ne dũ ipsum celebrant & dũ reuertuntur, torreantur. Tonitrua & fulgura & pluuiæ nõ sunt in India, sed frequẽtes ventos & turbines habet, qui omnia sibi obuia abripiunt. Sol autẽ oriens in maiori Indiæ parte, alteri diei parti frigo, alteri vehemẽtẽ caloré affert. Indi nõ à sole sed à natura sũt nigri.

A ηλείας. ὁ μὲν οὖν ἄρρην σύντεινόν ἐστι καὶ ἔχει, καὶ ἔστι κέρατα ἰσχυρά· ἡ δὲ θήλεια ἔχει. καὶ τὸ μὲν μαρτιχόρα τὸ ἐν αὐλοῖς ὄντος θηρίου· ὡς δὲ πρόσωπον ἐοικὸς ἀνθρώπῳ, μέγεθος μὲν ὅσον λέοντος, καὶ χρόαν ἐρυθρὸς ὡς κιννάβαρι τεύχων· δόντες δὲ ὀδόντες. ὦτα δὲ ὥσπερ ἀνθρώπου, καὶ ὀφθαλμοὶ γλαυκοὶ, ὁμοίους ἀνθρώπῳ· τὸν δὲ κέρκον ἔχει οἷον σκορπίος ὁ ἠπειρώτης, ἐν ᾧ ὁ κέντρον ἔχει, μείζω ὑπερέχουσαν πήχεως. ἔχει B δὲ καὶ ἐκ πλαγίου τῆς κέρκου ἔνθα καὶ ἔνθα κέντρα. ἔχει δὲ καὶ ἐπ' ἄκρῳ, ὥσπερ σκορπίος, κέντρον. καὶ τούτῳ μὲν ἐὰν προσέλθῃ τις, κεντεῖ τῷ κέντρῳ, καὶ πρώτως ὁ κεντηθεὶς ἀποθνήσκει· ἐὰν δέ τις πόρρωθεν μάχηται πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐμπροσθεν ἰσάς τὸν ὄφιν, ὥσπερ ἀπὸ τόξου βάλλῃ τοῖς κέντροις, καὶ ὁπίσθεν ὅπ' ὠθείας ἀποτίνων. βάλλῃ δὲ ὅσον πλέθρου εἰς μῆκος· καὶ πρώτας οὓς ἂν βάλῃ, πρώτως ἀποκτείνῃ, πλὴν ἐλέφαντος. τὰ δὲ κέντρα αὐτοῦ ἐστι C τὸ μὲν μῆκος, ὅσον ποδιαῖα, τὸ δὲ πλάτος, ὅσον χοῖνος λεπτότατος. μαρτιχόρα δὲ Ἕλληνιστὶ ἀνθρωποφάγον· ὅτι πλείστα ἐδίῃ ἀναιρῶν ἀνθρώπους. ἐδίῃ δὲ καὶ τὰ ἄλλα ζῶα. μάχεται δὲ καὶ τοῖς ὄνυξι καὶ τοῖς κέντροις. τὰ δὲ κέντρα πάλιν φησὶν, ἐπειδὰν ἐκτοξευθῇ, ἀναφύεσθαι. ἔστι δὲ πολλὰ ἐν τῇ Ἰνδικῇ. ἀποκτείνουσι δὲ αὐτὰ τοῖς ἐλέφασιν ἐποχούμενοι ἄνθρωποι, καὶ ἐκεῖθεν βάλλοντες. ὡς δὲ D τῶν Ἰνδῶν, ὅτι δικαιόπατρίδες καὶ ὡς τῶν ἐθῶν καὶ νομίμων αὐτῶν. ὡς τοῦ ἱεροῦ χωρίου τοῦ ἐν τῇ ἀοικήτῳ, ὃ ὀνόματι λιγύσιν ἡλίου καὶ σελήνης· ἐν ᾧ ἀφ' ἑκαπέντε ἡμερῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς Σαρδουῆς παραλύεται. καὶ ὅλον μὲν ἡμέρας ὁ ἥλιος ψύχει ἐκείσε τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀφ' ἑνὸς τὸν ἑορτὴν, ἵνα μὴ ἀφλεκτοι αὐτὸν τελέσωσι, καὶ ὑποφρέψωσιν. ὅτι βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ νεφέλαι οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδικῇ, ἀνεμοι δὲ E πολλοὶ, καὶ θρησκεῖαι πολλοί· καὶ ἁρπάζουσιν ὅλα ἂν λάβωσιν. ὁ δὲ ἥλιος ἀνίσχων τὸ ἥμισυ τῆς ἡμέρας ψύχος ποιεῖ, τὸ δ' ἄλλο, λίαν ἀλεεινὸν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν τῆς Ἰνδικῆς τόπων. ὅτι Ἰνδοὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰσὶ μέλανες, ἀλλὰ φύσει.

ἐν γὰρ φησιν ἐν αὐτοῖς καὶ ἄνδρας καὶ γυ- A
14 ναῖκας λευκοτάτους πάντων, εἰ δὲ ὅτι ἔλαττον. ἰδεῖν δὲ καὶ αὐτὸν τοιαύτας Ἰνδὰς δύο γυναῖκας, καὶ πέντε ἄνδρας. ὅτι πιστῶσαι τὰ περὶ τοῦ ἡλίου βουλόμενος, ὡς ἐν λε' ἡμέραις ἐν Ἰνδίᾳ ψύχει, λέγει ὅτι καὶ ὁ πῦρ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥέον τὸν μέσον χῶρον, ἅτε δι' ἀνθρώπων ἀνδρῶν ὄντα, οὐ φθείρει, φθεῖρον τὰ ἄγρια. καὶ ἐν Ζακύνθῳ χρηνίδας ἰχθυοφόρους εἶναι ἐξ ὧν αἴρεται πίσσα. καὶ ἐν Νάξῳ χρηνίδα, ἐξ ἧς οἶνος ἐνίοτε ῥεῖ καὶ μάλα ἡδύς. καὶ ὅτι πῦρ ἐστιν ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ὅπου πέτρας καὶ νύκτα ἐν ἡμέρᾳ· καὶ ὕδατι μὲν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ ἀναφλέγει, φορυτῷ δὲ σβέννυται. ὅτι μέση τῇ Ἰνδικῇ ἄνθρωποι εἰσὶ μέλανες, καὶ καλοῦνται Πυγμαῖοι, τοῖς ἄγλοις ὁμόγλωσσοι Ἰνδοῖς. μικροὶ δὲ εἰσι λίαν· ᾧ μακρότατοι αὐτῶν, πήχεων δύο· οἱ δὲ πλεῖστοι, ἑνὸς ἡμίσεος πήχεως. κόμην δὲ ἔχουσι μακροτάτην, μέχρι καὶ ὅπου τὰ γόνατα, καὶ ἔτι κατώτερον, καὶ πώγωνα μέγιστον πάντων ἀνθρώπων. ἐπειδὰν δὲ τὸν πώγωνα μέγαν φύσωσιν, οὐκέτι ἀμφιέννυνται ῥοῦν ἱμάτιον, ἀλλὰ ταῖς τρίχας, ταῖς μὲν ἐκ τῆς κεφαλῆς, ὄπισθεν καθιεῖσαι πολὺ κάτω τῶν γονάτων· ταῖς δὲ ἐκ τοῦ πώγωνος, ἔμπροσθεν μέχρι ποδῶν ἑλκομένας. ἔπειτα περιπυκασάμενοι ταῖς τρίχας περὶ ἅπαν τὸ σῶμα, ζώννυνται, χρώμενοι αὐταῖς ἀντὶ ἱματίου. αἰδοῖον δὲ μέγα ἔχουσιν, ὥστε φαίνειν τῶν σφυρῶν αὐτῶν, καὶ πάχος. αὐλοὶ δὲ σιμοί τε καὶ αἰγοειδεῖς. τὰ δὲ περὶ τὰ σκέλη αὐτῶν, ὡς ἄρνες καὶ αἱ βόες καὶ οἱ ὄνοι, μικρὸν ὅσον κριοῦ· καὶ οἱ ἵπποι αὐτῶν καὶ οἱ ἡμίονοι καὶ τἄλλα κτήνη πολύτα, μικρὸν μείζω κριοῦ. ἔστι δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν, τούτων τῶν Πυγμαίων ἄνδρες χίλιοι. σφόδρα γὰρ εἰσι τοξόται. δικαιότατοι δέ εἰσι, καὶ νόμοις χρῶνται ὡσαύτως καὶ οἱ Ἰνδοί. λαγωοὺς δὲ καὶ ἀλώπεκας θηρεύουσιν, οὐ τοῖς κυσὶν, ἀλλὰ κόραξι καὶ ἰκτῖσι καὶ κορώναις καὶ ἀετοῖς. ὅλη λίμνη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, σταδίων ὀκτακοσίων ἡ

in quibuſdam enim viris & mulieribus inter eos ſummum candorem conſpici tradit: in paucioribus tamē. & ſe tales Indas duas & Indos quinque vidiſſe addit. Confirmare volēs quod de ſole dixerat, eum Indiæ trigintaquinque dierum refrigerationē concedere, ſcribit & flammam quæ ex AEtna crumpit, medium regionis tractū, vtpote qui à iuſtis hominibus incolatur, non labefactare, quum cætera labefactet. B & apud Zacynthum fontes eſſe piſcium fertiles, è quibus pix educatur: & apud Naxum fōtem eſſe è quo vinum, & quidem ſuauiſſimum, nonnunquā profluat. Et ignem iuxta Phaſelidem in Lycia eſſe perpetuum, qui ſuper petram ſemper noctes diéſque ardeat: & qui aqua nō extinguatur, ſed redardeſcat: at fimo extingui poſſit. Media India nigros habet viros qui Pygmęi appellantur, eadem qua Indi cæteri C lingua vtentes. ſunt autem valde parui: adeo vt bona pars dimidii cubiti magnitudinem, qui autē eorum maximus, duorum cubitorum magnitudinem non ſuperet. Capillum autem vſque ad genua & infra etiam demiſſum, barbam quoque quibuſuis aliis hominibus promiſſioré geſtant. Atque adeo poſtquam illis promiſſa barba exorta eſt, nullo iam veſtitu vtuntur, ſed capillos quidem à tergo multo infra genua D demittunt, barbam autem antè ad pedes vſque protrahūt: deinde, quum totum corpus pilis obduxerunt, ſeipſos cingunt, illis veſtimenti loco vtentes. Sed & veretrum illis eſt valde craſſum, adeóque magnum vt ad pedum vſque malleolos pertingat. Sunt porro ſimi atq; deformes. Oues autem eorum ſunt agnis *noſtris* pares: boues & aſini ad *noſtrorum* arietum magnitudinē accedūt. E equi item eorum & muli cæteráque veterina animalia arietes magnitudine non ſuperant. Horū Pygmæorum tria millia rex Indorū in ſuo comitatu habet. ſunt enim ſagittarii peritiſſimi. Iuſtiſſimi autem ſunt, & iiſdem quibus reliqui Indi legibus vtuntur. Lepores & vulpes non canibus ſed coruis, miluis, cornicibus & aquilis venantur. Lacus eſt apud eos octingentorū ſtadiorū ambitū

habens, cui, quoties à nullo vẽto agitatur, oleũ ſupernatat: quod quidam ex eius medio ſcaphiis hauriunt, nauigiolis per eum nauigantes. atque eo vtuntur. Vtũtur autem & oleo ex ſeſamo, & ex nucibus: ſed præſtãtius eſt quod è lacu illo hauritur. Habet verò etiam piſces hic lacus. Abundat præterea argento hæc regio, in qua ſunt & argenti fodinæ, non tamen, vt aiunt, altitudinis quantæ apud Bactra. Aurum quoque habet India, ſed quod non reperitur in fluuiis & abluitur, vt fit in flumine Pactolo: ſed multi & ſpatioſi mõtes id ſuggerunt: quos incolũt grypes, aues quadrupedes, lupi magnitudine, cruribus & vnguibus leoninis: qui pennas in pectore rubras, in reliquo corpore nigras habent. Propter has illud quod in mõtibus eſt copioſum aurum nõ facilè obtinetur. Oues Indorum & capræ maiores ſũt aſinis, & vtplurimum quaternos atque adeo ſenos pariũt. Caudæ autem illis adeo ſunt magnæ vt amputãdæ ſint illis quæ enixæ fuerint vt à mare poſſint iniri. At porcũ India nec mãſuetum nec ſylueſtrem vllum habet. Palmæ Indicæ earúmque fructus triplo Babyloniis ſunt maiores. Eſt ibi & quidam fluuius (vt ille ſcribit) è petra mel fundens. Sed multa de illorum iuſtitia & de beneuolentia qua regem ſuum proſequuntur, & de illorum cõtemptu mortis commemorat. Meminit & fontis cuiuſdam, cuius aquã, ſimulatque hauſta fuerit, in morem caſei coagulari dicit: cuius coagulatæ ſiquis tres obolos cum aqua biberit, quæcũque admiſerit patefacit. eo enim die mente alienatur. Eo autem vtitur rex erga eos qui an obiectis criminibus ſint affines, certò vult cognoſcere. nam ſiquis *id de quo accuſatur* effutiuerit, mortẽ ſibi cogitur conſciſcere: ſin *indicio ſuo* nullius criminis conuincatur, abſoluitur. Nullum ex Indis capitis aut oculorum aut dẽtium dolore laborare tradit, nullíq; circa os puſtulas oriri: eorúmque vitæ ſpatium eſſe cẽtum viginti, & triginta & quinquaginta annos: atque adeo ducentos, quorum ſit longiſſima. Eſt apud eos ſerpens dodrantali magnitudine,

A πεῖμες ος, ὃν ἢ ἀνέμου μὴ πνέοντος ἐπὶ τὸ τῆς λίμνης, ἔλαιον ἐφίσα). καὶ πλοιαρίοις πλέοντες δι' αὐτῆς, ὃν μέσης αὐτῆς σκαφίοις ἃ ἐλαίᾳ ἀπαρύονται καὶ χέωνται. χέωνται δὲ καὶ σησάμῳ. ἔχει δὲ ἡ λίμνη καὶ ἰχθύας. καὶ τῷ καρύνῳ δὲ χέωνται. κρεῖσσον δὲ ὃ λιμναῖον. ἔστι δὲ αὐτόθι ἄργυρος πολύς, καὶ ἀργύρεα μέταλλα, οὐ βαθέα, ἀλλὰ βαθύτερα ἢ Φησὶ τὰ ἐν Βάκτροις. ἔστι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν τῇ Ἰνδικῇ χώρᾳ, ὃν ἐν τοῖς ποταμοῖς εὑρισκόμενος καὶ πλυνόμενος, ὥσπερ ἐν τῷ Πακτωλῷ ποταμῷ· ἀλλ' ὄρη πολλὰ καὶ μεγάλα, ἐν οἷς οἰκοῦσι γρύπες, ὄρνεα τετράποδα, μέγεθος ὅσον λύκος· σκέλη καὶ ὄνυχες, οἷα περ λέων. τὰ δὲ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι παραπλήσια, μέλανα, ἐρυθρὰ δὲ τὰ ἐν τῷ στήθει. διὰ αὐτοὺς δὲ ὁ ἐν τοῖς ὄρεσι χρυσὸς πολὺς ὤν, γίνεται δυσπόριστος. ὅτι τὰ πρόβατα τὰ Ἰνδῶν καὶ αἱ αἶγες, μείζους ὄνων εἰσὶ, καὶ τίκτουσιν ἀνὰ τέσσαρα καὶ ἕξ, ὡς ὅπου τὸ πολύ. ἔχουσι οὐρὰς μεγάλας· διὸ τῶν τοκάδων ἀποτέμνουσιν, ἵνα δυνώνται ὀχεύεσθαι. ἰς δὲ οὔτε ἡμέρος οὔτε ἄγριος ὗς ἐστιν ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Ὁ δὲ φοίνικες οἱ ἐν Ἰνδοῖς καὶ οἱ τούτων βάλανοι, τριπλάσιοι τῶν ἐν Βαβυλῶνι. καὶ ποταμόν Φησιν ἐκ πέτρας ῥέοντα μέλι. πολλὰ δὲ λέγει περὶ τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν καὶ τῆς περὶ τὸν σφῶν βασιλέα εὐνοίας, καὶ τῆς τοῦ θανάτου καταφρονήσεως. λέγει δὲ ὅτι πηγή ἐστι, καὶ ἐπειδάν τις ἀρύσῃ τὸ ὕδωρ αὐτῆς, πήγνυται ὥσπερ τυρός. τούτου οὖν τοῦ πήκτου ὅσον τρεῖς ὀβολοὺς σὺν τρισὶ δράξι ἐν ὕδατι πιεῖν, ἐξαγγέλλει πάντα ὅσα ἔπραξε. παραφρονεῖ γὰρ καὶ μαίνεται ταύτην τὴν ἡμέραν. χρᾶται δὲ αὐτῷ ὁ βασιλεὺς ἐφ' ὧν κατηγορουμένων τἀληθὲς εὑρεῖν ἐθελήσῃ. κἂν μὲν ἐξείπῃ, προστάττεται ἀποκαρτερῆσαι· αἰ δὲ μηδὲν ἐλεγχθῇ, ἀφίεται. Ὅτι Φησὶν ὡς Ἰνδῶν οὐδεὶς κεφαλαλγεῖ, οὐδὲ ὀφθαλμιᾷ, οὐδὲ ὀδοντιᾷ, οὐδὲ ἕλκουσι τὸ σῶμα, οὐδὲ σπυρίδνα οὐδεμίαν ἴσχει. ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν, ρκ' καὶ λ' καὶ ν', καὶ σ', Ὁ τὰ πλείστα βιοῶντες. ἔστιν ὄφις ἀσπιδαμιαῖος ἐν αὐτοῖς,

B

C

D

E

15

τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ ὡς ἡ καλλίστη πορφύρα· ἡ δὲ κεφαλὴ, λευκοτάτη· ὀδόντας δὲ οὐδ' ὅλως ἔχει. θηρεύεται δὲ ἐν τοῖς καυματωδεστάτοις ὀρέσιν, ὅθεν ἡ Σαρδὼ ὀρύσσεται. τοῦτος δάκνει μὲν οὐ, ὅπου δ' ἂν καταμείσῃ, τοῦτο τὸ χωρίον πάντως σήπεται. ποιεῖ δὲ φάρμακον διττόν, ἀπὸ τῆς οὐρᾶς χρεμάμενος, ἡλεκτροειδὲς καὶ μέλαν. καὶ τὸ μὲν, ζῶντος ἀπορρεῖ· τὸ δὲ μέλαν, θανόντος. καὶ τὸ μὲν, ὅσον σησαμοῦν διδόμενον, ὃ ζῶντος ἔρρυσεν, αὐτίκα φθείρει, τὸ ἐγκεφάλου τοῦ πιόντος, δι' ὧν ῥινῶν ἀπορρύσεως· τὸ δὲ ἄλλο διδόμενον, εἰς φθίσιν ἀπάγει, καὶ δι' ὀκταετοῦς μόλις διαλύσιν. καὶ ὄρνεον, φησὶν, ὅτι καλούμενον δίκαιον, ὅσον Ἕλλησι δίκαιον σημαῖνον· τὸ μέγεθος, ὅσον περδικος ὠόν. τοῦτο κόπρον ἀπόπατον καταρύσσει, ἵνα μὴ εὑρεθῇ. εὑρεικόμενον δὲ, αὐ πρὸ ἡλίου ἀνατολῆς ὅσον σησάμου, ἐώθεν ὕπνος ὑπολαμβάνει· καὶ καθεύδει, μηδὲν αἰσθανόμενος· καὶ δυομένου τοῦ ἡλίου τελευτᾷ. καὶ ξύλον ἔστι πάρηβον καλούμενον, τὸ μέγεθος ὅσον ἐλαία· ἐν τοῖς βασιλείοις μόνον εὑρίσκεται κήποις. οὔτε ἄνθος φέρει, οὔτε καρπόν· δεκαπέντε δὲ μόνας ῥίζας ἔχει, καὶ τοσαύτας παχείας τῆς γῆς. ἔστι δὲ τὸ πάχος αὐτῆς ὅσον βραχίων, τὸ λεπτότατον. αὕτη ἡ ῥίζα, ὅσον σησάμου, λαμβανομένη, οὗ ἂν προσαχθῇ, ἅπαντα ἕλκει πρὸς ἑαυτὸ, χρυσὸν, ἄργυρον, χαλκὸν, λίθους· καὶ πάντα πάντα, πλὴν ἠλέκτρου. εἰ δὲ ὅσον πήχεως ἡ ῥίζα ληφθῇ, ἕλκει καὶ ἄρνας καὶ ὄρνεα. ταύτῃ γὰρ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων θηρεύονται. ἐὰν βούλῃ καὶ ὕδωρ πῆξαι ὅσον χόα, τῆς ῥίζης ἐμβαλὼν ὅσον ὀβολὸν, πῆξις αὐτό· καὶ ἐὰν οἶνον, ὡσαύτως. ἐξῆς τῇ χειρὶ αὐτὸν, ὡς πρὸ χειρὸς· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ διαχεῖται. δίδοται δὲ κοιλιακοῖς βοήθημα. ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς διαρρέων διὰ τῆς Ἰνδικῆς, οὐ μέγας μὲν, ἀλλ' ὡς ὅτι δύο σταδίους τὸ εὖρος· ὄνομα δὲ τῷ ποταμῷ, Ἰνδιστὶ μὲν Υ'πάρχης, Ἑλλησι δὲ, Φέρων πάντα τὰ ἀγαθά. τοῦτο τὸν ἑαυτοῦ λ' ἡμέρας ἡλέκτρου καταῤῥεῖ. φασὶ γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσι δένδρα εἶναι ὑπερέχοντα τοῦ ὕδατος.

aspectu similis pulcherrimæ purpuræ: caput candidissimum habens, dentibus omnino carens. quem venatores in feruentissimis montibus nanciscuntur, ex quibus sardo *gemma* effoditur. Hic non mordet, sed quemcunque locum vomitu suo conspersit, in eo putredinem oriri necesse est. Si autem è cauda suspēdatur, venenum duplex emittit, vnum dum viuit, quod nigrum est, electri speciem referens: alterum, vbi mortuus est, nigrum & ipsum. Et illius quidem prioris quod ab eo viuente profluxerit, si tantum detur quantum est sesamum, confestim enecat, cerebro eius qui ipsum biberit, per nares effluente: alterum autem si detur, tabem inuehit, & vix intra anni spatium perimit. Meminit & auis *δικαίου* cognominatæ, (esse autem *δίκαιον* idem quod Græcis *δίκαιον, id est iustū*) quæ oui perdicis magnitudinem non excedat. hanc stercus suum defodere tradit, ne inueniatur: quod si inuentum sesami mensura bibatur, manè somnus eum qui biberit corripit, & ita dormit vt nihil sentiat: vergente autem ad occasum sole, expirat. Est ibi & lignum *πάρηβον* dictum, oleæ magnitudine, quod in regiis duntaxat inuenitur hortis: nec florem nec fructum producens: sed quindecim duntaxat sub terra sunt ei crassæ radices, quarum vnaquæque brachii crassitudinē habet. huius si dodrantem quis sumpserit, omnia quibus illa admouetur ad se trahit, aurum, argentum, æs, lapides, & alia quælibet, præter electrum: sin quis tātum eius quanta est cubiti mensura, acceperit, & agnos & aues ad se trahit. nam & hac maiorē auium partem venantur. Quinetiam, si aquam concrescere velis, in aquæ congium radicis huius obolum iniiciens, concrescere facies. Idémque ih vino efficere poteris: manúque, velut cerā, tenebis: sed postridie soluitur.

Auxiliatur & cœliacis. Est præterea fluuius Indiam interlabens, duorum stadiorum latitudinem non excedens: qui ab Indis *ὕπαρχος* appellatur, quod Græcè sonat, *Φέρων πάντα τὰ ἀγαθὰ, id est, ferens omnia bona.* ex hoc per triginta cuiusque anni dies electrū emanare dicit. Esse enim in mōtibus arbores aqua extātes,

(montes enim alluuntur aqua) quæ certo anni tempore lacrymas emittant, velut amygdalus, aut pinus, aut alia quæpiam arbor: (atque hoc per triginta potissimùm anni dies contingere) has autem lacrymas in fluuium cadentes cõcrescere. vocarique hanc arborem Indica lingua, siptachora, quod Græcis significet γλυκὺ, ἡδὺ, *id est, dulce, suaue.* atque Indos electrum inde colligere. Sed & fructum qui à quibusdam illarum arborum, velut à vitibus producatur, esse racemos, quorum acini nuces Põticas magnitudine æquent. His in montibus degere scribit homines caninum capùt habentes, qui agrestium animalium exuuiis amiciantur: & sermone nullo vtantur, sed latratum duntaxat more canum edant, cuius significatio perinde ac sermonis intelligatur. His dentes quàm canibus esse maiores: vngues caninis esse similes, nisi quòd lõgiores sint & rotundiores. Incolere autem mõtes vsque ad fluuium nomine Indum: atque esse atro colore. Hos, sicut & cæteros Indos cum quibus commercium habẽt, esse iustissimos. & hos quidem quæ ab illis dicantur intelligere, quum autem ipsi loqui nõ possint, latratu & manibus atque digitis, velut eos qui surdi ac muti sint, signa dare. Hos ab Indis Calystrios nominari, quod Græci dicerent κυνοκεφάλους, *id est capita canum habentes.* Addit, hanc nationem nõ pauciorum esse quàm centum viginti millium hominum. Ad illius autem fluminis fontes purpureum florẽ nasci, ex quo purpura tingatur nihilo Græca inferior, quin potius multo ea floridior. Ibi & animalia scarabei magnitudine nascuntur, minii ruborem, longissimos autem pedes habentia: quæ mollia sunt vt vermes. nascuntur autem hæc in arboribus quæ electrum ferunt, eorúmque fructum depascũtur & corrumpunt, vt phthires in Græcia vites corrumpere solent. Hæc animalia terentes Indi, puniceo colore saga & tunicas, & quicquid aliud volunt, inficiunt: sũntque hæ tinctura Persicis præstantiores. Hi Cynocephali in montibus habitantes, nullum artificium exercent,

A (ὕδατι γὰρ ῥεῖται τὰ ὄρη) εἶτα ὥρα ἐστὶν ὅτε δάκρυα φέρει ὥσπερ ἀμυγδαλὴ, ἢ πίτυς, ἢ ἄλλό τι δένδρον· μάλιστα δὲ εἰς λ' ἡμέρας τῦ ἐνιαυτοῦ. εἶτα ἀποπίπτει τὰ δάκρυα ταῦτα εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ πήγνυται. τῷ δενδρέῳ δὲ τούτῳ ὄνομά ἐστιν Ἰνδιστὶ σιπταχόρα. Ἑλλωνιστὶ σημαίνει, γλυκὺ, ἡδύ. καὶ ἐκεῖθεν ⓐ Ἰνδοὶ συλλέγουσι τὸ ἤλεκτρον. φέρειν δὲ καὶ καρπὸν τὰ δένδρα βότρυς, ὥσπερ ἄμπελος. ἔχειν δὲ τὰς ῥῶγας ὥσπερ κέρυα τὰ Ποντικά. ἐν τοῖσδε τοῖς ὄρεσι φησὶν αὐ-
B θρώπους βιοτεύειν κυνὸς ἔχοντας κεφαλήν. ἐσθῆτας δὲ φορεῖν ἐκ τῶν ἀγρίων θηρίων. φωνὴν δὲ μὴ ἀφιέναι τοιαύτην, ἀλλ' ὠρύεσθαι ὥσπερ κύνες, καὶ οὕτως σημαίνειν αὐτῶν τὴν φωνήν. ὀδόντας δὲ μείζους ἔχειν κυνὸς, καὶ τοὺς ὄνυχας ὁμοίως κυνῶν, μακροτέρους δὲ καὶ στρογγυλωτέρους. οἰκεῖν δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι, μέχρι τῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ. μέλανες δέ εἰσι καὶ δίκαιοι πάνυ, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι Ἰνδοὶ οἷς ὁπτιμίζουσι. καὶ σημαίνουσι μὴν τὰ
C παρ' ἐκείνων λεγόμενα, αὐτοὶ δὲ οὐ δύνανται διαλέγεσθαι, ἀλλὰ τῇ ὠρυγῇ καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις σημαίνουσιν, ὥσπερ οἱ κωφοὶ καὶ ἄλαλοι. καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν Ἰνδῶν Καλύστριοι, ὅπερ ἐστὶν Ἑλλωνιστὶ Κυνοκέφαλοι. τὸ δὲ ἔθνος ἐστὶν ἕως δώδεκα μυριάδων. τῶνδε δὲ τὰς πηγὰς τούτου τοῦ ποταμοῦ ἐστὶ πεφυκὸς ἄνθος πορφυρεοειδὲς οὗ πορφύρα βάπτεται οὐδὲν ἥττων τῆς
D Ἑλλωνικῆς. ἀλλὰ καὶ πολὺ ἐρυθροτέρα. ὅτι αὐτόθι ἐστὶ γινόμενα θηρία τὸ μέγεθος ὅσον καμήλους, ἐρυθρὰ ὥσπερ κινναβάρι. πό- 16
δας δὲ ἔχει μακροὺς σφόδρα. μαλακὸν δέ ἐστιν ὥσπερ σκώληξ. καὶ γίνεται ταῦτα ὅτι τῶν δένδρων τῶν τὸ ἤλεκτρον φερόντων· καὶ ⓚ καρπὸν κατεσθίει αὐτῶν καὶ διαφθείρει, ὥσπερ οἱ τοῖς Ἕλλησιν ⓐ φθεῖρες τὰς ἀμπέλους. ταῦτα οὖν τὰ θηρία τείνοντες ⓐ Ἰνδοὶ, βάπτουσι τὰς φοινικίδας καὶ τοὺς χιτῶνας, καὶ ἄλλο ὅ,τι ἂν βούλωνται· καὶ εἰσι βελτίω τῶν τῶνδε Πέρ-
E σας βαμμάτων. ὅτι ⓐ Κυνοκέφαλοι οἰκοῦντες ἐν τοῖς ὄρεσιν, οὐκ ἐργάζονται,

ἀπὸ θήρας

ἀπὸ θήρας δὲ ζῶσιν· ὅταν δὲ ἀποκτείνωσιν αὐτά, ὀπτῶσι πρὸς τὸν ἥλιον. πρέφουσι δὲ καὶ πρόβατα πολλά, καὶ αἶγας, καὶ ὄνους. πίνουσι δὲ γάλα καὶ ὀξύγαλα τῶν προβάτων. ἐσθίουσι δὲ καὶ τὸν καρπὸν τοῦ σιφαχόου, ἀφ' οὗ τὸ ἤλεκτρον γλυκὺς γάρ. καὶ ξηραίνοντες αὐτοὺς, σωρεύδας συρράπτουσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἕλλησι τὴν ἀσταφίδα. ⓓ δὲ Κυνοκέφαλοι σχεδίαν ποιησάμενοι, καὶ ὑπερθέντες, ἀπάγουσι φόρτον τοῦτον· καὶ τῆς πορφύρας τὸ αἷμα καθαρὸν ποιήσαντες, καὶ τοῦ ἠλέκτρου ξ καὶ σ' τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ· καὶ ὅτῳ ὁ φοινίκιον βάπτεται τοῦ φαρμάκου, ἕτερα τοσαῦτα. καὶ ἠλέκτρου χίλια πάλαιστα ἀπάγουσι κατ' ἐνιαυτὸν τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ. καὶ ἕτερα δὲ καταγόντες πωλοῦσι τοῖς Ἰνδοῖς, πρὸς ἄρτους καὶ ἄλφιτα καὶ ξύλινα ἱμάτια. πωλοῦσι δὲ καὶ ξίφη, οἷς χρῶνται πρὸς τὴν τῶν θηρίων ἄγραν, καὶ τόξα καὶ ἀκόντια. πάνυ γὰρ δεινοί εἰσιν ἀκοντίζειν καὶ τοξεύειν. ἀπόλεμοι δ' εἰσὶ, διὰ τὸ οἰκεῖν αὐτοὺς ὄρεα ἄβατα καὶ ὑψηλά. δίδωσι δὲ αὐτοῖς διὰ πέμπτου ἔτους δῶρα ὁ βασιλεύς, λ' μὲν μυριάδας τόξων, καὶ ἀκοντίων τοσαύτας, πελτῶν δὲ, δώδεκα· καὶ ξίφη δὲ πεντακισμύρια. τούτοις τοῖς Κυνοκεφάλοις οὐκ εἰσὶν οἰκίαι, ἀλλ' ἐν σπηλαίοις διαιτῶνται. θηρεύουσι δὲ τὰ θηρία, τοξεύοντες καὶ ἀκοντίζοντες, καὶ διώκοντες καταλαμβάνουσι· ταχὺ γὰρ τρέχουσι. λούονται δὲ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἅπαξ τοῦ μηνὸς, ὅταν τὰ καταμήνια αὐταῖς ἔλθῃ, ἄλλοτε δ' οὔ. ⓓ δὲ ἄνδρες οὐ λούονται μόνον, ἀλλ' ὑγροῖς· ἀλείφονται. ἐλαίῳ δὲ χρίονται τρὶς τοῦ μηνὸς, τῷ ἀπὸ τοῦ γάλακτος γινομένῳ, καὶ σκυτίβονται δέρμασι. τὴν δὲ ἐσθῆτα ἔχουσιν οὐ δασεῖαν, ἀλλὰ φιλῶν τῶν μαλλημάτων, ὡς λεπτοτάτων, καὶ αὐτοὶ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν. ⓓ δὲ πλουσιώτατοι αὐτῶν λινᾶ φορέουσιν· οὗτοι δ' εἰσὶν ὀλίγοι. κλίνας δὲ αὐτοῖς οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ σιβάδας ποιοῦνται. ὅστις δ' αὐτῶν πλουσιώτατος νομίζεται εἶναι, ᾧ ἂν πλείστα πρόβατα ᾖ· ἡ δὲ ἄλλη οὐσία, ὡς ἁπλῆ. οὐρὰν δὲ ἔχουσι πάντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ὑπὸ τῶν ἰχίων, οἷον τῶν κυνῶν.

sed è venatu sibi victum comparant: & quæ occiderint animalia, ad solem torrẽt. Multas præterea oues, capras & asinos alunt. lac autem ouiũ & oxygala (*q.d. lac acidum*) illis est potus. Vescuntur autẽ & fructu siptachoræ *arboris suprà memoratæ*, è qua prouenit electrũ. est enim dulcis. Sed & illis arefactis (vt à Græcis vuæ arefiunt) sportas à se cõtextas implent, quas deinde ratibus impositas, vnà etiam cũ flore purgato ex quo purpureꝰ color conficitur, & cum electri ducentis sexaginta talentis, & totidem illius pharmaci quo ad punicei coloris tincturam vtũtur, & *aliis* * electri mille talentis, Indorum regi quotannis aduehunt. Sed & cæteris Indis merces huiusmodi aduehentes vendũt, ab illis viciſſim panes & farinã & ligneos amictus accipientes. Sed & gladios quibus ad ferarum venatum vtuntur, arcúsque & iacula illis vendunt. sunt enim & sagittarii & iaculatores peritissimi. Sunt autem inexpugnabiles, quòd montes altos & inacceſſos habitẽt. Munera autẽ illis quinto quoque anno rex donat, trecenta arcuum & totidem iaculorum millia, peltarum centum viginti millia, gladiorum quinquaginta millia. His Cynocephalis nullæ sunt domus, sed in speluncis habitant. Quas autem feras inter venandum sagitta vel iaculo petierint, eas perſequẽtes assequuntur. veloces enim sunt ad cursum. Earum vxores semel duntaxat in mẽse se lauant, quũ menstrua aduenerunt, aliâs nũquam. At viri se non lauant, sed manus duntaxat abluunt. Sed ter in mense oleo se vngũt quod è lacte conficitur, & se pellibus abstergunt. Vestem autem villosam non gestãt, sed villis carẽtia masthlemata quamtenuissima ipsi pariter & eorum vxores induũt. At qui sunt inter eos ditissimi, lineo amictu vtuntur. hi autem sunt pauci. Lectorũ nullus est apud eos vsus, sed toris extẽporaneis vtũtur. Is verò inter eos ditissimꝰ habetur cui maxima fuerit ouiũ copia. Caudã autẽ habẽt omnes viri & mulieres, supra nates, canũ more:

ſed maiorem magiſque piloſam. Coeunt cum fœminis quadrupedes, canum ritu, alióque modo coire turpe cenſent. Sunt autem iuſti, & vitæ, præ quibuſuis hominibus, longiſſimæ. centum enim & ſeptuaginta, nonnulli & ducentos viuũt annos. Vltra hos autem alios habitare dicit ſupra fluuii fontes: qui nigri ſint, ſicut & cæteri Indi: otioſique degant, ac neque frumentum edant, neque aquam bibant: ſed magnam boum, caprarum, ouium copiã alant, eorúmque lac potent, ac nihil aliud. Apud illos quum in lucem prodeunt infantes, ſedem perforatam non habent, neque cacant: ſed nates quidem habẽt, at foramen interiectum non eſt. quo fit vt non cacent, ſed caſeoſum quiddam meiant, non valde craſſum tamen, ſed fæculentum. Quum autem manè lac biberũt, & meridie ad eius potum reuertuntur, dulcem quandam apud eos radicem eſſe aiunt quæ lac in eorum ventre coagulari non ſinat. Huius igitur eſu vomitũ veſperi prouocant, omniáque facilè euomũt. Aſinos ſylueſtres habet India equis pares, quoſdam & maiores: quibus caput purpureũ, oculi cærulei, reliquum corpus eſt album. Cornu illis in fronte cubitalis magnitudinis, cuius inferior verſus frontem pars duorum palmorũ ſpatio ſit candidiſſima: at ſuperior quæ in acutũ tendit, punicea ſit, ſummum ruborem adiunctum habens: pars autem media, ſit nigra. Ex his pocula conficiuntur, è quibus qui bibunt, nec ſpaſmo nec ſacro morbo corripiuntur: ſed nec venena vllam in eos vim habent, ſi modò vel antequã illa hauriãt, vel, poſtquã hauſerint, aquam aut vinũ aut aliud quippiam ex illis poculis bibant. Ac cæteri quidem aſini & manſueti & ſylueſtres cæteráque ſolidipeda animantia & talis & felle in iecore carẽt: at hi & talum & fel in iecore habent: & quidem talũ omnium quos mihi videre contigit pulcherrimum, bouis talo & ſpecie & magnitudine ſimilẽ, perinde grauem ac plumbum,

A μείζονα δὲ καὶ δασυτέραν. καὶ μίσγονται ταῖς γυναιξὶ τετραποδιστί, ὥσπερ ④ κύνες· ἄλλως δὲ μιγλῶσαι, αἰδοῖς ἔστιν αἰσχρόν. δίκαιοι δέ εἰσι καὶ μακροβιώτατοι πάντων ἀνθρώπων. ζῶσι γὰρ ἔτη ρ' καὶ ο', ἔνιοι δὲ αὐτῶν καὶ σ'. ὑπὲρ δὲ τούτους, ἑτέρους φασὶ βιοτεύειν, ἄνω τῶν πηγῶν τοῦ ποταμοῦ· οὗτοι δὲ οἱ ἀνθρωποι, μέλανες μέν εἰσιν, ὥσπερ καὶ ④ ἄλλοι Ἰνδοί· ἐργάζονται δὲ οὐδέν, οὐδὲ ἐσθίουσι σῖτον, οὐδὲ πίνουσιν ὕδωρ. παρέχεται δὲ πολλὰ κέφοσι, καὶ βοῦς καὶ αἶγας καὶ
B ὄις· πίνουσι δὲ ὃ γάλα, ἄλλο δὲ οὐδέν. ὅταν δὲ γένηται τινὶ αὐτῶν παιδίον, ὃ τέτρηται τὴν πυέλω, οὐδὲ ἀποπατεῖ· ἀλλὰ τὰ μὲν ἰσχία ἔχει, ὃ δὲ πρῆμα συμπέφυκε. δὶς ἀποπατοῦσι μέν οὐ, οὐρεῖν δὲ ὥσπερ τυγχάνουσι φασὶν οὐ πάνυ παχύ, ἀλλὰ θολερόν. ἐπὰν δὲ πρωΐ πίωσι τὸ γάλακτος, καὶ εἰς μέσον ἡμέρας αὖθις πιόντες, ῥίζαν φασὶ πρὸ αὐτοῖς
C γλυκεῖαν, ἥτις οὐκ ἐᾷ τὸ γάλα πήγνυσθαι ἐν τῇ κοιλίᾳ. ταύτην οὖν πρωΐτατα, εἰς ἑσπέραν ἔμετον ποιούμενοι, καὶ ἐξεμοῦσιν ἅπαντα ῥᾳδίως. ὅτι εἰσὶν ὄνοι ἄγριοι ἐν τοῖς Ἰνδοῖς, ἴσοι ἵπποις, καὶ μείζους. λευκὴ δέ ἐστι τὸ σῶμα, πλὴν κεφαλῆς πορφυρᾶς, καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχουσι κυανέους. κέρας δὲ ἔχουσιν ἐν τῷ μετώπῳ, ἐνὸς πήχεως τὸ 17
μέγεθος. καὶ ἔστι τὸ μὲν κάτω τοῦ κέρατος, ὅσον σπιθαμὴν δύο παλαιστὰς ἀπὸ τοῦ μετώπου, πάνυ λευκόν· τὸ δὲ ἐπάνω ὀξύ· ἔστι τοῦ
D κέρατος· τοῦτο δὲ φοινικοῦν ἐστιν, ἐρυθρὸν πάνυ· τὸ δὲ ἄλλο τὸ ἐν τῷ μέσῳ, μέλαν. ἐκ τούτων ④ πίνοντες (κατασκευάζουσι γὰρ ἐκπώματα) ἀσφαλῶς, φασὶν, οὐ λαμβάνονται, οὔτε τῇ ἱερᾷ νόσῳ. ἀλλ' οὐδὲ φαρμάκοις ἁλίσκονται, οὔτ' ἂν πρόπιωσιν, οὔτ' ἂν τῷ φαρμάκῳ ὕστερον πίωσιν ἢ οἶνον, ἢ ὕδωρ, ἢ ἄλλο τι ἐκ τῶν ἐκπωμάτων. ④ μὲν οὖν ἄλλοι ὄνοι καὶ ἥμεροι καὶ ἄγριοι, καὶ τὰ ἄλλα μήκυνα
E θηρία πάντα ἀστραγάλους οὐκ ἔχουσιν, οὐδὲ χολὴν ὑπὸ τοῦ ἥπατος· οὗτοι δὲ καὶ ἀστράγαλον καὶ χολὴν ὑπὸ τοῦ ἥπατος ἔχουσι. ⑭ δὲ ἀστράγαλον, κάλλιστον ὧν ἐγὼ εἶδον, οἷόνπερ βοὸς καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος· βαρὺς δ' ὡς μόλιβδος·

τὴν δὲ χρόαν, ὥσπερ κιννάβαρι, καὶ ἐμφὺς βάθος. Ταχύτατον δέ ἐστι ζῷον τοῦτο καὶ ἀλκιμώτατον· οὐδὲν δὲ οὔτε ἵππος, οὔτε ἄλλο ὁτιοῦν διωκόμενον καταλαμβάνει. ἄρχεται δὲ, βέλτιον βραδύτερον· ὅσον δ' ἂν πλέονα χρόνον τρέχῃ, συντείνεται δαιμονίως, καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον τρέχει. ἄλλως μὲν οὖν ἀθήρατόν ἐστι τὸ ζῷον τοῦτο· ὅταν δὲ τὰ τέκνα μικρὰ ὄντα προσάγωσιν ὅτι τὴν βοτάνην, καὶ ὑπὸ ἱππασίας πολλῆς προσληφθῶσιν, οὐ βουλόμενοι φεύγειν καταλιπόντες τοὺς πώλους, ἀλλὰ μάχονται καὶ κέρασι καὶ λακτίσμασι καὶ δήγμασι, καὶ πολλοὺς καὶ ἵππους καὶ ἄνδρας ἀπολλύουσιν· ἁλίσκονται δὲ καὶ αὐτοὶ, τοξευόμενοι καὶ ἀκοντιζόμενοι. ζῶντας γὰρ οὐκ ἄν λάβοις. τὰ δὲ κρέα, ἁβρὰ τὴν πικρότητα, ἄβρωτά ἐστιν· ἡρεύνηται δὲ τῶν κεράτων καὶ τῶν ἀστραγάλων ἕνεκεν. Ὅτι ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῶν σκώληξ γίνεται, τὸ μὲν εἶδος, οἷον περ ἐν ταῖς συκαῖς εἴωθε γίνεσθαι, τὸ δὲ μῆκος, πήχεων ἑπτά· καὶ μείζους δὲ καὶ ἐλάττους. τὸ δὲ πάχος δεκαετέα παῖδα μόλις φασὶ ταῖς χερσὶ περιλαβεῖν. ἔχουσι δὲ ὀδόντας δύο, ἕνα ἄνω, καὶ ἕνα κάτω· καὶ ὅ, τι ἂν λάβωσι τοῖς ὀδοῦσι, κατεσθίουσι· καὶ τὴν μὲν ἡμέραν ἐν τῇ ἰλύϊ τοῦ ποταμοῦ διατρῶνται, τῇ δὲ νυκτὶ ἐξέρχονται. καὶ τούτων ὃς ἂν συντύχῃ ἢ ἐν τῇ γῇ βοῒ ἢ καμήλῳ, ἢ ἵππῳ, συλλαβὼν ἕλκει εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ πρῶτα κατεσθίει, πλὴν τῆς κοιλίας. ἀγρεύεται δὲ ἀγκίστρῳ μεγάλῳ, ἔριφον ἢ ἄρνα συνδησάντων τῷ ἀγκίστρῳ, καὶ ἁλύσεσι σιδηραῖς συναρμοσάντων. ἀγρεύσαντες δὲ, τριάκοντα ἡμέρας χρεμῶσιν αὐτὸν, καὶ ἀγλεῖα ὑποτιθέασι· καὶ ῥεῖ ἐξ αὐτοῦ ὅσον δέκα κοτύλας Ἀττικὰς ὁ πλῆθος. ὅταν δὲ προέλθωσιν αἱ τριάκοντα ἡμέραι, ἀποῤῥίπτουσι τὸν σκώληκα, καὶ τὸ ἔλαιον ἀσφαλισάμενοι, ἄγουσι τῷ βασιλεῖ μόνῳ τῷ Ἰνδῶν· ἄλλῳ δὲ οὐκ ἔξεστιν ἐξ αὐτοῦ ἔχειν. τοῦτο δὲ ἔλαιον ἐφ' ᾧ ἂν ὅτι χυθῇ, ἀναίθεται, καὶ καταφλέγει ξύλα καὶ ζῶα· καὶ ἄλλως οὐ σβέννυται εἰ μὴ πηλῷ πολλῷ τε καὶ παχεῖ.

Ὅτι ἐστὶ δένδρα ἐν Ἰνδοῖς ὑψηλὰ ὥσπερ κέδρος ἢ κυπάρισσος, τὰ δὲ φύλλα ὥσπερ

minii colorem non in ſuperficie tantùm, ſed & interius habentē. Eſt autem & velociſſimus & ſtrenuiſſimus: eúmque nec equus nec aliud animal perſequens aſſequi poteſt. Et initio quidem remiſſius currit: quo autē diutius cucurrerit, miro quodam modo concitatior fertur, eiúſque magis & magis velox eſt curſus. Hac autem arte ſola poteſt à venatoribus capi: Quum illi ſuos catulos ad paſcua eduxerint, à multo equitatu circumdantur. nolentes autem relictis catulis fugam capere, cornib⁹ calcibúſq; & morſibus pugnant, multóſque & equos & viros interficiunt: ſed tādem & ipſi ſagittis & iaculis cōfoſſi ab illis capiuntur. vīuos enim capere nullo modo queas. Eorum verò carnes propter amaritiem eſculentæ nō ſunt. atque adeo nō propter aliud quàm propter cornua & talos hoc animal venātur. In flumine Indico vermis naſcitur ſpecie quidē eum qui innaſci ficui ſolet refers, ſeptem autē cubitorum longitudinem, alius maiorem, alius minorem habēs: craſſitudinem verò talem vt eum puer annos decem natus vix vlnis amplecti poſſit. Duo ſunt illi dentes, vnus ſuprà, alter infrá. his dentibus quicquid prehenderit, deglutit. Et interdiu quidem in limo fluminis commoratur, at noctu egreditur: egreſſus autem, quemcunque obuium bouem aut camelum momorderit, ad fluuiū trahit, totúmque, præter ventrē, deuorat. Capitur grandi hamo, cui hœdum aut agnum ferreis catenis alligauerint. Vbi ceperunt, per triginta dies ſuſpēſum, vaſis ſuppoſitis, relinquunt: intra quod tempus ex eo diſtillāt quæ decē cotylas Atticas implere poſſint. Elapſis triginta diebus, ipſū vermem abiiciūt: oleum autem, adhibitis cuſtodibus, ad ſolū Indorum regem mittunt. alii enim id habere non licet. Oleum hoc id cui ſuperfuſum fuerit accēdit, & ligna pariter animaliáque cōburit: ſolôque luto, & eo quidem craſſo, extingui poteſt.

Habent Indi arbores cedro aut cupreſſo proceritate pares, quarum folia

palmæ foliis paulo latiora, alioqui ſunt ſimilia, & axillis carent. Florem qualē laurus mas emittunt, ſed fructum nullum ferūt. Nomen illis eſt Indicū, carpion: Græcum, myrorhoda. Sunt autem raræ. Ex illis olei guttæ diſtillant, quas lana arbori impreſſa excipiētes, in lapideos alabaſtros, illam exprimendo, infundunt. Eſt autem id ſubrubrum & craſſiuſculum, adeóque fragrans vt ad quinque ſtadia eius odor perueniat. Soli autem regi eiúſque propinquis id poſſidere conceditur. Ex eo rex Indiæ ad Perſarum regem miſit: ſéque Cteſias id vidiſſe & odorem qui nec dici nec cuiquā alii aſſimilari poſſit, ſe percepiſſe narrat. Caſeú & vinum omnium ſuauiſſimum illos habere, ſe expertū ſcire, (quippe qui vſus ſit) commemorat. Fons eſt apud Indos, quadratæ formæ, circuitu circiter quinque vlnas habente, cuius aqua eſt intra petram, quæ, antequam ad ipſam aquam perueniatur, trium cubitorum, ſub aqua trium vlnarum altitudinem habeat. In ea ſpectatiſimi quique Indorum cum liberis & vxoribus ſe lauāt. In eadē natauri ſe in pedes proiiciunt, quum autem in eam inſilierint, eos ſurſum attollit aqua. Nec verò ſolos homines ſurſum attollit, ſed quoduis animal, ſiue viuum ſiue mortuum, in terram expellit: atque adeo quæcunque in eam coniiciuntur, præter ferrum, argētum, aurum & æs. hæc enim in fūdum demittit. Eſt autem eius aqua perfrigida, & potu ſuauis: quæ magnum ſtrepitum edit, non ſecus ac quæ in lebete feruefit aqua. Sed & vitiligini & ſcabiei medetur. Hæc Indico ſermone βαλλάδη· Græco ὠφελίμη, *id eſt, vtilis*, vocatur. In iis Indiæ montibus ex quibus eorū calamus prouenit, habitat quoddam hominum genus non pauciorum triginta millibus, quorū vxores ſemel duntaxat in vita pariunt: habéntque earum fœtus dentes ſupernè pariter & infernè valde pulchros: necnō vniuerſis tam fœminis quàm maribus & capitis & ſuperciliorū pili iā inde à natiuitate ſunt cani. Vnuſquiſque certè eorum vſque ad trigeſimum ætatis annū albos

A φοίνιξ, ὀλίγον πλατύτερα. καὶ μαχαλίδας οὐκ ἔχει. αἵθριαι δὲ ὥσπερ ἡ ἄρσην δάφνη, καρπὸν δ' οὐκ ἔχει. ὀνομάζεται δὲ Ἰνδιστὶ μὺ, κάρπιον, Ἑλλήνισι δὲ μυρρόδα. ἔστι δὲ σπάνια. ῥέουσι δὲ ἐξ αὐτῶν ἐλαίου σταγόνες, οἷς ἐρίῳ ἀναψῶντες ἀπὸ τοῦ δένδρου, ἀποπιέζουσιν εἰς ἀλαβάστρους λιθίνους. ἔστι δὲ τὸ μὺ χρῶμα, ἀτέμως ἐρυθρὸν καὶ ἐπόπαχυ, ὀζῇ δὲ πόρρωθεν ἥδιστον. ὀζὴν δὲ φασιν αὐτὸ καὶ ἐπὶ πέντε σταδίους.

B μόνῳ δὲ βασιλεῖ κτητὸν ἐστι τοῦτο καὶ τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ. ἔπεμψε δὲ ἐξ αὐτοῦ ὁ Ἰνδῶν τῷ Περσῶν βασιλεῖ. καὶ φησιν ἰδεῖν αὐτὸ Κτησίας, καὶ ὀσφρανθῆναι ὀσμῆς οἵας οὔτε εἰπεῖν ἰσχύει, οὔτε εἰκάσαι. ὅτι δὲ καὶ τὸν οἶνον πρώτων φησὶ γλυκύτατον, ὡς αὐτὸς (φησὶ) φαγών, μαθὼν πείρᾳ ἔμαθεν. ὅτι κρήνη ἐν Ἰνδοῖς (φησὶν) ὅσον πέντε ὀργυιῶν ἡ περίμετρος, τετράγωνος δέ· ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ ἐν πέτρᾳ. βάθος δὲ ἓξ μέχρι τοῦ ὕ-

C δατος, τριῶν πηχῶν· τὸ δὲ καθ' ὕδατος, τριῶν ὀργυιῶν. λούονται δὲ ἐν αὐτῇ οἱ ἐπισημότατοι τῶν Ἰνδῶν, καὶ ἄνδρες καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες. κολυμβῶσι δέ, ὅταν πόδας ῥίψαντες ἑαυτούς. ὅταν δὲ εἰσπηδῶσιν, οὐκ ἀλλ' αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ἄνω. οὐκ ἀνθρώπους δὲ μόνον ἀναρρίπτει, ἀλλὰ καὶ ἄλλο ὅ,τι ἂν ᾖ ζῷον, ἐκείνη εἰς τὸ ξηρόν, καὶ ζῶν καὶ τεθνηκός. καὶ ἁπλῶς, πρῶτα τὰ ἐμβαλλόμενα, πλίνθου σιδήρου καὶ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ

D καὶ χαλκοῦ· ταῦτα γὰρ δέχεται κάτω. ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ πάνυ ψυχρόν, καὶ ἡδὺ πιεῖν· ψόφον δὲ πολὺν μέγαν, ὥσπερ ὕδωρ ζέον ἐκ λέβητος. καθαίρει γὰρ τὸ ὕδωρ τοῦτο ἀλφοὺς καὶ φωνειῶντας. καλεῖται δὲ Ἰνδιστὶ βαλλάδη, Ἑλλήνισι δὲ ὠφελίμη. εἶναι δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἰνδικοῖς, ὅπου ὁ κάλαμος αὐτῶν φύεται, ἄνθρωποι· τὸ πλῆθος αὐτῶν ἄγει δὲ τριῶν μυριάδων. τούτων αἱ γυναῖκες ἅπαξ τίκτουσιν ἐν τῷ βίῳ· δὲ τὰ τίκτόμενα ὀδόντας

E ἔχει καὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω παῖδα καλούς. δὲ τὰς τρίχας τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς ὀφρύσι, πολιὰς ἔχει πρῶτα ἐκ γενετῆς, καὶ τὰ γήλεα δὲ τὰ ἀρρένα. μέχρι μὺν οὖν τριάκοντα ἐτῶν λευκὰς ἔχει ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων

18

ἐκείνων ταῖς τρίχας δι' ὅλου τοῦ σώματος· ἀρ- A per totum corpus habet pilos: χονται δὲ ἐκ ῥίζης μελαίνεσθαι· ἐξήκοντα δὲ ἐτῶν γηρῶσιν, ἔστιν ἰδεῖν αὐτοῖς πάσας ἐχούσας μελαίνας. ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ αὐθέφται ἀνὰ ὀκτὼ δακτύλους ἐφ' ἑκατέρᾳ χειρὶ, ὡσαύτως ἀνὰ ὀκτὼ καὶ ὀπὶ τοῖς ποσὶ, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες ὡσαύτως. εἰσὶ δὲ σφόδρα πολεμικαὶ, καὶ βασιλεῖ τῷ Ἰνδῶν ἕπονται τοξόται τούτων πεντακισχίλιοι καὶ ἀκοντισταί. τὰ δὲ ὦτα φησὶ τηλίκα εἶναι, ὥστε τοὺς βραχίονας αὐτῶν ὑπ' αὐτῶν καλύπτεσθαι μέχρι τῶν ἀγκώνων, καὶ ὅπισθεν ἀντὶ γνάθου ἅπαντα συγκαλύπτειν. ὃ δὲ οἷς ὃ ἕτερον τὸ ἑτέρου θηλάνει. B inde nigrescere incipiunt, adeo vt quum sexagesimum attigerũt, nulli illis pili nisi nigri cõspiciantur. Sunt iisdem & viris & mulieribus octoni in vtraque manu & vtroque pede digiti. Sũt autem bellicosissimi, & Indorũ regem sequuntur ex his sagittariorum quinque millia, necnon iaculatores. Aures autem illis tãtæ magnitudinis esse dicit vt eorum brachia ad cubitos vsque & ponè totos humeros operiant. esse autem illas contiguas.

Ταῦτα γράφων καὶ μυθολογῶν Κτησίας, λέγει παληθέστατα γράφειν· ἐπάγων ὡς τὰ μὲν αὐτὸς ἰδὼν γράφει, τὰ δὲ παρ' αὐτῶν μαθὼν τῶν εἰδότων. πολλὰ γοῦν τούτων καὶ ἄλλα θαυμασιώτερα παραλιπεῖν, ἵνα μὴ δόξαι τοῖς μὴ ταῦτα θεασαμένοις ἄπιστα συγγράφειν.

Hæc quæ fabulis similia sunt, Ctesias scribens, se verissima scribere ait, & quorum vel ipse testis sit oculatus, vel quæ à testibus oculatis acceperit. Multa autem his mirabiliora se prætermisisse, ne, qui ea non vidissent, scribere ipsum quæ fidem non mererentur, existimarent.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ τοῦ αὐτοῦ Κτησίου Περσικῶν.

EX IISDEM eiusdem Ctesiæ Persicis scriptis.

Παρὰ τῷ Ξενοφῶντι, ἐν τῷ ἀ τῆς Κύρου ἀναβάσεως.

Apud Xenophontem libro I, de expeditione Cyri:

ΣΥΝ τούτοις δὲ ὢν [ὁ Κῦρος] καθορᾷ βασιλέα καὶ τὸ ἀμφ' ἐκεῖνον τῖφος· καὶ οὐθεὶς σχὴν ἠνέσχετο, ἀλλ' εἰπών, ὁρῶ τὸν ἄνδρα, ἵετο ἐπ' αὐτόν. καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ πατάσσει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ ἰατρός· καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμα φησί. παίοντα δ' αὐτὸν ἀκοντίζει τις παλτῷ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· καὶ ἐν τούτῳ μαχόμενοι ὑπὲρ βασιλέως καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, ἐκατέρωθεν, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα ἀπέθανον, Κτησίας λέγει (παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν) Κῦρος δὲ, αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ. C VVM *Cyrus* vnà cũ his esset, regem & globũ qui illum circumstabat cõspicatur. Ac sta tim continere se non potuit: sed hæc loquutus, Video hominem, in eum inuadit, & infesta hasta per loricam pectus verberat: vt refert Ctesias medicus, qui & vulnus illud se curasse dicit. Dũ autem *regem* fert, in eum nescio D quis tragulã magno impetu iaculatur, & sub oculo vulnerat. Hîc pugnantibus rege & Cyro, illísque qui circa ipsos erant, quã multi quidem ceciderint eorum qui regẽ circumstabant, Ctesias cõmemorat. (apud illum enim erat) Cyrus autem, & ipse occubuit, & octo, fortissimi eorum qui latus eius cingebant, super illo iacebant.

APVD PLVTARCHVM, in Artoxerxis vita.

ΑΠΑΡΑ ΤΩ ΠΛΟΥΤΑΡΧΩ, ἐν τῷ Ἀρτοξέρξου βίῳ.

Cteſiæ narratio, vt breuibus multa perſtringã, huiuſcemodi eſt.

Η δὲ Κτησίου διήγησις, ὡς ὀπτεμόντι πολλὰ, σιωτόμως ἀπαγγεῖλαι, τοιαύτη τις ἐστί.

CYRVS, trucidato Artagerſe, equum in regem permiſit, & hic in illum, ſilétio vterque. Occupat Cyri amicus Ariæus ferire regem, nec ſauciauit eum: rex miſſa lancea à Cyro aberrauit, Tiſſaphernem autem fidũ Cyro & fortem virum percuſſit atque interemit. Cyrus intorto per loricã regis iaculo, vulnus pectori illius ingeſſit duos digitos altũ. vnde ille ict⁹ vi defluxit ex equo ad terrã. Fuga & tumultu cohortis regiæ edito, rex aſſurgẽs cum paucis (inter quos fuit Cteſias) tumulum vicinum cepit, vbi tenuit ſe quietum. Cyrũ inter hoſtes volitantem equus ferox longè abſtulit: nec tenebris iam cognoſcebatur ab hoſtibus, & ab amicis quærebatur. Erectus autẽ victoria, ardoríſque & fiduciæ plenus per medios vehebatur hoſtes, clamans, Cedite miſeri. Dũ hoc identidem lingua Perſica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi quum tiara capiti eius defluxiſſet, prætercurrens adoleſcẽs Perſes (Mithridati nomen erat) tempus Cyri iaculo ſecundum oculum ferit, inſcius qui ſit. Eructanti vim ſanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine & ſopore collabitur. Equus fugiens oberrabat: ſtratũ equi prolapſũ capit comes illius qui Cyrum percuſſit, ſanguine redundans. Cyrum ex plaga ægrè tãdẽ colligentem ſe, aſſiſtentes eunuchi pauci alteri equo impoſuere, quò eriperent eum. Quem equitandi impotentem, pedibúſque connitentem ire, ſuſtinentes ducebant: corpore quidem ob vulnus in capite acceptum grauem ceſpitãtémque, ſed victoré arbitrantẽ ſe, quòd fugiẽtes audirent,

Κῦρος, ἀποκτείνας Ἀρταγέρσην, ἤλασεν εἰς αὐτὸν βασιλέα ⟨ϗ⟩ ἵππων, ⟨ϗ⟩ αὐτὸς εἰς ἐκεῖνον, ἀμφότεροι σιωπῇ. φθάνει δὲ βάλλων Ἀριαῖος ὁ Κύρου φίλος βασιλέα, καὶ οὐκ ἔτρωσε. βασιλεὺς δὲ, ἀφεὶς τὸ δόρυ, Κύρου μὲν οὐκ ἔτυχε, Τισσαφέρνην δὲ, πιστὸν ἄνδρα Κύρῳ καὶ γενναῖον, ἔβαλε καὶ κατέκτεινε. Κῦρος δ' ἐπ' αὐτὸν ἐξαναστήσας ἀφ' ἁρμαμάξης, ἔτρωσε τὸ ἧπαρ, ὅσον σὺν δύναι δύο δακτύλοις τὸ ἀκόντιον, πεσεῖν δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς πληγῆς ἀπὸ τοῦ ἵππου. Φυγῆς δὲ καὶ ταραχῆς περὶ αὐτὸν γενομένης, ὁ μὲν, ἀναβὰς μετ' ὀλίγων (ἐν οἷς καὶ Κτησίας ἦν) λόφον τινὰ πλησίον καταλαβών, ἡσύχαζε. Κῦρον δὲ τοῖς πολεμίοις ἐνθλούμενον ὁ ἵππος ἐξέφερεν ὑπὸ θυμοῦ μακρὰ, ἤδη σκότους ὄντος, ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, καὶ ζητούμενον ὑπὸ τῶν φίλων. ἐπαιρόμενος δὲ τῇ νίκῃ, καὶ μεστὸς ὢν ὁρμῆς καὶ θράσους, διεξήλαυνε βοῶν, Ἐξίσασθε πενιχροί. τοῦτο δὲ Περσισὶ πολλάκις αὐτῶν βοώντος, ⟨ϗ⟩ μὲν ἐξίσαντο, προσκυνοῦντες· ἀποπίπτει δὲ τῆς κεφαλῆς ἡ τιάρα τοῦ Κύρου, καὶ προσπεσὼν νεανίας Πέρσης, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀκοντίῳ βάλλει τὸν χρόταφον αὐτοῦ πρὸς τὸν ὀφθαλμόν· ἀγνοῶν ὅστις ἐστίν. πολὺ δὲ αἷμα τοῦ βάλλοντος ἐκκαλόντος, ἰλιγγιάσας καὶ καρωθεὶς ὁ Κῦρος ἔπεσε. καὶ ὁ μὲν ἵππος ὑπεκφυγὼν ἐπλάζετο· τὸν δ' ἐφίππιον πῶλον ἀπορρύεντα λαμβάνει τοῦ τὸν Κῦρον βαλόντος ἀκόλουθος, αἵματος πεπλεω. τὸν δὲ Κῦρον ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέροντα χαλεπῶς καὶ μόλις, βουκόλοι τινὲς παόντες ὀλίγοι ἐπεχείρησαν ἐπ' ἄλλον ἵππον ἀναβιβάσαι, καὶ σώζειν· ἀδυνάτως δ' ἔχοντα, καὶ δι' αὐτὸ προσθυμούμενον βαδίζειν, ὑποληφθέντες ἦγον· τῷ σώματι καρηβαροῦντα καὶ σφυγμόμενον, οἰόμενον δὲ νικᾶν· ἀκούοντα τῶν φευγόντων

ἀναβοωμένων Κύρον βασιλέα, καὶ φείδεσθαι δεομένων. ὁ δὲ τούτῳ, Καύνιοι τινὲς ἄνθρωποι κακόβιοι καὶ ἄποροι, καὶ ταπεινῶν ὑπουργημάτων ἕνεκα τῇ τοῦ βασιλέως στρατιᾷ παρακολουθοῦντες, ἔτυχον σὺν αὐτοῖς μιγέντες, ὡς φίλοι, τοῖς περὶ τὸν Κύρον. ὡς δὲ μόλις σὺν εἴδον τὰ περιφανῆ φοινικᾶ, (λευκοῖς χρωμένων τῶν βασιλικῶν ἀπάντων) ἔγνωσαν πολεμίους ὄντας. εἰς οὖν ἐκείνων ἐνόλμησεν ἀγνοῶν ὄπισθεν βαλεῖν τὸν Κύρον ἀκοντίῳ. τῆς δὲ περὶ τὸν ἰγνύαν φλεβὸς ἀναῤῥαγείσης, πεσὼν ὁ Κῦρος, ἅμα πατάξας τινὶ λίθῳ τὸν τετρωμένον κρόταφον, καὶ ἀποθνήσκει.

Cyrũ regẽ alta voce appellantes, atque vt parceret ipsis orantes. Interea Caunii quidã homines, tenues inopésque, qui humilium ministeriorum gratia regis castra sequebantur; confusi fortè vt amici fuêre cũ illis qui circa Cyrum erant. hi vt tandem punicea sagula eorum aduertere, (quum regii haberent omnes candida) intellexerunt hostes esse. Ita vnus eorum ausus est, ignarus qui esset, Cyrum iaculo à tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapsus Cyrus tempus simul saũcium ad saxum offendit: vnde animam exhalauit.

ΓΑΡΑ ΤΩΙ ΑΥΤΩΙ Πλουτάρχῳ, ὀλίγῳ ὕστερον,

ΕΞΕΔΗΛΑΚΕΙ δὲ [ὁ Ἀρτοξέρξης] (ὡς ὁ Κτησίας φησὶν) ὅτι τὴν μάχην, τεσσαράκοντα μυριάσιν. ὁ δὲ περὶ Δείνωνα καὶ Ξενοφῶντα, πολὺ πλείονας ἡγεῖσθαι λέγουσι τοὺς μεμαχημένους. ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας, ἑπτακισχιλίους ἀνενεγκεῖν φησὶ τοὺς περὶ Ἀρτοξέρξην· αὐτὸς δὲ δισμυρίων οὐκ ἐλάττους φανῆναι τοὺς νεκρούς. ταῦτα μὲν οὖν ἔχει διαμφισβήτησιν. ἐκεῖνο δὲ τοῦ Κτησίου λαμπρὸν ἤδη ψεῦσμα, τὸ περιφθεῖναι φάναι τοὺς τοῦ Ἕλληνας αὐτὸν, μετὰ Φαύλλου τοῦ Ζακυνθίου καὶ τινῶν ἄλλων. ὁ γὰρ Ξενοφῶν ἠπίσατο σὺν αὐτῷ στρατεύοντα βασιλεῖ Κτησίαν. μέμνηται γὰρ αὐτοῦ, καὶ τοῖς βιβλίοις τούτοις ἐντετυχὼς δῆλός ἐστιν. οὐκ ἂν οὖν ἐλθόντα, καὶ λόγων τοσούτων ἑρμηνέα γενόμενον, παρῆκεν ἀνώνυμον, Φαύλλον δὲ καὶ Ζακύνθιον ὠνόμαζεν· ἀλλὰ δαιμονίως ὁ Κτησίας, ὡς ἔοικε, φιλότιμος ὤν, καὶ οὐχ ἧττον φιλολάκων καὶ φιλοκλέαρχος, ἀεί τινας ἐν τῇ διηγήσει χώρας ἑαυτῷ δίδωσιν, ἐν αἷς γενόμενος, πολλὰ καὶ καλὰ μεμνῆσθαι Κλεάρχου καὶ τῆς Λακεδαίμονος.

APVD EVNDEM Plutarchum, paulo pòst,

EDVXERAT autẽ *Artoxerxes* (vt Ctesias autor est) in aciẽ quadringena millia: Dinon & Xenophon multo plures fuisse qui conflixêre memorant. Inito cæsorũ numero Ctesias nouem millia capitũ relata perhibet ad Artoxerxem: sibi verò non minus x x millia visos qui cecidérant. Verùm hæc in controuersia fuere. Illud verò iam Ctesiæ nobile est mendaciũ, qui se cum Zacynthio Phayllo & quibusdã aliis missum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio Ctesiam. Siquidem meminit eius, & constat hosce libros eum voluisse. Quare nuntium eum & tantæ legationis interpretem nõ præteriisse tacitũ: at Phaylli Zacynthii mentionẽ feciisse. Sed mirè scilicet ambitiosus Ctesias, nec secius Laconum & Clearchi studiosus, passim in historia aliquas sibi ipse attribuit partes: in quibus quum est, multa & præclara de Clearcho commemorat & de Lacedæmone.

APVD EVNDEM Plutarchum, in eadem vita,

POST QVAM autē Clearchum aliosque duces interposito iureiurando circumuenit Tissaphernes, cōprehensosque & vinculis astrictos ad regem misit: rogatum refert se à Clearcho Ctesias vt pectinis copiā sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatúmque pectinis vsu, & annulum suum amicitiæ mutuę ad necessarios & familiares Lacedæmone suos insigne sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria quæ Clearcho mittebantur, à concaptiuis militibus interuersa & consumpta, pauca verò ex illis relicta Clearcho. Cui rei etiam refert se remedium Ctesias adhibuisse, effecisséque vt copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus seorsim præberentur alia: atque hæc subministrasse & suppeditasse ex beneficio & sententia Parysatidis. Quum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria perna, orasse ipsum Clearchum ac subiecisse, modicum pugionē vt in carnem conditum clàm sibi mitteret, neque sineret vt regis fata sua paterent atrocitati: cæterùm abnuisse metu se. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate iureiurando annuisse: verùm impulsu inde Statiræ cunctos fuisse ab eo præter Menonem trucidatos. Hinc Statiræ tetendisse Parysatidem insidias, virúsque ei concinnasse. Verùm parum probabilia affert, & coniuncta cum absurda causa, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese præcipitauisse Parysatidē Clearchi gratia, sustinentem iustam regis cōiugem liberorúmque consortē ad regnum educatorum necare. Cæterùm nō obscurè exaggerat hæc ad Clearchi commendandā memoriam. Etenim attexit hoc quoq; duces obtrúcatos cæteros fuisse à canib⁹ & alitib⁹ laniatos: Clearchi cadaueri venti procellā cumulū terræ excitasse atque iniecisse corpori, idque contexisse.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΥΤΩ Πλουτάρχω, ἐν τῷ αὐτῷ βίῳ,

Ἐπεὶ ὁ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς Τισσαφέρνης ἐξαπάτησεν καὶ προσεπόησεν ὅρκων ἡμομόνων, & συλλαβὼν αἰσχίστοις δεσμοῖς ἐπέστειλεν ἐν πέδαις δεδεμένους, δεηθῆναι φησὶν αὐτὸν τὴν Κλέαρχον ὁ Κτησίας ὅπως κτενὸς ἐπορήσειε. τυχόντα δὲ, καὶ τημελήσαντα τῆς κεφαλῆς, ἡδῆναί τε τῇ χρείᾳ, καὶ τὸν δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας τοῖς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς καὶ οἰκείοις. ἦν δὲ γλυφὴ ἐν τῇ σφραγῖδι Καρυατίδες ὀρχουμένας. τὰ δὲ πεμπόμενα σιτία τῷ Κλεάρχῳ τοῖς συνδεδεμένοις στρατιώτας ἀφαιρεῖσθαι καὶ κατεσθίειν, ὀλίγα τῷ Κλεάρχῳ διδόντας ἀπ' αὐτῶν. ἰᾶσθαι δὲ καὶ τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας, πλείονα τῷ Κλεάρχῳ πέμπεσθαι Παρυσατίδος, ἰδίᾳ δὲ ἑτέρᾳ τῆς στρατιώτας δίδοσθαι. καὶ ταῦτα μὲν ὑποσυρήσας καὶ παρασχεῖν, χάριτι καὶ γνώμῃ τῆς Παρυσατίδος. πεμπομένῳ δὲ καθ' ἡμέραν τῷ Κλεάρχῳ κωλικὸς ὑπὸ τοῖς σιτίοις, τὸν Δαιμόνιον αὐτὸν καὶ διδάσκειν ὡς χρὴ μικρὸν εἰς τὸ κρέας ἐμβαλόντα μαχαίριον, ἀποκρύψαντα πέμψαι, καὶ μὴ παρεῖσθαι ἐν τῇ βασιλέως ὠμότητι τὸ τέλος αὐτῷ γνώριμον. αὐτὸν γὰρ φοβούμενον μὴ ἐθελῆσαι. βασιλέα δὲ τῇ μὲν μητρὶ παραχρῆμα μὴ κτεῖναι τὸν Κλέαρχον, ὁμολογήσαι καὶ ὀμόσαι. πεισθέντα δὲ αὖθις ὑπὸ τῆς Στατείρας ἀποκτεῖναι πλὴν Μένωνος. ἐκ δὲ τούτου τὴν Παρύσατιν βουλεύσαι τῇ Στατείρᾳ, καὶ συσκευάσασθαι τὴν φαρμακείαν καθ' αὐτῆς. οὐκ εἰκότα λέγων, ἀλλὰ πολλὴν ἀλογίαν ἔχοντα τῆς αἰτίας, εἰ δηνὸν ἔργον οὕτως ἐδρασε καὶ παρεκινδύνευσεν ἡ Παρύσατις, ἵνα Κλέαρχον ἀνέλῃ τολμήσασα τὴν γυναῖκα τοῦ βασιλέως γυναῖκα, καὶ τέκνων κοινωνὸν ὄντα βασιλείας προφόμων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ὑποπλάττεται τῇ Κλεάρχου μνήμῃ. καὶ γὰρ ἀναιρεθέντων φησὶ τῶν στρατηγῶν, τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ κυνῶν ἁρπαγῆναι καὶ ὀρνέων· τοῦ δὲ Κλεάρχου νεκρῷ θύελλαν ἀνέμου γῆν πολλὴν φέρουσαν ἐπιχωσαι, καὶ ἐπικρύψαι τὸ σῶμα.

Φοινίκων δέ τινων ἀφαπαρέντων, ὀλίγῳ χρόνῳ θαυμαστὸν ἄλσος ἀναφῦναι, καὶ κατασκιάσαι τὸν τόπον. ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα μεταμέλειν, ὡς ἄνδρα θεοῖς φίλον αἰτηκότι Κλέαρχον. ἡ μὲν οὖν Παρύσατις, μίσους τε παρὰ τῆς Στατείρας ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένου καὶ ζηλοτυπίας, ὁρῶσα τὸν μὲν αὐτῆς δυνάμιν, ἀδούλωτον βασιλέως καὶ τιμῶντος οὖσαν, τὸν δ' ἐκείνης, ἔρωτι καὶ πίστει βέβαιον καὶ ἰσχυράν, ἐπεβούλευσεν, ὑπὲρ τῶν μεγίστων, ὡς ᾤετο, παραβαλλομένη. θεραπαινίδα εἶχε πιστὴν καὶ δυναμένην παρ' αὐτῇ μέγιστον, ὄνομα Γίγιν. ταύτην ὁ μὲν Δείνων ὑπουργεῖσθαι τῇ φαρμακείᾳ φησί, συγγνώμην δὲ μόνον ἄκουσαν ὁ Κτησίας. τὸν δὲ δόντα τὸ φάρμακον αὐτῇ μὲν ὀνομάζει Βελιτάραν, ὁ δὲ Δείνων, Μελάντην. ἐκ δὲ τῆς παρούσης ὑποψίας καὶ διαφορᾶς ἀρξάμενοι πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ φοιτᾶν καὶ συνδειπνεῖν ἀλλήλοις, ὅμως τὰς δεδιέναι καὶ φυλάττεσθαι, τοῖς αὐτοῖς σιτίοις καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐχρῶντο. γίνεται δὲ μικρὸν ὄρνιθιον, ᾧ παχυπώματος οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ὅλον λιπαρὲς πιμελῆς τὰ ἐντός· ᾧ καὶ νομίζουσιν ἀέρι καὶ δρόσῳ τρέφεσθαι τὸ ζῷον. ὀνομάζεται δὲ ῥιωτάκης. τοῦτο φησὶν ὁ Κτησίας μικρᾷ μαχαιρίδι κεχρισμένῃ θατέρῳ τῷ φαρμάκῳ κατὰ θάτερα τὸν Παρύσατιν διαφθεῖραι, ἑκμάξαι τὰς ἑτέρᾳ μέρει τὸ φάρμακον. καὶ τὸν μὲν ἀχρεῖον καὶ καθαρὸν εἰς τὸ σῶμα βαλεῖν αὐτῷ ἐαθέντι, δοῦναι δὲ τῇ Στατείρᾳ τὸ πεφαρμαγμένον. ὁ δὲ Δείνων, οὐ τὸν Παρύσατιν, ἀλλὰ Μελάντην, τέμνοντα τὰς μαχαιρίᾳ τὰ φαρμακώδη τῶν κρεῶν, πιθέναι κατὰ τὸν Στατείραν. ἀποθνήσκουσα γοῦν ἡ γυνὴ μετὰ πόνων μεγάλων καὶ ἀσφαγμῶν, αὐτή τε συνηδάνετο τὸ κακόν, καὶ βασιλεῖ προὔφερεν ὑποψίαν κατὰ τῆς μητρός, εἰδότι δὲ ἠπιώδης αὐτῆς καὶ δυσμείλικτον. ὅθεν οὐδὲν ὅτι τὸν ζήτησιν ὁρμήσας, τοὺς μὲν ὑπηρέτας καὶ παραπεζοκόμους τῆς μητρὸς συνέλαβε καὶ κατέτρεβλωσε· τὴν δὲ Γίγιν ἡ Παρύσατις πολὺν χρόνον εἶχεν οἴκοι μετ' αὐτῆς, καὶ βασιλέως ἐξαιτουμένου, οὐκ ἔδωκεν· ἀλλ' ὕστερον αὐτῆς δεηθείσης εἰς τὸν οἶκον ἀφεθῆναι νυκτός, αὖθις μὲν λόγον ὑφεῖς συνήρπασε, καὶ κατέγνω θανάτου.

quo loco enato palmeto, breui eximium nemus excreuisse ac locum eum inūbrasse. itaque magna ductum pœnitentia regem, quòd virum diis charum peremisset Clearchum. Paryſatis ergo, quum odium iam inueteratum atque æmulationem concepisset in Statiram, cernens potentiam ſuam à rege ſe reuerente & honorante proficiſci, illius verò amore & fide ſtabilem firmámque, inſtruxit ei inſidias, de ſumma, vti arbitrabatur, aleam iaciēs. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipſam poterat, Gigim dictā. quam adminiſtrā veneni Dinon tradit fuiſſe, cōſciam modò inuitam Cteſias. Illum qui venenum dedit, hic Belitaram appellat, ille Melātam. Inſtituentes autem ex ſuperioribus ſuſpicionibus ac ſimultate congredi denuo & vnà cœnare, cum metu tamē & cautione iiſdem epulis atque ab iiſdem vtebātur paratis. Naſcitur apud Perſas exigua auis, quæ omni caret excremento, habétque inteſtina omnia adipe differta: vnde vento arbitrantur & rore hoc animal viuere: Ryntaces dicitur. Hanc autumat Cteſias cultello, quem altero latere illeuerat toxico, diſſecuiſſe Paryſatidem, atq; infeciſſe alteram partem veneno, partem ſynceram & puram ori ingeſtam ipſam mādiſſe, Statiræ verò dediſſe virulentam. Dinon, nō Paryſatidem, ſed Melantam medicatas carnes ſecuiſſe cultro & Statiræ appoſuiſſe. Quum animam igitur magnis cum cruciatibus & doloribus ageret mulier, & ipſa olfecit maleficium, & ſuſpicionem regi aduerſus matrem attulit, feritatem illius & animum implacabilem cognoſcēti. Vnde quæſtioni extemplo intentus, miniſtros matris & ſtructores corripuit ac tormentis lacerauit: at Gigim diu Paryſatis in cubiculo ſuo tenuit, depoſcentique denegauit regi: verùm pòſt orante illa vt domū nocte dimitteretur, certior facta locatis inſidiis cōprehēdit Gigī, eámque rei capitalis damnauit.

EX IISDEM eiusdem Cteſiæ Perſicis ſcriptis, aut aliis.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ τοῦ αὐτοῦ Κτησίου Περσικῶν, ἢ ἄλλων συγγραμμάτων.

APVD ATHENAEVM. Dipnoſoph. XIII.

QVINETIAM Cábyſi ſuſcipiendæ in AEgyptum expeditionis (vt ſcribit Cteſias) cauſa fuit mulier. Nam quum AEgyptias mulieres in congreſſu præſtare cæteris intellexiſſet, ad Amaſin AEgypti regem miſit, vnam ex eius filiabus in vxorem poſcens. At hic è ſuis quidem vnã haud miſit, ſuſpicatus illi non habitum iri honorem vxori debitum, ſed pallacæ. verùm Apriæ filiam Neutetin. Exciderat autẽ regno Apries, propter cladem *in pugna* aduerſus Cyrenenſes acceptam, & ab Amaſi fuerat interfectus. Cambyſes Neutetidis cõſuetudine delectatus, & valde in amorem eius illectus, omnia ex illa diſcit: & quum oraſſet eũ vt cædem Aprię patris vlciſceretur, perſuadet vt bellum AEgyptiis inferat.

ΠΑΡΑ ΤΩ ΑΘΗΝΑΙΩ, Δειπνοσοφ. ιγ.

ΚΑΙ ἡ ὑπ' Αἰγυπτίου δὲ Καμβύσου στρατεία, ὡς φησὶ Κτησίας, διὰ γυναῖκα ἐγένετο. ὁ γὰρ Καμβύσης, πεπυσμένος τὰς Αἰγυπτίας γυναῖκας ἐν ταῖς συνουσίαις διαφέρειν τῶν ἄλλων, ἔπεμψε πρὸς Ἄμασιν, καὶ Αἰγυπτίων βασιλέα, μίαν αὐτῶν πρὸς γάμον τῶν θυγατέρων. ὁ δὲ τῶν μὲν ἑαυτῷ οὐκ ἔδωκεν, (ὑπονοήσας μὴ γυναικὸς ἕξειν αὐτὴν τιμὴν, ἀλλὰ παλλακίδος) ἔπεμψε δὲ τὴν Ἀπρίου θυγατέρα Νίτητιν. ὁ δὲ Ἄπρίης οὐκ πεπαυόκει τῆς Αἰγυπτίων βασιλείας, διὰ τὴν γνωμοθόλον ἥτταν πρὸς Κυρηναίους, καὶ αἰήρητο ὑπὸ Ἀμάσιδος. πάντες οὖν ὁ Καμβύσης τῇ Νίτητιδι, καὶ σφόδρα ἐρεθισθείς, ἐκμανθάνει παρ' αὐτῆς τὰ πρῶτα· καὶ δεηθείσης ἐκδικῆσαι τὸν Ἀπρίου φόνον, πείθει πολεμῆσαι Αἰγυπτίοις.

Apud eundem, Dipnoſoph. XII.

CTESIAS libro Perſicorũ tertio ſcribit, omnes quidẽ quotquot in Aſia regnarunt, luxui & voluptatibus deditos fuiſſe, ſed præ cæteris Ninyam, Nini & Semiramidis filium. Ac certè hic quoque voluptatibus domi indulgebat, ita vt à nemine cõſpiceretur, præterquam ab eunuchis & ſuis vxoribus. Talis autẽ erat & Sardanapalus, quem alii Anacindaraxis, alii Anabaxaris filium fuiſſe memorant. Ac quũ Arbaces, genere Medus, vnus è ducibus qui illi ſuberant, egiſſet cum Parameize, *&c.*

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Δειπνοσοφ. ιβ.

ΚΤΗΣΙΑΣ ἐν τρίτῃ Περσικῶν καὶ πόλλας μὲν φησὶ τῶν βασιλευσάντων τῆς Ἀσίας περὶ τρυφὴν ἀπηυδάσας, μάλιστα δὲ Νινύαν, τὸν Νίνου καὶ Σεμιράμιδος υἱόν. καὶ τοῦτ' ἦν, ἔνδον μένων καὶ τρυφῶν, ὑπὸ οὐδενὸς ἑωρᾶτο, εἰ μὴ ὑπὸ τῶν εὐνούχων καὶ τῶν ἰδίων γυναικῶν. τοιοῦτος δ' ἦν καὶ Σαρδανάπαλος, ὃν οἱ μὲν Ἀνακινδαραξέως λέγουσιν υἱόν, οἱ δὲ, Ἀναβαξάρου. ὅτε δὴ οὖν Ἀρβάκης, εἷς τῶν ὑπ' αὐτὸν στρατηγῶν, Μῆδος γένος, διεπεράξατο διά τινος τῶν εὐνούχων Παραμ. *&c.*

Paulo pòſt de eodem Sardanapalo.

CTESIAS autẽ narrat, ipſũ ad bellũ deuenìſſe, & quũ collecto numeroſo exercitu ab Arba-

Ὀλίγῳ ὕστερον, περὶ τοῦ αὐτοῦ Σαρδαναπάλου.

ΚΤΗΣΙΑΣ δὲ λέγει εἰς πόλεμον αὐτὸν καταστῆναι, καὶ ἀθροίσαντα πολλὴν στρατιὰν, καὶ καταλυθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀρβά-

καὶ τελευτῆσαι, ἑαυτὸν ἐμπρήσαντα ἐν τοῖς βασιλείοις, πυρὰν ἡσθμὸν ὕψος τεττάρων πλέθρων· ἐφ' ἧς ἐπέθηκε χρυσᾶς κλίνας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, καὶ ἴσας τραπέζας, καὶ ταύτας χρυσᾶς. ἐποίησε δὲ ἐν τῇ πυρᾷ καὶ οἴκημα ἑκατόμπεδον ἐκ ξύλων, καὶ ἐν ταύτῃ κλίνας ὑπεστόρεσε· ἐν κατεκλίθη ἐν ταύτῃ αὐτός τε μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακίδες ἐν ταῖς ἄλλαις κλίναις. τοὺς δὲ τρεῖς υἱοὺς, καὶ δύο θυγατέρας, ὁρῶν τὰ πρόγματα κακούμενα, προπέμφει εἰς Νίνον πρὸς τὸν ἐκεῖ βασιλέα, δοὺς αὐτοῖς τρισχίλια χρυσίου τάλαντα. ἐπεσκέυασε δὲ τὸ οἴκημα δοκοῖς μεγάλαις τε καὶ παχείαις· ἔπειτα ἐν κύκλῳ προσέθηκε πολλὰ ξύλα καὶ παχέα, ὥστε μὴ εἶναι ἔξοδον. ἐν ταύτῃ προσέθηκε μὲν χρυσίου μυριάδας χιλίας, ἀργυρίου δὲ, μυρίας μυριάδας ταλάντων, καὶ ἱμάτια καὶ πορφύρας, καὶ στολὰς πολυτελεῖς. ἔπειτα ὑφάψαι ἐκέλευε τὴν πυρὰν, καὶ ἐκαίετο πεντεκαίδεκα ἡμέρας. οἱ δὲ ἐθαύμαζον ὁρῶντες καπνὸν, καὶ ἐδόκουν αὐτὸν θυσίας ἐπιτελεῖν. ταῦτα δὲ μόνοι ἠδεσμοὶ οἱ εὐνοῦχοι. ὁ μὲν οὖν Σαρδανάπαλος, ἐκ τόπου ἡδυπαθήσας, ὡς ἐκεῖνος γυναικὸς ἐτελεύτησε.

A ce regno eiectus esset, mortem obiisse, quum seipsum cremasset, extructo rogo ad quatuor iugerũ altitudinẽ: cui imposuerat lectos aureos CL ac totidẽ mensas, & quidem aureas. Struxerat autem in ipsa pyra cœnaculũ pedum centum, ex lignis: atque hîc quoque lectos strauerat, in quibus cum vxore cubuit: pellices autem in aliis. Filios enim tres & duas filias, quum malum rerum suarum videret, antea miserat in B vrbem Ninum, ad eum qui ibi regnabat, dederátque illis tria talentorum auri millia. Texerat autem illud ædificium trabibus magnis & crassis: quinetiã multa ligna, & ea quidem crassa, circũposuerat, ita vt nullus pateret exitus: quinetiam talentorum auri imposuerat illi mille myriades, argenti decies mille: necnon vestes & purpuras, & omne genus eorum quæ ad cultum corporis pertinent. Quæ quum fecisset, C accendere pyram iussit, quæ per quindecim dies ardebat. At qui fumum videbant, mirabantur, ac putabant illum sacrificare: soli verò eunuchi rẽ nouerant. Sardanapalus igitur, qui prodigiosè voluptatibus deditus fuerat, quã potuit generosissimè vitã finiit.

ΟΥ̓ πολλῷ ὕστερον.

Κτησίας δέ φησιν Ἄνναρον τὸν βασιλέως ὕπαρχον, καὶ τῆς Βαβυλωνίας διωκηκότα, στολῇ χρῆσθαι γυναικείᾳ καὶ κόσμῳ· καὶ ὅτι βασιλέως δούλῳ ὄντι αὐτῷ εἰς τὸ δεῖπνον εἰσιέναι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ψάλλουσαι καὶ ᾄδουσαι γυναῖκες. ἔψαλλον δὲ αὗται καὶ ᾖδον ἐκείνου δειπνοῦντος.

Non multo pòst.

Ctesias verò Annarum regis præfectum, & qui Babyloniæ regionis imperium obtinuerat, veste & ornatu muliebri vsum esse tradit. & ad eum cœnantem, quum regis seruus esset, accedere solitas centũ quinquaginta psallentes & canentes mulieres. Psallebãt autem hæ & canebant illo cœnante.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Δειπνοσοφ. δ'.

Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς, (ὡς φησὶ Κτησίας καὶ Δίνων ἐν τοῖς Περσικοῖς) ἐδείπνει μετ' ἀνδρῶν μυρίων πεντακισχιλίων· καὶ ἀνηλίσκετο εἰς τὸ δεῖπνον τάλαντα τετρακόσια.

Apud eundẽ, Dipnosoph. IIII.

Rex autem Persarũ (vt scribunt Ctesias & Dinon in Persicis) cum virorum millibus quindecim cœnabat, & in cœnam talenta quadringenta insumebantur.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, Δειπνοσοφ. β.

Κτησίας δέ φησιν ἐν Καρμανίᾳ φύεσθαι ἔλαιον ἀκανθινον, ᾧ χρῆσθαι βασιλέα. ὃς καὶ καταλέγων ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀσίας

Apud eundem, Dipnosoph. II.

Ctesias autem Carmaniam oleum acanthinum producere, & eo regem vti, ait. Qui etiam in libro quem de Asiaticis

tributis ſcripſit, cœnæ regiæ apparatum deſcribens, neque piperis neq; aceti meminit, quod vnum inter condimẽta eſt optimum. Ac ne Dino quidem, in Perſicis ſcriptis: qui memorat alioqui & ſalem Ammoniacum & aquam Nili ad regem mitti.

A Φόρων πείτῳ βιβλίῳ πρώτα τὰ τῆς βασιλῆς τραπεζοκλινοθρόνια ὅπου ὁ δεῖπνον, οὔτε πεπέρεως μέμνηται, οὔτε ὄξους, ὃ μόνον ἄριστόν ἐστι τῶν ἡδυσμάτων. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Δείνων ἐν τῇ Περσικῇ γραμματείᾳ· ὅσγε φησὶ καὶ ἅλας Ἀμμωνιακοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ἀναπέμπεσθαι βασιλεῖ, καὶ ὕδωρ ἐκ τοῦ Νείλου.

Apud eundem, eodem libro.

Παρὰ τῆς αὐτῆς, ἐν τῇ αὐτῆς βιβλίῳ.

REX Perſarum, vt ſcribit libro primo Herodotus, aquam in B potũ ſuum ſecum vehit à Choaſpi fluuio, qui Suſa præterfluit, atque ex hoc ſolo bibit. Huius autem aquæ decoctæ plena vaſa argentea portantes plurimi currus, rotarum quatuor, quos muli trahunt, ipſum ſequuntur. At Cteſias Cnidius narrat etiã quomodo regia hæc Choaſpis fluuii aqua coquatur, & quomodo vaſis impoſita, portetur ad regem. addítque, illam & leuiſſimam & ſuauiſſimam eſſe.

Ὁ Περσῶν βασιλεύς, ὡς φησὶν ἐν τῇ πρώτῃ Ἡρόδοτος, ὕδωρ ἀπὸ τοῦ Χοάσπεος πίνειν ἄγεται τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος· τοῦ δὲ μόνου πίνει ὁ βασιλεύς. τοῦ δὲ ποιούτου ὕδατος ἀπεψημμένου πολλαὶ κάρπα ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνων ἕλκουσαι ἐν ἀργυρέοισιν ἕπονται οἱ. Κτησίας δ' ὁ Κνίδιος καὶ ἱστορεῖ ὅπως ἕψεται τὸ βασιλικὸν τοῦτο ὕδωρ, καὶ ὅπως ἐναποτιθέμενον τοῖς ἀγγείοις, φέρεται παρὰ βασιλεῖ· λέγων αὐτὸ C ἐλαφρότατον καὶ ἥδιστον εἶναι.

Libro X.

In libro X.

CTESIAS autem apud Indos regi non licere inebriari tradit. At verò apud Perſas regi cõceditur inebriari die vno, in quo ſacrificant Mithræ.

Ἐν τῷ ι' βιβλίῳ.

Κτησίας δὲ μὲν Ἰνδοῖς φησὶν οὐκ ἔξεστι τῷ βασιλεῖ μεθύσκεσθαι. τοῖς δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐξεῖναι μεθύσκεσθαι μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ θύουσι τῷ Μίθρᾳ.

In eodem libro.

AMYNTAS quoque, in libro qui καθοδὸς inſcribitur, Tapyrorum gentem ita vino deditam eſſe tradit, vt ne ad vngendum quidem alia re vlla quàm vino vtatur. Eadem autem & Cteſias commemorat in libro quẽ de Aſiaticis tributis ſcripſit: qui & iuſtiſſimos eſſe illos tradit.

Ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ.

Ἀμύντας ἐν τοῖς καθοδικοῖς, ὃ τῶν D Ταπύρων ἔθνος φησὶν οὕτω φίλοινον εἶναι, ὡς μὴ ἀλείμματι ἄλλῳ μηδενὶ χρῆσθαι ἢ τῷ οἴνῳ. τὰ δ' αὐτὰ ἱστορεῖ καὶ Κτησίας ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων. οὗτοι δὲ καὶ δικαιοτάτους αὐτοὺς λέγει εἶναι.

Libro XI.

VERVM repudianda ſunt nobis fictilia pocula. Apud Perſas enim, vt teſtatur Cteſias, quẽcunque rex inhonoratum eſſe voluerit, fictilib⁹ poculis vtitur.

Ἐν τῷ ια' βιβλίῳ.

Παραιτητέον δ' ἡμῖν τὰ κεραμεᾶ ποτήρια. καὶ γὰρ Κτησίας, τοὺς δὲ Πέρσας, φησὶν, ὃν ἂν βασιλεὺς ἀτιμάσῃ, κεραμείοις E χρῆσθαι.

Libro XIIII.

BEROSVS autem Babyloniacorum lib. I. decimaſexta die menſis Loi feſtum Babylone quinque dierum ſpatio celebrari ait, Saxeas dictum: per quod

Ἐν τῷ ιδ' βιβλίῳ.

Βήρωσος δ' ἐν τῷ πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν, τῷ Λώῳ φησὶ μὲν ἐκκαιδεκάτῃ ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέας προσαγορευομένην ἐν Βαβυλῶνι ἡμέρας πέντε· ἐν αἷς ἔξεστι

ἔθος εἶ) ἀρχεσθαι τοὺς δεσπότας ὑπὸ τῶν οἰκετῶν· ἀφηγεῖσθαί τε τῆς οἰκίας ἕνα αὐτῶν ἐνδεδυκότα στολὴν ὁμοίαν τῇ βασιλικῇ, ὃν καὶ καλεῖσθαι Ζωγάνην. μνημονεύει τῆς ἑορτῆς καὶ Κτησίας ἐν δευτέρῳ Περσικῶν.

tempus solere dominos famulis parere: vnúmque ex his domui præesse, veste quæ regiæ similitudinem referat, indutum. quẽ & Zoganem appellari. Meminit huius festi Ctesias quoque, libro Persicorum secundo.

ΠΑΡΑ ΔΗΜΗΤΡΙΩΙ τῷ Φαληρεῖ, ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας,

APVD DEMEtrium Phalereum, in libro qui περὶ ἑρμηνείας vocatur:

Εἴγε αὐτοῦ τοῦτο τὸ βιβλίον ἐστί.

si modo eius est hic liber.

ΣΤΡΥΑΓΑΙΟΣ τις, ἀνὴρ Μῆδος, γυναῖκα Σακίδα καταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ἵππου, (μάχονται γὰρ δὴ αἱ γυναῖκες ἐν Σάκαις, ὥσπερ αἱ Ἀμαζόνες) θεασάμενος δὴ τὴν Σακίδα εὐπρεπῆ καὶ ὡραίαν, μεθῆκεν ἀποσώζεσθαι· μετὰ δὲ τοῦτο, σπανιζόντων γιγνομένων, ἐρασθεὶς τῆς γυναικός, ἀπετύγχανεν. ἐδέδοκτο μὲν αὐτῷ ἀποκαρτερεῖν, γράφει δ' οὖν τῇ γυναικὶ μεμφόμενος, ζῶσά σε, Ἐγὼ μὲν σε ἔσωσα, καὶ σὺ μὲν δι' ἐμὲ ἐσώθης, ἐγὼ δὲ δι' σὲ ἀπόλλυμαι.

Forte asse scripsit, καὶ ἐδέδοκτο.

Στρυαγλιος quidam, Medus, quum ex equo Sacidem mulierem deiecisset (apud Sacas enim mulieres eodẽ quo Amazones modo præliãtur) eámque & formosam & ætate florentem esse vidisset, saluam dimisit. At percusso postea fœdere quũ illa quam alioqui deperibat, potiri non posset, statuerat quidem inedia vitam finire: scribit tamen prius illi hanc epistolam, qua expostulat, Ego quidem te seruaui: & tu quidẽ per me seruata es, ego autem per te perii.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ὀλίγῳ ὕστερον.

Apud eundem, paulo pòst.

Δεῖ τὰ γινόμενα οὐκ εὐθὺς λέγειν ὅτι ἐγένετο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν, χρεμπτόντα τῷ ἀκροατῇ, καὶ ἀναγκάζοντα στωμυλιᾶν. τοῦτο ὁ Κτησίας ἐν τῇ ἀγγελίᾳ τῇ περὶ Κύρου τεθνεῶτος ποιεῖ. ἐλθὼν γὰρ ἄγγελος οὐκ εὐθὺς λέγει ὅτι ἀπέθανε Κῦρος παρὰ τὴν Παρύσατιν, (τοῦτο γὰρ ἡ λεγομένη ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις ἐστὶν) ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἤγγειλεν ὅτι νικᾷ· ἡ δὲ ἥσθη, καὶ ἠγωνίασε· μετὰ τοῦτο ἐρωτᾷ, Βασιλεὺς δὲ πῶς πρᾴττει; ὁ δὲ, πέφυγε, φησί. καὶ ἡ, στολαδοῦσα, Τισσαφέρνης γὰρ αὐτῷ τούτων αἴτιος. Καὶ πάλιν ἐπομένως ἐρωτᾷ, Κῦρος δὲ ποῦ νῦν; ὁ δ' ἄγγελος ἀμείβεται, Ἔνθα χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας αὐλίζεσθαι.

Mutandum in γινόμενα.

Oportet autem quæ facta sint, nõ statim fateri facta esse, sed paulatim, suspensum tenẽdo auditorem, & nobiscũ angi cogendo. Quod Ctesias in allato de Cyri morte nuntio facit. neq enim nũtius, simulatque ad Parysatin venit, ei Cyrum mortuũ esse dicit: (hæc enim est quæ Scythica oratio appellatur) sed primùm quidem, victoria potitũ eũ nuntiauit (quæ verba illi gaudium anxietati mixtũ attulerũt) postea verò interrogat, At rex quomodo se nunc gerit? Tunc ille, Fugæ se dedit, inquit. hic illa sermonem excipiens, Tissaphernes horum ei malorum est author, inquit. Rursúmque interrogat, Cyrus verò vbi nunc est? Respondet nuntius, Vbi fortes viros diuersãri decet.

DE PERSARVM legibus & institutis, ex diuersis historicis.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΕΡΣΙΚΩΝ νόμων καὶ ἐθῶν, ἐκ διαφόρων συγγραφέων.

EX XENOPHONTE, Pædiæ Cyri libro I.

ΕΚ ΤΟΥ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ, Παιδείας Κύρου βιβλίῳ α'.

PRIMA his legibus cura à bono publico videtur initium sumere. Haud enim incipiunt itidem vt aliæ plurimæ ciuitates, quæ parentibus permittētes pro voluntate filios educare, & ætate prouectioribus pro arbitrio vitā agere, eis iubent ne furentur, ne rapiant, ne in *alienas* ædes ingrediantur vi, ne iniustè percutiant quenquam, ne adulteriū patrēt, ne [a] principis imperiū detrectēt, reliquáque huiusmodi eodē pacto. quòd siquid horum trāsgressus quis fuerit, pœnam in eū statuerunt. At Persarum leges anticipantes, *maximè* curant ne initio tales sint ciues vt cuiusquā vel improbitatis vel turpitudinis desiderio capiantur.

a Magistratus imp.

Curāt autem illud hoc pacto. Est illis forum quod vocatur liberum, vbi & regiæ, & alia sunt palatia. Hinc & venalia, & circūforanei, & horū clamores atque ineptiæ in alium locum reiecta sunt, ne horum turba compositis eorum moribus qui institutionem adepti sunt, misceatur. Est autem forum circa palatia distributum in partes quatuor quarum vna est puerorum, altera puberum, [b] tertia virorum, qui perfectā ætatē iam agunt: quarta verò eorum qui sunt emeriti. Legéq; cautū est vt horū singuli locis suis adsint: pueri, quum primum illuxerit, & eodem modo perfectæ ætatis viri: seniores verò, quum per otium cuique licuerit, exceptis constitutis diebus, quibus adsint necesse est. At [c] adolescentes cubant etiam in palatiis cū [d] gymnicis armis: exceptis maritis, qui ne requirūtur quidē, nisi antea iussi adesse fuerint. At neque honestum *ducitur* sæpius abesse.

b Tertia eorum qui virilem ætatē attigerunt. *Vel*, eorum qui matura sunt ætate. *Sic paulo pòst.*

c Ephebi. *siue*, puberes, *vt paulo antè vertit.*

d Cum armis quibus exercentur.

ΟΥΤΟΙ δὲ δοκοῦσιν ⓐ νόμοι ἄρχεσθαι τῶν κοινῶν ἀγαθῶν ἐπιμελούμενοι. ὅπως ὁμοίως γὰρ ταῖς πλείσταις πόλεσιν ἄρχονται. αἱ μὲν γὰρ πλείστας πόλεις, ἀφεῖσαι παιδεύειν ὅπως τις ἐθέλοι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, καὶ αὐτοὺς τοὺς πρεσβυτέρους ὅπως ἐθέλοιεν ζῆν, "ὅπου τὰ ποιοῦσιν αὐτοῖς μὴ κλέπτωσιν, μὴ ἁρπάζειν, μὴ βίᾳ εἰς οἰκίαν παριέναι, μὴ παίειν ὃν μὴ δίκαιον, μὴ μοιχεύειν, μὴ ἀπειθεῖν ἄρχοντι, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ὡσαύτως· ἐὰν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ, "ζημίας αὐτοῖς ἐπέθεσαν. οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι, προορῶντες ὅπως μέλονται ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, ὥστε πονηροῦ τινος ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι.

Alias lect. vide in meis annot.

"ταῦτα ἐπιτρέπουσι παιδεύειν

"ζημίας ἐπιτίθεσαν.

Ἐπιμέλονται δ' ὧδε· ἔστιν αὐτοῖς ἐλεύθερα ἀγορὰ καὶ συμβώμη, ἔνθα τά τε βασίλεια καὶ τἆλλα ἀρχεῖα πεποίηται· ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὤνια, καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀπειρεσκαλίαι ἀπελήλανται εἰς ἄλλον τόπον· ὡς μὴ μιγνύῃ ἡ τούτων τύρβη τὴν τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίαν. διήρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγορὰ εἰς τέτταρα μέρη· τούτων δ' ἔστιν ἓν μὲν παισίν, ἓν δ' ἐφήβοις, ἄλλο τελείοις ἀνδράσιν, ἄλλο τοῖς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονόσι. νόμῳ δὲ εἰς τοὺς ἑαυτῶν χώρους ἕκαστοι τούτων πορεύονται, οἱ μὲν παῖδες, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ⓑ τέλειοι ἄνδρες· ⓒ δὲ γεραίτεροι, ἐπὶν αὐτῷ ἑκάστῳ παρέχωρῃ· πλὴν ἐν ταῖς τεταγμέναις ἡμέραις, ἐν αἷς δεῖ αὐτοὺς πορεύεσθαι. ⓒ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται παρὰ τὰ ἀρχεῖα, σὺν τοῖς "γυμνικοῖς ὅπλοις, πλὴν τῶν γεγαμηκότων. οὗτοι δὲ ὅτε ὅπου ζητοῦνται, ἂν μὴ προρρηθῇ πρόσωπον· οὔτε πολλάκις ἀπεῖναι καλόν·

"γυμνικοῖς

ἄρχοντες δὴ ἐφ' ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσὶ A
δώδεκα (δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ δι-
ήρηνται) οἱ δὲ παισὶν ἐκ τῶν γε-
ραιτέρων * ἡρημένοι] εἰσὶν οἱ αὐτοδοκῶσι τοὺς
παῖδας βελτίσους * αὐτὶ ἀποδειχθῆναι· ὅτι
δὲ τοῖς ἐφήβοις, ἐκ τῶν τελείων ἀνδρῶν οἱ
αὐτὶ αὖθις τοὺς ἐφήβους βελτίσους δοκῶσι πα-
ρέχειν· ὅτι δὲ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, οἱ αὐτὶ
δοκῶσι προέχειν αὐτοὺς μάλιστα τὰ τεταγ-
μένα ποιοῦντας, καὶ τὰ προσκελλόμενα
ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς. εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γε- B
ραιτέρων πρεσβύται ἡρημένοι οἱ πρεσβυ-
τεύουσιν ὅπως καὶ αὖθις τὰ προσηκοντα ἀποτελῶσιν.

Αἱ δὲ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προστέτακται ποιεῖν,
διηγησόμεθα· ὡς μᾶλλον δῆλον γένηται ἢ ἐ-
πιμέλονται ὡς αὐ βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται.
οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοι-
τῶντες, σχολάζουσι, μανθάνοντες δικαιοσύνην·
καὶ λέγουσιν ὅτι ὅτι τοῦτο ἔρχεται), ὥσπερ πρὸς
ἡμῶν οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι. οἱ δὲ C
ἄρχοντες αὐτῶν σχολάζουσι τὸ πλεῖστον μέ-
ρος τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὖθις. γίγνεται
γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἀν-
δράσιν, ἐγκλήματα καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπα-
γῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακηγορίας,
καὶ ἄλλων οἵων εἰκός. οὓς δ' ἂν γνῶσι τού-
των τι ἀδικοῦντας, τιμωροῦνται· κολάζου-
σι δὲ καὶ οὓς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρί-
σκωσι. δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος οὗ ἕ-
νεκα ἂν δοκῶσι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μά- D
λιστα, δικάζονται δ' οὐχ ἥκιστα, ἀχαριστίας·
καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀπο-
διδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι τοῦ-
τον ἐχυρῶς. οἴονται γὰρ, τοὺς ἀχαρίστους, καὶ
θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ πε-
ρὶ γονέας καὶ πατρίδα καὶ φίλους. ἔπε-
σθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναι-
σχυντία. καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶ) ὅτι
πόντα τὰ ἀγαθὰ ἡγεμών. διδάσκουσι δὲ
τοὺς παῖδας καὶ σωφρονεῖν· μέγα δὲ E
συμβάλλεται εἰς τὸ μανθάνειν σωφρονεῖν
ἄνδρες ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν ἀνα-
πάσῃ ἡμέρᾳ σωφρόνως διάγοντας. διδά-
σκουσι δ' ἄνδρες καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι·

Et præsunt cuique harũ partium duodecim principes. nã in duodecim trib⁹ Persæ distributi sũt. Ii verò pueris præsunt qui *selecti* ex senioribus eos videantur redditurι quamoptimos. [a] adolescentibus autem, ex absolutæ ætatis viris illi qui perquam optimos eos existimentur effecturi. At ipsis absolutæ ætatis viris ii *sunt præfecti*, quorum illi institutione censeantur quæ constituta sunt & à magistratu maximo imperata, maximè præstituri. Electi etiam sunt præsides seniorũ: qui præsunt, quò hi quoque suo fungantur officio.

a Ephebis (vel puberibus) ex maturæ ætatis viris.

Quæ autem cuique ætati imperantur faciũda, enarrabimus, quò dilucidius fiat [b] diligẽtiámne adhibeant vt ciues sint quàm optimi. Pueri igitur ventitantes ad scholas, iustitiæ discendæ dãt operam, aiúntque ita illos huic rei studere quemadmodũ apud nos qui *eunt* ad literas perdiscendas. Eorum autem magistri magnam diei partem consumũt in eorum disceptationibus iudicãdis. Habent enim pueri quoque inter sese, quẽadmodũ viri, accusationes & de furto, & de rapina, & de vi, & de fraude, & de maledicentia, & de aliis *criminibus*, vt & par est. Quos autem norint horũ aliquid deliquisse, eos plectunt. In illos item animaduertũt quos minus iure accusantes inuenerint. [c] Ac iudicia de illo etiã crimine exercent, quod est quidem in causa cur homines mutuo se odio quammaximè infectentur, sed tamen ita vt ne minimum quidẽ iudicium de eo exerceant: nimirum de ingratitudine, ac quemcunque cognorint posse referre gratiam, nec referre, in hunc seueriſſimè animaduertũt: quippe qui arbitrantur, eos qui sint ingrati, & deos maiorem in modum negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinem verò potissimùm impudentia sequitur. etenim hæc ad omnem turpitudinem maxima est dux. Docent etiam pueros temperantiam. ad quam discendam eis plurimum conducit quòd vident senes ipsos toto die temperanter vitam agere. Tradunt præterea iis præcepta parendi magistratibus.

b Legit εἰ ὅπως ἂν ἡ ἐπιμέλονται significat, Qualẽ diligentiam adhibeant.

c Huius loci sensum inuerterat Philelphus.

Lege uel αὐδὴ ἥκιστα (ut scribo in m. ann.) uel ἧκιστα, neutra pars tic. præfixa.

Multum quoque huic rei conducit quòd seniores magno studio parere magistratib. intuëtur. Eosdem insuper docent vt & cibi & potus continentiam seruẽt: ad quos illos admodum adiuuat quòd ante oculos habent, seniores non prius abire ventris *implendi* gratia, quàm præsides permiserint: quódque nõ apud matrem vescuntur pueri, sed apud magistrum, quando præsides significarint: ferúntq; domo pro cibo panẽ, pro obsonio nasturtium, ad potũ verò, siquis sitiat, capedinem, vt ex flumine aquã hauriant. Ad hæc etiam discunt sagittandi & iaculãdi artem. Atque ad sextum vsque & septimũ decimum ætatis annum hæc agunt pueri.

Dein verò in[a] puerũ numerũ exeunt: horũ autem puerũ talis est vita. Decẽ enim annos postquam pueritiam egressi fuerint; cubant (vt antea diximus) ad palatia, idque tum custodiendæ vrbis gratia, [b] tũ ob temperãtiæ studiũ. Videtur enim huic ætati maiorem in modum diligentia opus esse. Præstant etiam interdiu præfectis suam operam, sicui eis vsui sint pro republica. Et quũ oportuerit, manent omnes ad palatia. Quum verò ad venationem rex exierit (id quod persæpe agit in mense) relinquit custodiæ dimidium. Habeant autem exeuntes oportet arcus, & iuxtà pharetrã, in vagina [c] mucronẽ, aut securim, prætereà cratem, & [d] pila duo: vt & alterũ emittant, & altero, si opus fuerit, cominus vtantur. Ob hãc autem rem publicè dant operam venationi: & rex quemadmodum in bello se ducem eis præstat, & ipse tũ venatur, tum vt alii venentur diligentiam adhibet, quòd hæc eis verissima videtur meditatio rerũ bellicarum. Etenim diluculo assuefacit surgere, frigoráque & calores tolerare. exercet etiam eos ad itinera & cursus. Necessarium etiam est sagitta bestiam ferire ac iaculo petere, vbicunque occurrerit. Quinetiam animum acui sæpe necesse est in venatione, vbi ferox aliqua bestia contrà sese obiecerit. Nam & percutere oportet quæ occurrerit, & ab irruente sibi cauere.

a *Vel*, epheborũ. *Phil. ita*, Dein verò vbi adolescentiam excesserũt, ita rursus degũt.

b Tum vt temperãtiæ studeãt. *Vel*, vt temperantiam exerceant.

c *Vide quod annotatum est in pagina 702 de hac voce.*

d *Vel*, hastas duas: vt & alterã em. & altera, si opus f.

A μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἑκουσίως. διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ· μέγα δ' καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται ὅτι ὁρῶσι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μὴ πρόσθεν ἀπιόντας γαστρὸς ἕνεκα πρὶν ἂν ἀφῶσιν οἱ ἄρχοντες· καὶ ὅτι οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τοῦ διδασκάλου, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν ἄρτον, ὄψον δὲ, κάρδαμον· πιεῖν δὲ, ὧι τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. μέχρι μὲν δὴ ἐξ ἢ ἑπτακαίδεκα ἐτῶν ἀπὸ ἡλικίας οἱ παῖδες ταῦτα πράττουσιν.

Ἐκ τούτου δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐξέρχονται. οὗτοι δ' αὖ οἱ ἔφηβοι διάγουσιν ὧδε. δέκα ἔτη ἀφ' οὗ αὖ ἐκ παίδων ἐξέλθωσι, κοιμῶνται μὲν πρὸς τὰ ἀρχεῖα, ὥσπερ προείρηται, καὶ φυλακῆς ἕνεκα τῆς πόλεως καὶ σωφροσύνης. (δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα ἐπιμελείας δεῖσθαι) παρέχουσι δὲ καὶ τοῦτο ἡμέρας ἑαυτοὺς μάλιστα τοῖς ἄρχουσι χρῆσθαι, ὧι τι δέωνται, ὥσπερ τοῦ κοινοῦ. καὶ ὅταν μὲν δὴ, πάντες μένουσι πρὸς τὰ ἀρχεῖα· ὅταν δὲ ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τοῦ ἡμίσεια τῆς φυλακῆς. ποιεῖ δ' τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. ἔχειν δὲ δεῖ τοὺς ἐξιόντας τόξα μὲν πρὸς τοῦ φαρέτρας, καὶ ἐν κολεῷ κοπίδα, ἢ σάγαριν· ἔπι δὲ καὶ γέρρον, καὶ παλτὰ δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφιέναι, τῷ δ', ἂν δέῃ, ἐν χερσὶν χρῆσθαι. ἐπὶ τοῦτο δὲ δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται, καὶ βασιλεύς, ὥσπερ ἐν πολέμῳ, ἡγεμὼν αὐτῶν ἐστι, καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται ὅπως ἂν θηρῶεν· ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι. καὶ γὰρ περὶ ἀνίσασθαι ἐθίζει, καὶ ψύχη θάλπη ἀνέχεσθαι· γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις. ἀναγκη δὲ καὶ τοξεύσαι θηρίον, καὶ ἀκοντίσαι ὅπου ἂν παρατύχῃ. ἐν τῷ ψυχρῷ δὲ πολλάκις ἀναγκη σθηρᾶσθαι ἐν τῇ θήρᾳ, ὅταν τι τῶν ἀλκίμων θηρίων ἀνίσῃται. παίειν μὲν γὰρ δεῖ ὃ ὁμόσε γιγνόμενον, φυλάξασθαι δὲ ὃ ὑπαφερόμενον.

παρ' ὧν μὲν, ἄρτους

παρ' ἡμέραν, τοὺς ἡμισείας φυλακὰς καταλείπει. ποιεῖ δ' πόξα καὶ παλτὰ

παρ' θηρῶεν

Ver. ult. quidam libri πάσασθαι: *quidã* θάλπεσθαι: *sed* σθηρᾶσθαι *alii multi loci comprobant.*

ὥστε οὐ ῥᾴδιον θηρεῖν τί ἐν τῇ θήρᾳ ἄπεστι A Quare haud facilè in venatione
τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων. ἐξέρχονται δὲ eorum quicquam abesse reperiatur quæ inter bellandum acci-
ὅτι τὴν ἡμέραν, ἄριστον ἔχοντες πλεῖον μὲν, dunt. Exeuntes autem in venatione, prandiũ habent, & id quidẽ largius, vt par est, quàm pueri, sed alioq; simile. Et donec quidẽ venantur, non prandent: sed
ὡς τὸ εἰκός, τῶν παίδων, τἆλλα δὲ ὅμοιον. ἕως siquid opus fuerit aut feræ ipsius
θηρῶντες μὲν, οὐκ ἀριστοποιοῦνται· ἐὰν δέ τι gratia præstolari, aut aliter velint
δέῃ θηρίου ἕνεκα ὑπομεῖναι, ἢ ἄλλως tẽpus terere in venãdo, hoc prãdio pro cœna vsi, rursũ postridie venantur ad cœnam vsque:
βουληθῶσι διατρῖψαι, δεῖ τὴν ἡμέραν, & dúos hos dies pro vno supputãt, quòd vnius diei cibũ consumũt. Hoc autem faciunt cõsuescẽdi gratia, vt, siquid facto opus fuerit etiã in bello, id facere possint. Ac illi quidẽ qui huius sunt ætatis, obsoniũ hoc habẽt quodcũque venati fuerint: sin minus, nasturtio vescuntur. Quòd siquis eos existimat aut vesci iniucundè, quum aliud nihil præter [a] nasturtiũ addunt ad cibum, aut potu minus suaui vti, quum aquam bibunt, reminiscatur quanta cũ voluptate maza panéque [b] vescũtur in fame, quámque suaue est bibere aquã in siti. At reliquæ tribus quæ *domi* manẽtes *in venationem non exeunt*, tum alia exercẽt quæ pueri didicerunt, tum verò sagittandi & iaculandi artẽ, & de his inter se assiduè certant. Sunt præterea publici horum ludi præmiáque proposita. in qua autẽ tribu plurimi fuerint peritissimi fortissimíque ac maximè fideles, horũ laudatur à ciuib[d] & honoratur nõ præsẽs rector dũtaxat, verũetiam illi qui eos in pueritia erudierũt. Et his adolescẽtibus vtũtur magistratus, [c] sicubi præsidio opus fuerit, vel ad maleficia inquirenda, vel ad insequẽdos latrones, vel ad alia agẽda quæcúque aut viriũ aut velocitatis sũt opera. Ab adolescentibus ephebis igitur hæc gerũtur.

Sed vbi annos decẽ absoluerint, euadũt in perfectæ ætatis viros: à quo tempore autẽ ex ephebis excesserint, hi rursus annos quinque & viginti ita degunt. Principio, quemadmodum adolescentes præsto sunt magistratibus, vt, siquid pro republica opus fuerit, se vtantur iis in rebus quæ prudentiam viréſque requirunt. Quòd si militiæ danda sit opera, qui ita sunt instituti, arcubus & pilis amplius no vtũtur, sed ensibus & armis quibus comin[e] pugnãt,

a *Cicero interpretatur rectius*, Nasturtium adhibent ad panẽ.

b Vescitur quia inf.

c Siquid custodia opus habeat.

ἐπειδὰν δὲ τὰ δέκα ἔτη διατελέσωσιν, ἐξέρχονται εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας. ἀφ' οὗ δ' ἂν ἐξέλθωσι χρόνου ἐκ τῶν ἐφήβων, οὗτοι ἂν πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διάγουσιν ὧδε. πρῶτον μὲν, ὡς περ οἱ ἔφηβοι, παρέχουσιν ἑαυτοὺς ταῖς ἀρχαῖς χρῆσθαι, ἤν τι δέῃ περὶ τὸ κοινοῦ ὅσα φρονοίντων τε ἤδη ἔργα ἐστὶ καὶ ἔτι δυναμένων. ἐὰν δέ που δέῃ στρατεύεσθαι, τάξα μὲν οἱ οὕτω πεπαιδευμένοι οὐκέτι ἔχοντες τόξα παλτὰ, στρατεύονται, τὰ δ' ἀκόντια ὅπλα καλούμενα,

Lege, aut saltem intelle lege, τὰ ἐν τοῖς ἐφήβοις δέκα ἔτη διατελέσωσιν, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ στρατευομένων.

ferúntque thoraca circa pectora, & in manu ſiniſtra cratem, qualem habentes pinguntur Perſæ: in manu autem dextera[a] gladiũ aut mucronem. Et ex huiuſmodi viris magiſtratus omnes conſtituuntur, exceptis puerorum magiſtris.

a Vertit μάχαιραν, gladium, & κοπίδα mucronẽ. Κοπίδας (inquit Curtius) vocant gladios leuiter curuatos, falcib' ſimiles, queis apperebant belluarum manus.

At poſteaquam annos quinque viginíque complerint, agẽtes hi ætatis annum aliquanto amplius quàm quinquageſimũ (illorum iam ætatẽ ingreſſi qui & ſunt & vocantur ſeniores) non etiam in militiam eunt extra ſolum patrium, ſed manentes domi iudicant omnes cauſas & publicas & priuatas. Iudicãt etiam hi[b] cauſam mortis, iidemque legunt omnes magiſtratus. Quòd ſiquis aut in[c] adoleſcentibus aut in viris deliquerit quippiam cõtra leges, deferunt eum ſinguli tribuni, & ex aliis qui voluerit. Quem ſeniores vbi audierint, ordine mouent. At ordine motus degit reliquam vitam cum ignominia.

b De cauſis capitalibus.

c Puberibus, Gr. ephebis.

Verùm vt omnis Perſarum reſpub. clarius pateat, repetemus paulo altius. nunc enim ob ante dicta declarari queat paucis. Perſæ dicuntur eſſe circiter centum viginti millia hominũ. Horum nemo lege excluditur à dignitatibus atque magiſtratibus: ſed licet omnibus Perſis mittere filios ad publicas iuſtitiæ ſcholas. Verùm qui poſſũt[d] filios per ocium alere, eos mittũt ad ſcholas: quibus verò *alendi* non eſt facultas, nequaquam mittunt. Qui autẽ fuerint apud publicos magiſtros inſtituti, licet iis inter[e] adoleſcẽtes eius ætatis operã exercere, aliis verò non licet. Qui rurſus legitima inter adoleſcentes abſoluerint, poſſunt hi inter viros verſari, magiſtratuúmq; participes atque honorum fieri. At hi qui pueritiæ atque adoleſcentiæ legitima non obierint, inter viros non admittuntur. At hi rurſus qui inter perfectæ ætatis viros ſine reprehẽſione ſe geſſerint, fiũt ex ordine ſeniorũ. Et ita ſeniores hi conſtituuntur qui per omne honeſtatis genus vitam egerint. Et hæc eſt viuendi inſtitutio, qua vtẽtes, optimos viros ſe fore exi-

d Filios otiantes alere. Vel, in otio.

e Puberes: Gr. ephebos. Sic in ſequent.

ϑωρακά τε περὶ τοῖς στέρνοις, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, οἷονπερ γεγράφονται. Πέρσαι ἔχοντες· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ μάχαιραν ἢ κοπίδα· καὶ αἱ ἀρχαὶ δὲ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίστανται, πλὴν τῶν παίδων διδάσκαλοι.

Ἐπειδὰν δὲ τὰ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐκτελέσωσιν, εἴκοσαν μὲν αὐτοὶ πλέον τι ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες ἀπὸ ἡλικίας ἔρχονται δὲ τὴν ἡλικίαν ταύτην εἰς τοὺς γεραιτέρους ὄντας τε καὶ καλουμένους. Οἱ δὲ αὖ γεραίτεροι οὗτοι στρατεύουν μὲν οὐκέτι ἔξω τῆς ἑαυτῶν, οἴκοι δὲ μένοντες δικάζουσι περί τε κοινὰ πολίτα καὶ τὰ ἴδια. καὶ θανάτου δὲ οὗτοι κρίνουσι, καὶ τὰς ἀρχὰς οὗτοι πάσας αἱροῦνται· καὶ ἐάν τις ἢ ἐν ἐφήβοις ἢ ἐν τελείοις ἀνδράσιν ἐλλίπῃ τι τῶν νομίμων, φαίνουσι μὲν οἱ φύλαρχοι ἕκαστον, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος. Οἱ δὲ γεραίτεροι ἀκούσαντες ἐκκρίνουσιν. ὁ δὲ ἐκκριθεὶς, ἄτιμος τὸν λοιπὸν βίον διατελεῖ.

Ἵνα δὲ σαφέστερον δηλωθῇ πᾶσα ἡ Περσῶν πολιτεία, μικρὸν ἐπάνειμι. νεωτέρα γὰρ ἐν βραχυτάτῳ αὖ δηλωθείη διὰ τὰ παρειρημένα. λέγονται μὲν γὰρ Πέρσαι ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας εἶναι. τούτων δὲ οὐδεὶς ἀπελήλαται νόμῳ τιμῶν καὶ ἀρχῶν, ἀλλ' ἔξεστι πᾶσι Πέρσαις πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα. ἀλλ' οἱ μὲν δυνάμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας ἀργυρωνῆτας, πέμπουσιν· οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι, οὐ πέμπουσιν. οἱ δ' ἂν παιδευθῶσι παρὰ τοῖς δημοσίοις διδασκάλοις, ἔξεστιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἐφήβοις νεανιεύεσθαι· τοῖς δὲ μὴ διαπαιδευθεῖσιν οὕτως οὐκ ἔξεστιν. οἱ δ' ἂν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἐκτελέσωσι τὰ νόμιμα ποιοῦντες, ἔξεστι τούτοις εἰς τοὺς τελείους ἀνδρας στρατεύεσθαι, καὶ ἀρχῶν καὶ νόμων μετέχειν. οἱ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς παισὶ μὴ διατελέσωσιν, ἢ ἐν τοῖς ἐφήβοις, οὐκ εἰσέρχονται εἰς τοὺς τελείους. οἱ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς τελείοις ἐκτελέσωσι τὰ νόμιμα ἀνεπίληπτοι, οὗτοι τῶν γεραιτέρων γίνονται. οὕτω μὲν δὴ οἱ γεραίτεροι ἐκ πάντων τῶν καλῶν ἐκλελεγμένοι καθίστανται· καὶ ἡ πολιτεία αὕτη, ἣν οἴονται χρῆναι βί-

τίσοι αὐτοῖς). καὶ νεῦ δὲ ἔτι ἐμμένει μαρτυρία καὶ τῆς μετρίας διαίτης αὐτῶν, καὶ τοῦ σκοπεῖσθαι τινὶ διαιτῶν. αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νεῦ ὅτι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, καὶ τὸ φύσης μεστοὺς φαίνεσθαι. αἰσχρὸν δὲ ἔτι καὶ τὸ ἰόντα που φανερὸν γίνεσθαι ἢ τοῦ οὐρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλου τινὸς τοιούτου. ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἠδύναντο ποιεῖν εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν σκοπούμενοι ἀπήλισκον, ὥστε ἄλλη ποι ἀποχωρεῖν. ταῦτα μὲν δὴ κατὰ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν.

A stimant. Quin hoc etiam tempore testimonio durat tum moderati eorum victus, tum etiam laboribus coniuncti. Nam nunc quoque turpe est apud Persas & spuere, & emungi, & flatus videri plenos. Turpe itē ducitur si quis conspiciatur quoquam ire aut meiendi, aut cuiusquam huiusmodi rei gratia. Quæ quidem facere nullo pacto possent nisi & victu modico vterentur, & humiditatem per laborē consumerent, ita vt ea aliò quopiam secederet. Hæc igitur de Persis omnibus dicere possumus.

B

Vide & locum ex huius operis libro V, in illis quæ sequuntur ea quæ è libro VIII petita sunt.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, ἐν τῷ Παιδείας η'.

Apud eundem, Pædiæ VIII.

ΤΟΙΓΑΡΟΥΝ τοιοῦτος ὢν ἐποίησεν ἐπὶ ταῖς θύραις πολλῷ πλῶ τῶν χειρόνων βύταξίαν, ὑπείκοντων τοῖς ἀμείνοσι, πολλῷ δὲ αἰδῶ καὶ εὐκοσμίαν πρὸς ἀλλήλους. ἐπέγνως δ' ἂν ἐκεῖ οὐδένα οὔτε ὀργιζόμενον γραυτῇ, οὔτε χαίροντα ὑβριστικῶς γέλωτι. ἀλλὰ ἰδὼν ἂν αὐλοὺς ἡγήσω ὧν ὄντι εἰς καλλος ζῆν. ταῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες καὶ ὁρῶντες ὅτι θύραις δίηγον. τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ὅτι θήραν ἐξηγεῖτο οἷσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρεών· ταύτην ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην. καὶ γὰρ ἐπόησε καὶ πάντα τὰ πρὸς χωρίοις αὕτη μάλιστα ἀποδείκνυσι, καὶ τὰ θηρίοις φεύγουσιν ἕπεσθαι· καὶ ἀπὸ τῶν ἵππων ἐνεργοὺς αὕτη μάλιστα ἀπεργάζεται, καὶ τὴν ψυχὴν φιλοτιμίαν καὶ ἐπιθυμίαν. καὶ τὴν ἐγκράτειαν δέ, καὶ πόνους καὶ ψύχη καὶ θάλπη καὶ λιμὸν καὶ δίψος δυνατὰ φέρειν, ταῦτα μάλιστα παρεσκεύαζε τοὺς κοινωνούς. ἐν νεῦ δὲ ἔτι βασιλεὺς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ᾤετο πρέπειν οὐδενὶ ἀρχῆς ὅστις μὴ βελτίων εἴη τῶν ἀρχομένων, καὶ τοῖς πρόσθεν εἰρημένοις πᾶσι δῆλον· καὶ ὅτι ἅτε τοὺς ἀσκοῦντας τοὺς περὶ ἑαυτὸν, πολὺ μάλιστα αὐτὸς ἐπόνει καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ τὰς μελέτας. καὶ γὰρ ὅτι θήρᾳ τοῦτ'

Ergo Cyrus quum talis esset, fecit vt[a] in foribus multa esset deteriorum modestia cedētium melioribus, multus etiam pudor atque modestia inuicem. Insuper etiam animaduertisses illic neminem neque irascētem cum clamore, neque gaudentem risu [b] cōtumelioso: sed si eos vidisses, verè eos ad normam honestatis viuere dixisses. Res igitur huiusmodi facientes videntésque degebāt [c] in foribus. At bellicæ exercitationis gratia eos ad venationem educebat quibus hæc *militaria* exercenda existimabat: hāc exercitationem rerum bellicarū esse omnino ratus optimam, equestris autem verissimam. Hæc enim maximè reddit ad equitādum in quibuslibet locis aptos, quòd insequi oporteat feras fugientes: & hæc item reddit maximè habiles ad efficiendum ab equis quoduis opus, quia cupiditate tenentur *illas* capiūdi, & inde etiam honorē affectāt. Et hîc etiam maximè [d] familiares assuefaciebat ad continentiam, & ad labores, & frigora, & calores, & famem ac sitim tolerandam. Atque hoc etiam tempore rex ac regis familiares hæc assiduè faciunt. Quòd igitur existimaret neminem imperare decere qui præstantior subditis non esset, & ex antedictis omnibus patet, & ex eo quòd ita suos exercens, multo etiam magis ipse & continentiam & bellicas artes exercitationésque elaborabat. Etenim ad venationem

a In [illegible] sua. *Vel*, in regia.

b *Videtur legisse* ὑβριστικῶς. *Potest etiam reddi*, Neque gaudentē cū risu contumelioso. *Vel*, insolente.

c In aula. *Vel*, in regia.

d Eos qui è sodalitate erāt. *Vel*, è sodalitio.

alios educebat, quando aliqua manendi neceſſitas non eſſet: quòd ſi etiam neceſſitas talis accideret, ipſe domi venabatur eas feras quæ in viuariis alebantur. Nec verò ipſe vnquam antequã ſudaſſet cœnam capiebat, nec equis priuſquam eſſent exercitati, pabulum iniiciebat. Quinetiam ad hanc venationem inuitabat ſceptriferos ſuos. Itaque longè ipſe in omnibus honeſtis operibus excellebat, longè etiam præſtabant qui circa illum verſabãtur, ob exercitationem aſſiduã. Et ſe quidem in tale exemplum proponebat. Præterea verò alios quoque & muneribus & magiſtratibus & [a] cõſeſſibus & omnibus donabat honoribus, quos maximè intuebatur quæ honeſta eſſent conſectari. Itaque multam omnibus iniiciebat æmulationem quò quiſque Cyro optimus videretur.

a Sedibus. *Erãt enim aliæ aliis honoratiores ſedes. Vnde alibi* πρωτόθρονοι *dicit.*

Inſuper *hoc* Cyri nobis videmur animaduertiſſe quòd non hac re ſolùm decere exiſtimabat principes ſubditis præſtare quòd iis forent meliores, ſed etiam exiſtimabat opus eſſe vt eos *veluti* præſtigiis quibuſdam deciperẽt. Itaque [b] elegit ſtolam Medicam & ipſe ferre, [c] & vt familiares ea induerẽtur perſuaſit. Hæc enim viſa eſt ei occultare ſiquis defectũ aliquẽ haberet in corpore: præterea indutos ea & pulcherrimos & maximos oſtendere. Etenim calceos tales habent, in quibus qui eos ferunt clàm aliquid ſubiicere poſſint, quò maiores eſſe videãtur quàm ſunt. Sinebátque vt oculos ſuppingerent coloribus, quò pulchrioribus quàm eſſent oculis eſſe viderentur: & fricarentur, vt melius viderentur colorati quàm natura eſſent. Exercuit eos inſuper vt neque ſpuerẽt palàm, neque mucum emitterent: præterea ne ad quicquam ſpectandum conuerterẽtur, perinde quaſi mirarentur nihil. Omnia verò hæc exiſtimabat aliquid conferre ad hoc vt minus forent ſubditis cõtemptui. Quos igitur cenſebat dignos qui aliis præeſſent, per ſeipſum tales reddidit exercitatione, & imperium in illos gerendo cum maieſtate: quos verò [d] deſtinabat ad ſeruiendum, horum neminem incitabat ad exercẽdos ingenuos labores, neque vt haberẽt arma permittebat: verùm curabat vt neque ſine cibo vnquã eſſẽt, neque ſine potu, ingenuarũ exercitationũ gratia.

b In animũ induxit ſtol.

c Et vt ſodalitia ea ind. *Vel*, illi inter quos ſodalitium erat.

d Præparabat. *aut* comparabat. *Vel*, aptos reddebat.

καὶ γὰρ ὁπότε ἐλαύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἱππεῦσιν εἰς τὰ πεδία, φέρεσθαι σῖτον εἰς θήραν τούτοις ἐπέτρεπε, τῷ δὲ ἐλευθέρων οὐδενί. καὶ ὁπότε πορεία εἴη, ἦγε αὐτοὺς πρὸς τὰ ὕδατα, ὥσπερ τὰ ὑποζύγια. καὶ ὁπότε δὲ ὥρα εἴη ἄρίστου, ἀνέμενεν αὐτοὺς ἔστ' ἂν φάγειόν τι, ὡς μὴ βουλιμιῷεν. ὥστε καὶ οὗτοι αὐτὸν ὥσπερ οἱ ἄριστοι πατέρα ἐκάλουν, ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν.

A Etenim quando agebant feras in campos equitibus, cibum in venationem his ferre permittebat, liberorum autē nemini: & quando iter faciendum erat, agebat eos ad aquas, vt iumenta. quum item erat prandendi tempus, eos expectabat donec aliquid comedisset, ne esurirēt. Itaque hi quoque eum, vt viri optimates, patrem vocabant, quòd suiipsorū haberet curam, vt indubitatò sēper mancipia forent.

Παρὰ τῷ αὐτῷ, πρὸς τὸ τέλος τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

B Apud eundem, circa finem eiusdem libri.

τῷ δ' ἀείση ἢ κραλλίστη

Ὅτι μὲν δὴ κραλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐγένετο, αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ. ὡς εἰδὴ μὲν γὰρ πρὸς ἕω τὴν ἐρυθρὰν θαλάτταν· πρὸς ἄρκτον δὲ, τῷ

τῷ πόντῳ ἢ Προποντίδι καὶ Ἑλλησπόντῳ πρὸς ἑσπέραν

Εὐξείνῳ πόντῳ· πρὸς ἑσπέραν δὲ, Κύπρῳ καὶ Αἰγύπτῳ· πρὸς μεσημβρίαν δέ, Αἰθιοπίᾳ. τοσαύτη δὲ οὖσα μοναρχία, μιᾷ γνώμῃ τῇ Κύρου ἐκυβερνᾶτο· καὶ ἐκεῖνός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ὥσπερ ἑαυτὸν παῖδας ἐτίμα τε καὶ ἐθεράπευεν, οἵτε ἀρχόμενοι Κύρου ὡς πατέρα ἐσέβοντο· ἐπεὶ μέντοι Κῦρος ἐτελεύτησεν,

τῷ αὐτῷ

οὓς μὲν αὐτὸς οἱ παῖδες ἐσωσίαζον, οὓς δὲ πόλεις καὶ ἔθνη ἀφίσαντο, πάντα δ' ὅτι τὸ χεῖρον ἐτρέπετο.

a *Vel*, Vno Cyri arbitrio gub.

C

Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, ἄρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων. οἶδα γὰρ ὅτι πρότερον μὲν βασιλεὺς καὶ ⓐ ἐκεῖνος καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν εἴτε ὅρκοις ὁμόσαιεν, ἠμπέδουν, εἴτε δεξιὰς δοῖεν, ἐβεβαίουν. εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν, καὶ τοιαύτην δόξαν εἶχον,

D

οὐδ' ἂν εἷς αὐτοῖς ὑπίστευεν ὥσπερ οὐδὲ νῦν πιστεύει οὐδὲ εἷς ἔτι, ἐπεὶ ἔγνωσαν ἡ ἀσέβεια αὐτῶν· οὕτως οὐδὲ τότε ὑπίστευσαν ἂν οἱ τῷ σοφῷ Κύρῳ συναναβαίνοντες στρατηγοί· νῦν δὲ δὴ τῇ πρόσθεν αὐτῶν δόξῃ πιστεύσαντες, ἐγχειρίσαν ἑαυτοὺς, καὶ ἀναβάντες πρὸς βασιλέα, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς· πολλοὶ δὲ καὶ τῶν συστρατευσαμένων βαρβάρων ἄλλοι ἄλλας πίστεις ἐξαπατηθέντες ἀπώλοντο. πολὺ δὲ καὶ τῶνδε χείρονες νῦν εἰσί.

τῷ πολλοὶ δὲ καὶ πάλαι

E

πρόσθεν μὲν γὰρ εἴτις ἢ ἐξαπινδυνεύσειε

b Obseruare *quod pollicitis esset* sol.

c *Sequitur ex parte lectionem marginis adscriptā. Altera sonat*, Multo etiam quàm hi nunc sunt deteriores.

corū barbarorū qui vnà militarāt, alii alia decepti fide data, periere. Multo præterea etiā his in rebus nūc sunt deteriores. Antea enī siquis aut periculū subiisset

pro rege, aut vrbem gentémve
a In potestatem eius redeg. Vel, eius imperio adiunxisset.
[a] in seruitutẽ redegisset, aut aliud quicquam præclarum aut vtile ei egisset, hi erant qui in honore habebantur: at nũc, etiam siquis, quemadmodum Leomithres, vxore ac liberis amicorúmque filiis obsidibus apud AEgyptium relictis, maximúmque iusiurandum trãsgressus, videatur aliquid emoluméti attulisse regi, hi sunt qui maximis præmiis honorantur. Hæc igitur videntes Asiatici omnes, ad impietatem & iniustitiam versi sũt. Quales enim fuerint præfecti, tales etiam qui sub ipsis sunt, vt plurimum euadunt. Hinc igitur factum est vt omne fas magis cõtemnant quàm antea. Iam verò circa pecunias hoc modo sunt iniquiores. non enim eos solùm qui magnis se delictis fecerunt obnoxios, sed eos item qui nihil fecerunt iniustè, comprehensos cogũt nullo iure pecunias soluere. Quo fit vt nihilo illi minus qui videtur esse ditissimi, quàm qui multa iniustè admiserũt, in metu sint: adeo vt neque
a Vel, in potestatem venire.
[a] in manus hi ire velint potentiorum, neque audeãt se adiungere exercitui regio. Igitur quicunque bellum cum iis gerat, omnibus licet in regione ipsorum sine pugna versari vtcunque velint, propter illorum tum impietatem erga deos, tum iniustitiam erga homines. Mẽtes igitur eorum ita sunt omnino nunc deteriores, quàm antiquitus.

Quòd autem nec corporum exercitationis curam gerunt, vt antea consuerãt, nunc item hoc exponã. Lex enim erat apud eos neque spuere, neque emungere: (est autem manifestum hæc eos lege sanxisse, non quia parcerent corporis humori, sed quòd vellent per labores ac sudorem reddere corpora solidiora.) hoc verò tempore non spuere quidem neque emungi, adhuc perdurat, sed illud institutum se laboribus
b Nusquam in usu est.
exercẽdi [b] desiit. Quinetiam antea erat Persis lege cautũ comedere semel, quò toto die vterentur & circa res gerẽdas & circa labores: hac verò tempestate semel cibum capere adhuc permanet, sed vesci incipiẽtes ab eo tẽpore quo illi qui summo maxe

A πρὸ βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἔθνος ὑποχείριον ποιήσειεν, ἢ ἄλλό τι καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ ἀπεργάσαιτο, οὗτοι ἦσαν οἱ τιμώμενοι. νῦν δὲ καὶ ἐν τούτοις, ὥσπερ Λεομίθρης, τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ὁμήρους τῷ τῆς Αἰγυπτίᾳ ἐγκαταλιπών, καὶ τὸν μεγίστους ὅρκους παραβάς, βασιλεῖ δόξῃ τι σύμφορον ποιῆσαι, οὗτοί εἰσιν οἱ τοῖς μεγίστοις τιμαῖς γεραιρόμενοι. Ταῦτα οὖν ὁρῶντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντες, ὅτι οἱ ἀσεβεῖς καὶ τὸ ἄδικον τετραμμένοι εἰσίν. ὁποῖοί τινες γὰρ αἱ οἱ ἀρχόντες ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοῖς. Ἐπιτοπολὺ γίγνονται. ἀθεμιστότεροι δὴ νῦν ἢ τὸ πρόσθεν ταύτῃ γεγόνασιν. εἰς χρήματα, τῆδε ἀδικώτεροι· οὐ γὰρ μόνον οἷς πολλὰ ἠμάρτηκόσι, ἀλλὰ καὶ τοῖς οὐδὲν ἠδικηκόσι συλλαμβάνοντες, ἀναγκάζουσι πρὸς οὐδὲν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν. ὥστε καὶ δεινὸν ἦν πολλὰ ἔχειν δοκοῦντας τῷ πολλὰ ἠδικηκότων φοβοῦνται· καὶ εἰς χεῖρας οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσι τοῖς χρείττοσιν ἰέναι, οὐδέ γε ἀξιοῦσθαι εἰς βασιλικὴν στρατείαν παρέσθαι. Οἰχήσομαι, ὅστις αὖ πολεμίᾳ αὐτοῖς, πᾶσιν ἔξεστιν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἀπαστρέφεσθαι αὖθι μάχης ὅπως ἂν βούλωνται, ἀπὸ τῶν ἐκείνων πρὸς μὲν θεοὺς ἀσέβειαν, πρὸς δὲ ἀνθρώπους ἀδικίαν. αἱ μὲν δὴ γνῶμαι ταύτῃ τῇ πόλει χείρους νῦν ἢ τὸ παλαιόν, αὐτῶν.

Ὡς δὲ οὐδὲ τῶν σωμάτων ἐπιμέλονται ὥσπερ πρόσθεν, νῦν αὖ τοῦτο διηγήσομαι. νόμιμον γὰρ δὴ καὶ αὐτοῖς, μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι· (δῆλον δὲ ὅτι ταῦτα, οὐ διὰ τὸ σώματι ὑγρὸν φείδεσθαι, ἐνόμισαν, ἀλλὰ βουλόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα στερεοῦσθαι) νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ πτύειν μηδὲ ἀπομύττεσθαι, ἔτι διαμένει, τὸ δὲ πονεῖν οὐδαμοῦ ἐπιτηδεύεται. καὶ μὴν πρόσθεν μὲν καὶ αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον, ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῶντο καὶ εἰς τὰς πορείας καὶ εἰς τὸ διαπονεῖσθαι· νῦν μὲν τὸ μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει, ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου ἐώθασι ἅπαντα

χρ. νῦν δὲ αὖ πως, ὥσπερ Μιθριδάτης τὸν πατέρα Ἀριοβαρζάνην ἀπέκτεινε, καὶ ὥσπερ Δεομ.

χρ. ὡς ὅτι πολὺ

ἀειςῶντες, μέχρι τούτου ἐαθίοντες & πίνοντες διάγουσιν ἕως τοῦ ὑπνοῦ κοιμώμενοι. ἐν δὲ αὐτοῖς νόμιμον μηδὲ τοὺς χοίδας εἰςφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δηλονότι νομίζοντες τὸ μὴ λίαν πίνειν ἧττον αἰσχρὸν σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν· νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰςφέρεσθαι, ἔτι αὖ διαμένει· τοσοῦτον δὲ πίνουσιν ὥστε αὐτὴ τὴ εἰςφέρειν αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὴ μηκέτι δύνωνται ὀρθοὶ ἰέναι. ἀλλὰ μὲν κἀκεῖνο ἐν αὐτοῖς ἐπιχώριον, τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐαθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι· νῦν δ' αὖ τὸ μὲν τούτων ἀπέχεσθαι ἔτι διαμένει, τὰς μέντοι πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται ὡς μηδ' αἰ ἔτι θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

prandent, ad illorum vsque tempus comedere potaréque pergũt qui lectum tardissimè petunt. Erat præterea lege cautum apud eos ne [a] vrcei importarentur in symposia: quippe qui putabant, si non nimis potarẽt, minus corpora mentésque labefactari: hac verò tempestate vrceos non importari, adhuc permanet: ac tãtum bibunt vt non importent, sed ipsi exportentur, quum nequeant amplius [b] erecti egredi. Iam verò & ille mos patrius iis erat, vt, dum iter facerent, neque comederent, neque biberent, neque quicquam eorum quæ propter hæc necessaria sunt, palàm facerent: nunc autem ab iis abstinere, adhuc perdurat, sed itinera faciunt adeo breuia vt minimè sit mirandum quòd à rebus necessariis abstineant.

a *Vel*, amphoræ. *quia Græci Vasa sunt aquaria potui quàm Vinaria.*

b Erecto corpore. *Vel*, recto corpore.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι θήραν τοσαύτην ἐπόθουν μὴ τοσαυτάκις ἐξιέναι ὥστε ἀρκεῖν αὐτοῖς τε καὶ ἵπποις γυμνάσια τὰς θήρας· ἐπεὶ δὲ Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἥττους τοῦ οἴνου ἐγένοντο, οὐκέτι ὁμοίως ὅτε αὐτοὶ ἐξίεσθαι, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐξῆγον ὅτι τὰς θήρας· ἀλλὰ καὶ οἵτινες φιλόπονοι γεγόνασι καὶ σὺν τοῖς ἵπποις ἅμα θηρῶσιν, φθονοῦντες αὐτοῖς δῆλοί εἰσιν, καὶ ὡς βελτίονας αὐτῶν ἐμίσουν. ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας τὸν μὲν παιδεύειν ὅτι τοῖς θύραις, ἔτι διαμένει· τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελετᾶν, ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ ἔνα ὅπου αἰ ἀποφαίνοντοι εὐδοκιμοῦν.

Quin & ad venationem quoque toties antea exibant vt pro exercitatione venationes satis essent & ipsis & equis: at vbi Artaxerxes rex, & qui ei erant familiares, redditi sunt [c] vino inferiores, non amplius eodem modo neque ipsi egrediebantur, neque alios educebant ad venationes: quin potius siqui laboris studiosi atque industrii vnà cum suis equitibus venarentur, apertè iis inuidebant, & vt seipsis meliores oderãt. Præterea puerorum institutio [d] pro foribus adhuc perdurat: sed disciplina & exercitatio eorum quæ ad artem equestrem pertinẽt, extincta est, quoniam eò non eunt vbi specimen edendo gloriam consequantur. Et quòd pueri quum illic antea lites audirent secundum ius & æquum diiudicari, videbantur discere iustitiam, & hoc omnino in contrarium versum est: quoniam certò vident eos vincere *causam* vtri plus dederint. Præterea eorum vim quæ è terra oriuntur, pueri antea discebant, quò vtilibus vterentur, & à perniciosis abstinerent: nunc verò videntur hæc discere quò mala quamplurima perpetrent. Nusquam igitur plures quàm illic, neque moriuntur, neque interficiuntur venenis.

c *Sonant Gr. Gerba*, Ita vino dediti vt ei succumberent.

d In aula adh. perd. *Vel*, in regia.

Καὶ ὅτι γε οἱ παῖδες ἀκούοντες ἐκεῖ πρόσθεν τὰς δίκας δικαίως δικαζομένας, ἐδόκουν μανθάνειν δικαιότητα, καὶ τοῦτο πάντα πάσιν ἀνέστραπται. σαφῶς γὰρ ὁρῶσι νικῶντας ὁπότεροι ἂν πλέον διδῶσιν. ἀλλὰ καὶ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον, ὅπως τοῖς μὲν ὠφελίμοις χρῷντο, τὰ δὲ βλαβερὰ ἀπέχοιντο· νῦν δὲ ἔοικασι ταῦτα διδασκόμενοι, ὅπως ὅτι πλεῖστα κακοποιῶσιν. οὐδαμοῦ γοῦν πλείους ἢ ἐκεῖ οὔτε ἀποθνήσκουσιν, οὔτε διαφθείρονται ὑπὸ φαρμάκων.

Quinetiã multo magis indulgent mollibus & delicatis voluptatibus quàm Cyri temporibus. Tum enim adhuc disciplina Persica & continentia vtebantur, Medorũ verò stola atque mollitie: sed hoc tempore Persicã cõstantiam æquo animo videt extingui, at Medorum mollitiem diligenter seruãt. Declarare autem volo eorum quoque mollẽ & delicatam vitam. Illis enim primùm non satis est si lecti strata mollia habeant, verumetiam lectorum pedes tapetibus superponunt, ne pauimentum renitatur, sed vt tapetes cedãt. Insuper opere pistorio quæ conficiebantur ad mensam, & quæcunque reperta sunt antea, eorum nihil ablatum est, sed & noua semper excogitant, & obsonia identidẽ: etenim sibi compararunt homines qui noua vtriusque harum rerum artificia inueniant. Insuper hyeme nõ satis est illis caput & corpus atque pedes tegere, sed in extremis manib* chirothecas villosas habẽt, & digitalia. At verò æstate contenti non sunt neque arborũ neque rupium vmbris, sed illis præsto sunt homines qui in his vmbris alias moliantur. Iã verò & pocula si quãplurima habeant, hoc ornaméto gloriantur: verùm si iniustis artibus comparata esse constet, id nulli sibi dedecori ducunt. Apud illos enim iniustitia lucrique turpis cupiditas valde est aucta. Atq; antea patrius eis mos erat ne cõspicerentur proficisci pedites, nõ alius cuiusquã rei gratia, quàm vt equites optimi fierent: nunc autem plura super equis strata habent quàm super cubilibus. Non enim ita equitandi curam habent vt molliter sedendi.

a Non conspici pedibus iter facientes, non al.

In iis verò quæ ad bellũ pertinent, annon meritò nũc [b] sunt omnino deteriores quàm antea? Quibus superiore tẽpore patriũ erat, tum eos qui terram possiderent, ab hac ipsa equites suppeditare, qui etiam in expeditionem ibant: tum præsidiarios, si militãdum esset, pro regione stipendiarios esse: nũc verò qui ostiarii sunt, & pistores obsoniorúmque artifices, & pincernæ, & balneatores, & qui ad mensam apponũt & qui è mẽsa

b Intell. dicendi sunt. Vel, dici possunt.

Ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτεροι πολὺ νυνὶ ἢ ὅτε Κῦρος εἰσί. τότε μὲν γὰρ ἔτι τὴν ἐκ Περσῶν παιδείαν καὶ ἐγκράτειαν ἐζῶντο, τῇ δὲ Μήδων στολῇ καὶ ἀβρότητι· νυνὶ δὲ τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερείαν παντελῶς ἀποβεβλήκασιν, τὴν δὲ τῶν Μήδων μαλακίαν ἀμφισώζονται. σαφῶς δὲ βούλομαι καὶ τὴν θρύψιν αὐτῶν ἐκείνοις δηλῶσαι. μὴ οἰκέται παῖδες. μὲν γὰρ τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακὰς ὑποστρώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖν κλινοῖν τοὺς πόδας ὅπως μὴ ἀστερείδῃ ὁ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ ταπῖδες. καὶ μὲν τὰ πεπόμφατα ὅπως τραπέζαις, ὅσά τε πρόσθεν εὕρητο, οὐδὲν αὐτῶν ἀφήρηται, ἀλλά τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται. καὶ ὄψα γε ὡσαύτως. καὶ γὰρ καινοποιεῖσθαι ἀμφοτέρων τούτων κέκτηνται. ἀλλὰ μὲν καὶ τὰ χειμῶνι οὐ μόνον κεφαλὴν καὶ σῶμα καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐλοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῖς χερσὶ χειρίδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν. τὰ γε μὲν τὰ θέρει οὐκ ἀρκοῦσιν αὐλοῖς οὐδ' αἱ τῶν δένδρων οὐδ' αἱ τῶν πετρῶν σκιαί, ἀλλ' ἐν σκιάδας ταύταις ἑτέρας σκιὰς αὖθις ἄνθρωποι μηχανώμενοι αὐλοῖς πρέσβεις. καὶ μὲν οὐκ ποτήρια ἐπὶ μὲν ὡς πλείστα ἔχωσι, τούτῳ καλλωπίζονται· ἐπὶ δ' ἐξ ἀδίκου φανερῶς ἡ μεμηχάνηται, τοῦτο αἰσχύνονται. πολὺ γὰρ νῦξηται ἐν αὐτοῖς ἡ ἀδικία τε καὶ αἰσχροκέρδεια. ἀλλὰ καὶ πρόσθεν μὲν ἐπὶ ἐπιχώριον αὐτοῖς μὲν ὀρθῶς πεζῇ πορευομένοις, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἢ ὡς ἱππικώτατοι γίγνεσθαι· νυνὶ δὲ τρώματα πλείω ἔχουσιν ὅτι τῶν ἵππων ἢ ὅτι τῶν ἀνδρῶν. οὐ γὰρ τῆς ἱππικὰς ἱππικίας οὕτως ὡς τοῦ μαλακῶς καθῆσθαι ἐπιμέλονται.

Τὰ γε μὲν πολεμικὰ πῶς οὐκ εἰκὸς νῦν τῶν πάντι χείρους ἢ πρόσθεν εἰσίν; οἷς ἐν μὲν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐπιχώριον, οἶμαι, ἦν καὶ τὴν γῆν ἔχοντας, ἀπὸ ταύτης ἱππάζεσθαι, οἳ δὴ καὶ ἐστρατεύοντο· νῦν δὲ φεύγουσιν, εἰ δέοι στρατεύεσθαι, καὶ τῆς χώρας μισθοφόρους εἶναι. νυνὶ δὲ τοὺς τε θυρωροὺς καὶ τοὺς σιτοποιοὺς, καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς, καὶ οἰνοχόους, καὶ λουτροχόους, καὶ πρόσθεν μὲν ἐλευθέρους ἦν αἱρουμένων

τας, καὶ

τας, καὶ καταχριμίζοντας καὶ αἰσιδώτας, καὶ τοὺς κομμωτὰς κοσμητὰς οἱ στοιχείοισί τε καὶ ὀπτίκοισιν αὐλοῖς, καὶ τἄλλα ῥυθμίζοισι· τούτοις πομπὰς ἱππέας οἱ δωμάσας πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐλοῖς. πλῆθος μὲν οὖν καὶ ἐκ τούτων φαίνεται, οὐ μέντοι ὄφελός γε οὐδὲν αὐτῶν εἰς πόλεμον. δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα· κατὰ μὲν γὰρ αὐτῶν χώραν ῥᾷον οἱ πολέμιοι ἢ οἱ φίλοι διατρέφονται. καὶ γὰρ δὴ ὁ Κῦρος τὸν μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀποπαύσας, θωρακίσας δὲ καὶ αὐλοῖς καὶ ἵπποις, καὶ ἐν παλτὸν ἑκάστῳ δοὺς εἰς χεῖρας, ὁμόσε τοῖς μάχεσθαι ἐποιεῖτο· νῦν δὲ οὔτε ἀκροβολίζονται ἔτι, οὔτ' εἰς χεῖρας στρωτοὶ μάχονται. καὶ οἱ πεζοὶ ἔχουσι μὲν γέρρα καὶ κοπίδας καὶ σαγάρις, ὥσπερ ὅτι Κύρου, τὴν μάχην ποιησόμενοι· εἰς χεῖρας δὲ ἰέναι ἅπαξ οὗτοι ἐθέλουσιν. οὐδὲ γε τοῖς δρεπανηφόροις ἅρμασιν ἔτι χρῶνται ἐφ' οἷς Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο. ὁ μὲν γὰρ, τιμῆς αὐξήσας τοὺς ἡνιόχους, καὶ ἀγαθοὺς ποιήσας, εἶχε τοὺς εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλοῦντας· οἱ δὲ νῦν, οὐδὲ γιγνώσκοντες τοὺς ὅτι τοῖς ἅρμασιν, οἴονται σφίσιν ὁμοίους τοὺς ἀσκήτους τοῖς ἠσκημένοις ἕσεσθαι. ἡ δὲ ὁρμὴ μὲν, ὡρὶν δὴ ἐν τοῖς πολεμίοις εἶ), οἱ μὲν, ἐκόντες ἐκπίπτουσιν, οἱ δὲ ἐξάλλονται· ὥστε αὖθις ἱππέων γιγνόμενα τὰ ζεύγη πολλάκις πλείω κακὰ τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ. ἐπεὶ μέντοι καὶ αὐτοὶ γιγνώσκουσιν οἷα σφίσι τὰ πολεμικὰ ὑπάρχει, ὑφίενται, καὶ οὐδεὶς ἔτι αὖθις τῶν Ἑλλήνων εἰς πόλεμον καθίσταται, οὔτε ὅταν ἀμάχοις πολεμῶσιν, οὔτε ὅταν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς ἀντιστρατεύωνται· ἀλλὰ καὶ τοῖς τούτοις ἐγνώκασι μὲν Ἑλλήνων τοὺς πολέμους ποιεῖσθαι.

Ἐγὼ μὲν δὴ οἶμαι ἄν σφ' ὑπεθέμην ἀπειργάσθαι μοι. φημὶ γὰρ Πέρσας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς καὶ ἀσεβεστέρους τοὺς θεοὺς, καὶ ἀνοσιωτέρους τοὺς συγγενεῖς, καὶ ἀδικωτέρους τοὺς ἄλλους, καὶ ἀνανδροτέρους τὰ εἰς τὸν πόλεμον νῦν ἢ τοτὲ ἀποδεδεῖχθαι. εἰ δέ τις ταὐναντία ἐμοὶ γιγνώσκει, καὶ ἔργα αὐτῶν ὅτι σκοπῶν, εὑρήσει αὐτὰ μαρτυρουντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

tollũt, & qui dormitũ agũt, & qui à somno excitant, & ornatores qui coloribus eos liniunt infricántque, aliáque decenter componunt: hosce omnes ii qui proceres sunt, equites faciunt, quò sub se stipendium mereãt. Multitudo igitur ex his quoque apparet, at nulla eorum ad bellũ vtilitas. Hoc etiam patet ex iis quæ vsuueniũt. nam in eorum regione hostes facilius commorantur quàm amici. Cyrus enim quum ferẽtarios amouisset, thoracibus autem & eos & equos armasset, & pilum vnum cuique dedisset in manum, cominus pugnã gerebat: sed hoc tempore neque iactu vtuntur amplius, neque cõgredientes cominus præliantur. Atque pedites habent quidem ipsi crates & copides & secures (quemadmodum Cyri temporibus) quũ sũt pugnaturi, sed cominus congredi ne hi quidé volunt. Nec item falcatis curribus ad id vtuntur amplius ad quod eos Cyrus est fabricatus. Cyrus enim quum aurigas amplificasset honoribus strenuósque reddidisset, habebat qui in armatos impetum facerent. Persæ autẽ huius tẽporis quum ne norint quidẽ eos qui prẽsunt curribus, censent fore vt inexercitatos similes exercitatis habeant. Et hi prosiliũt quidem, sed priusquã fuerint inter hostes, alii è curribus vltrò excidunt, alii exiliunt: quo fit vt iugales aurigis carentes, pluribus sæpe malis amicos quàm hostes afficiant. Quoniã verò ipsi quoque cognoscũt qualia ad bellum adminicula habeãt, animo ad id remisso sunt: nemôque amplius sine Græcis ad bellũ se accingit; neque quũ inuicem belligerant, neque quũ Græci agũt cõtra eos exercitũ, sed etiã aduersus hosce statuerũt cũ Græcis bellũ gerere.

Et ego quidẽ quæ pollicit° sũ, ea me præstitisse arbitror. Dico enim, Persas atq; Persarũ socios, & magis impios aduersus deos, & magis nefarios erga necessarios, & iniustiores erga alios, & ignauiores ad bellũ, hoc tẽpore quàm antea redditos fuisse. Quòd siquis secus atque ego sentiat, is eorum opera considerans, ea testimonio suo verba mea comprobare comperiet.

Apud eundem Xenophontẽ, in eiuſdem Pædiæ libro v.

Παρὰ τῷ αὐτῷ Ξενοφῶντι, ἐν τῷ τῆς αὐτῆς παιδείας ε'.

Pag. 72 meæ editionis.

In nullo enim neque eſculẽto neque potulento vir Perſes, ex iis qui bene inſtituti ſunt, neque oculis cõmotus appareat, [a] neque rapina, neque mẽte, quo minus eadem proſpiciat quæ ſi in cibo non eſſet: ſed quemadmodum equeſtres, quoniam in equis non turbantur, poſſint ſimul dum equitant & videre & audire & dicere quod ſit opus: ſic item illi inter epulas exiſtimant oportere & prudẽtes apparere & moderatos. At moueri eſculẽtis & potulentis, videtur iis eſſe [b] porcinum admodum & immane.

Ἐπ' ὀδενὶ γὰρ βρώματι ὀδὲ πώματι Πέρσης ἀνὴρ τῶ πεπαιδευμένων ὄττε ὄμμασιν αὖ ὀκπεπλημένος καταφανὴς γένοιτο, οὔτε ἁρπαγῇ, οὔτε νόῳ, μὴ οὐχὶ τοσοῦνδε ἄμεινον αὖ κῆ μὴ ἐν σίτῳ ὦν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἱππικοὶ, διὰ τὸ μὴ ταράττεσθαι ὑπὸ τῶν ἵππων, δύνανται ἅμα ἱππεύοντες καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν τὸ δέον, ὕτω καὶ ἐκεῖνοι ἐν τῷ σίτῳ οἴονται δεῖν φρόνιμοι καὶ μέτριοι φαίνεσθαι. τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάτων καὶ τῆς πόσεως, πάνυ ἀβρῶς [b] κυνικὸν καὶ θηριώδες δοκεῖ εἶναι.

[a] *Id eſt*, Neque oculis, neque rapacitate, neque mente vllam cõmotionem præ ſe ferat, quominus eadem proſp.

[b] *Legit* σικὸν (*Vt habes* ī *marg.*) *quod & ſillum reddi poteſt: at* κυνικὸν *eſt* caninum. *Vox autem* θηριώδες *quam Gentil vertit* immane, *ſonat potius hic* ferinum, *vel*, belluinum.

